This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE

FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

LIBRI QUINQUE.

EX RECENSIONE

JOANNIS DAVISII,

COLL. REGIN. CANTAB. PRÆSIDIS.

CUM

EJUSDEM ANIMADVERSIONIBUS,

ET

NOTIS INTEGRIS

PETR. VICTORII, P. MANUCII, JOACH. CAMERARII,
D. LAMBINI, AC FULVII URSINI.

EDITIO NOVA.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCCIX.

Clar. Pres.
58. b. 3.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI

S. P. D.

JOANNES DAVISIUS.

LICET opus ipſum, quod *de Finibus Bonorum et Malorum* concinnavit Tullius, eximias laudes ab omnibus meritum ſit eruditis; tamen accidit ut Index volumini præpoſitus nonnullis haud arriſerit. [a]Cælius enim Calcagninus eam ſententiam tenuit, ut hoſce libros *de Fine bonorum et malorum* multo commodius inſcripturum fuiſſe Ciceronem pronuntiârit. Sed, quemadmodum [b]Jacobus Grifolus optimo jure repoſuit, " cum plures ſint Philoſophorum " Scholæ nec eundem Finem ſibi proponant, " cumque de omnibus Cicero ſcripturus eſſet, " [c] ut conſtat; recte *de Finibus* et non *de Fine* " pulcherrimum illud opus inſcripſit."

Aſt aliam litem movet J. C. Scaliger, cujus

[a] Diſquiſ. i. in libros Ciceronis de Offic.
[b] Ad Calcagnini Diſquiſ. i. pag. 186.
[c] Id ipſe Cicero teſtatur Fin. i. 4.

Digitized by Google

hæc ſunt verba: [d] *Omnis Finis eſt in genere Bonorum. Quocirca non decuit M. Tullium vocem hanc tam ad mala quam ad bona retuliſſe in ſuorum librorum inſcriptione.* Verum, ut libere dicam, toto cælo errat vir acutiſſimus, dum neque vim, quam *Fini* tribuit Cicero, nec uſum loquendi ſatis attendit. Nam vocabulo *Finis* τὸ οὗ ἕνεκα non ſignificatur: id enim certe vel eſt vel videtur eſſe bonum, nec humanæ naturæ convenit ut rem quamlibet tum temporis appetamus et conſequi nitamur, cum plus eam detrimenti vel incommodi quam jucunditatis aut emolumenti nobis allaturam cenſeamus. Τῶ γὰρ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθῶ χάριν πάντα πράττουσι πάντες, ut olim dixit * Ariſtoteles. Noſter certe, [e] quod paſſim monet, *finem* pro ſummo vel ultimo vel extremo ponit, et nihil impedit quo minus, ut eſt *ſummum ex rebus expetendis*, ita ſit *extremum malorum*. Immo res ſic ſe prorſus habet; nam [f] *perſpicuum eſt bonorum finibus malorum fines eſſe contrarios.* Quare ſi voluptas cum honeſtate, quod Callipho voluit, ſit bonorum finis, dolor cum vitioſitate finis eſt malorum: ſin ad indolentiam et honeſtatem cum Diodoro bonorum ſumma referatur, moleſtiæ dubio procul et vitioſitati eſt aſſignanda malorum ſumma: idemque judicium de reliquis hac

[d] De Subtil. Exerc. ccl. pag. 726. ed. Wechel.

* Polit. i. 1. Vide ſis et Ethic. Nicom. lib. i. capp. 1, 4.

[e] Vide Fin. i. 4, 9. iii. 7, 14.

[f] Acad. ii. 42, 43.

Digitized by Google

in re Philoſophorum ſententiis ferendum. Nec ſolus Tullius tali poteſtate verbum *Finis* donavit, ſed et alii plures. Seneca Epiſt. lxxviii. pag. 312. *Tantum mortem deſinamus horrere. Deſinemus autem, ſi* fines bonorum ac malorum *cognoverimus. Ita demum nec vita tædio erit nec mors timori.* Apuleius Apol. pag. 426. *Utrum igitur putas majorem curam decoris ſuſcipiendam—de finibus agrorum litiganti, an* de finibus bonorum et malorum *docenti?* Quin etiam [g] *Stoici* τελικῶν κακῶν meminerunt, eaque τοῖς ποιητικοῖς adjuncta τὴν κακοδαιμονίαν ΑΠΟΤΕΛΕΙΝ ſtatuêre. Scaliger itaque pater ſibi plus quam par erat tribuit, cum Latinos ſcriptores Latine loqui docendos putaverit. In eodem tamen errore verſatus eſt [h] M. A. Muretus.

Cum vero diſertiſſimus ille vir, quæ ſint librorum de finibus ὑποθέσεις, luculenter expoſuerit, et unum vel alterum Ciceronis σφάλμα notaverit; nos ejus verba mutuabimur. *Quinque ſunt,* [i] inquit, *ut notum eſt, illius libri* de Finibus, *quibus explicatæ et excuſſæ veterum Philoſophorum, ſed præcipue Epicuri, Stoicorum et Peripateticorum de ſummo bono ſententiæ continentur.* [k] *Et prima quidem diſputatio, qua Epicuri ſententia examinatur, habita fingitur in Cumano Ciceronis, cum eo L. Tor-*

[g] Vide Diogenem Laertium vii. 97. et ibi Menagium.
[h] Var. Lect. xvii. 1.
[i] Var. Lect. xiv. 20.
[k] Hæc primo ſecundoque libro continetur.

Digitized by Google

quatus et C. Triarius ſalutandi Ciceronis cauſſa veniſſent, neque quiſquam præterea alius intereſſet. [l] *Secunda autem in Tuſculano Luculli inter Ciceronem ipſum et M. Catonem, cum ſe illi in Luculli Bibliothecam ſine arbitris abdidiſſent. At tertia Athenis in Academia, cum ibi eſſent una M. Q. et L. Cicerones, et Atticus, et is, cui diſputandi partes tribuuntur, M. Piſo. Certe igitur aperte conſtat, tres illas diſputationes et locis et temporibus et perſonis eſſe diſtinctas. Et tamen, perinde ac ſi unus et idem, iiſdem ſuperſtitibus præſentibus, ut in Formulis dicebant, et adverſus Epicurum et adverſus Stoicos diſputaſſet, ita Piſo loquens inducitur,* [m] Quoniam igitur et de voluptate cum Torquato, et de honeſtate, in qua una omne bonum poneretur, cum Catone eſt diſputatum, *et quæ ſequuntur. Hæc ſi Cicero ipſe in procœmio ejus libri ex ſua perſona diceret, ferri poſſent: a Piſone quidem quomodo apte et convenienter dici queant, neque video, neque videre quemquam puto. Sed certe Cicero, cum illa ſcriberet, oblitus erat non ſe, ſed Piſonem loqui. Quod ei tum quoque contigiſſe arbitror, cum eodem in libro* [n] *verſus Homericos, quibus Sirenes Ulixem alloquuntur, Piſonem ſibi tribuentem ac vindicantem facit. Non enim dubium eſt quin eos Cicero ſuos, ut erant, videri voluerit.*

[l] Tertium quartumque librum occupat altera, quæ pro Stoicis contraque Stoicos diſſerit.

[m] Fin. v. 8.

[n] Cap. xviii.

Digitized by Google

Hactenus quidem Muretus, recte prout arbitror et vere.

Ut autem hi libri Ciceronis, quantum mea cura præstare potuit, emendatiores prodirent; præter Codices quos laudarunt alii, præterque conjecturas ex ingenio natas, adjutoribus octo MSStis usi sumus, Elienſibus duobus, Balliolenſi, [o] Meadiano, Pariſinis tribus, eoque quem ſervat Collegii Corporis Chriſti, quod eſt Cantabrigiæ, Bibliotheca. Quin et Editiones nonnullas minus obvias conſuluimus, Venetam ſcilicet MCCCCLXXI. Aſcenſianam MDXI. præſertim autem Victorianam Rob. Stephani MDXXXVIII. nam ceteras magis proletarias haud memoro; quales ſunt quas curarunt P. Manucius, D. Lambinus, J. M. Brutus, Aldus nepos, et Janus Gruterus. Illam vero quæ Lutetiæ cum Commentario Gulielmi Morelii prodiit [p] A. D. MDXLV. nullus vidi; licet ei comparandæ diligenter ſtuduerim. At M. A. Mureti notas, quæ divulgatæ ſunt Ingolſtadii MDCII. non multum quæſivi, cum, niſi peſſima quæque de-

[o] Suum Tullii de Fin. MStum mecum communicavit Rich. Meadius; Pariſinorum vero collationem ſuppeditavit Joan. Walkerus. Horum præſtantiſſimorum virorum utrique me multum debere ſemper profitebor.

[p] Annum 1546. hujus editionis natalem facit Cl. Fabricius Bibl. Latin. i. 8. Ego tamen Æg. Menagium ſequor, qui de Gulielmo Morelio non pauca dixit Anti-Bajuleti Part. i. §. lxviii. pag. 226. ſeqq. eumque, ſi lubet, vide.

Digitized by Google

cerpſerit Cl. Verburgius, nihil tanto nomine dignum repræſentarent. Vale, Lector, et conatibus noſtris fave.

Dabam CANTABRIGIÆ
Kalendis Martiis MDCCXXVIII.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

AD

BRUTUM

LIBER PRIMUS.

I. NON eram neſcius, Brute, cum, quæ ſummis ingeniis exquiſitaque doctrina philoſophi Græco ſermone tractaviſſent, ea Latinis litteris mandaremus, fore, ut hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret. Nam quibuſdam, et iis quidem non admodum indoctis, totum hoc diſplicet, *philoſophari*. Quidam autem [a] non id tum reprehendunt, ſi remiſſius agatur: [b] ſed tantum ſtudium, tamque multam operam

[a] *Non id* tum *reprehendunt, ſi remiſſius agatur*] Vulgo *tam reprehendunt:* quod cum loco non conveniret, illam particulam delendam pronuntiârunt Gruterus et Guyetus. Pariſini tres, C. C. C. Elienſ. Med. aliique Codices habent *tantum reprehendunt:* unde noſtram conjecturam ſecuti, dedimus *tum reprehendunt*. Cicero ad Quintum Fratrem iii. 9. *De Felicis teſtamento* tum *magis querere, ſi ſcias*. Ovidius Metam. vii. 32.

Hoc ego ſi patiar, tum *me de tigride natam,*
Tum ferrum et ſcopulos &c.

Ac alibi paſſim. Vide Godeſc. Stewechium de Partic. L. L. pag. 427. *Davies.*

[b] *Sed* tam multum *ſtudium tamque multam operam*] Ita eſt in MSStis; quamvis ad orationis magis venuſtatem pertineat ſi ita legatur, quam ad ſententiam. URSINUS. *Ibid.* Quos MSStos hujus lectionis fidejuſſores habuerit Urſinus, neſcio. Cuncti ſane noſtri *tantum ſtudium* merito repræſentant. *Davies.*

Digitized by Google

in eo ponendam non arbitrantur. Erunt etiam, et hi quidem eruditi Græcis litteris, contemnentes Latinas, qui ſe dicant in Græcis legendis operam malle conſumere. Poſtremo aliquos futuros ſuſpicor, qui me ad alias litteras vocent: genus hoc ſcribendi, etſi ſit elegans, perſonæ tamen et dignitatis eſſe negent. Contra quos omnes dicendum breviter exiſtumo: quamquam Philoſophiæ quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo a nobis Philoſophia defenſa et conlaudata eſt, cum eſſet accuſata et vituperata ab Hortenſio. Qui liber cum et tibi probatus videretur et iis quos ego poſſe judicare arbitrarer; plura ſuſcepi, veritus ne movere hominum ſtudia viderer, retinere non poſſe. Qui autem, ſi maxume hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, [c] quod ſemel admiſſum coerceri reprimique non poteſt: ut propemodum juſtioribus utamur illis qui omnino avocent a philoſophia, quam iis qui rebus infinitis modum conſtituant; in reque eo meliore, quo major ſit, mediocritatem deſiderent. Sive enim ad Sapientiam perveniri poteſt; [d] non paranda nobis ſolum ea, ſed

[c] *Quod ſemel admiſſum*] Libri veteres habent *quod ſemel jam miſſum:* quod improbare non poſſum. Videtur enim tranſlatio eſſe a telo miſſo, quod ſemel miſſum, retrahi non poteſt. Talia ſunt et verba: *Nam ſemel emiſſum*, ut ait ille, *manet irrevocabile verbum*. Lambin.

Ibid. Eſt Horatii verſus lib. i. Epiſt. xviii. 71. ſed parum accurate laudatus. Vulgo legitur *quod ſemel jam miſſum*: ac ita Pariſini tres, Med. et Balliol. Elienſ. habet *quod ſemel jam admiſſum*. MS. C. C. C. et Ven. 1471. *quod ſemel admiſſum*; nec aliter edidi; ſicut etiam Manucius et Aldus nepos priores fecerant. Ab equis eſt ducta metaphora, qui dicuntur *admiſſi*, cum concitantur ut velocius eant. Cicero de Fin. ii. 19. *Equo* admiſſo *in mediam aciem Latinorum irruebat*. Pedo Albinovanus Eleg. i. 320.

Terruit admiſſos *ſanguinolentus equos.*

Ac ita paſſim. Vide ſis Ovidium Metam. vi. 237. Alb. quidem Rubenius ad Senecæ de Ira iii. 6. legit *quod ſemel immiſſum*; eaque locutio ſatis eſt latina; non tamen eſt hoc in loco Ciceroni tribuenda, quia Codices aliam non minus Latinam ſuppeditant. *Davies.*

[d] *Non paranda nobis ſolum ea,*

Digitized by Google

fruenda etiam eſt: ſive hoc difficile eſt; tamen nec modus eſt ullus inveſtigandi veri, niſi inveneris; et quærendi defatigatio turpis eſt, cum id quod quæritur ſit pulcherrimum. Etenim ſi delectamur cum ſcribimus; quis eſt tam invidus, qui ab eo nos abducat? ſin laboramus; quis eſt qui alienæ modum ſtatuat induſtriæ? Nam, ut Terentianus Chremes non inhumanus, qui novum vicinum non volt

[e] *Fodere, aut arare,* [f] *aut aliquid ferre denique*;

non enim illum ab induſtria, ſed ab inliberali labore deterret: ſic iſti curioſi, quos offendit noſter minime nobis injucundus labor.

II. His igitur eſt difficilius ſatisfacere, qui ſe Latina ſcribta dicunt contemnere. In quibus hoc primum eſt, in quo admirer; cur in graviſſimis rebus non delectet eos patrius ſermo, cum iidem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas non inviti legant. Quis enim tam inimicus pene nomini Romano eſt, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii ſpernat aut rejiciat? [g] qui ſe iiſdem Euripidis fabulis delectari dicat, [Latinas litteras oderit?] Synephebos ego, inquit, potius Cæcilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam? [h] A quibus tantum diſſentio, ut, cum Sophocles vel optume ſcrib-

ſed fruenda etiam eſt] Vulgo *non paranda nobis ſolum* ea, *ſed fruenda etiam* ſapientia eſt. Cum autem vox penultima ſit otioſa, nec in Elienſi compareat, eam nos furcillis ejecimus; quod etiam Lambinus ex conjectura faciendum putaverat. *Idem.*

[e] *Fodere aut arare,* &c.] Terentius Heaut. Act. i. Sc. i. 17. *Davies.*

[f] *Aut aliquid ferre denique*] Quidam libri non habent *denique*. Lambin.

[g] *Qui ſe iiſdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas litteras oderit?*] *Litteras* delet Gulielmius; alii in *factas* mutant. Sed alia ratione ſanandus eſt Cicero. Elienſ. unus *quique ſe*. Tres autem voces ultimas neſcit Pariſ. ſec. Totum itaque locum ſic lego: *Quis enim tam inimicus pœne nomini Romano eſt, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii ſpernat aut rejiciat*, quique *ſe iiſdem Euripidis fabulis delectari dicat? Synephebos* &c. Hac de re vide ſis A. Gellii judicium Noct. Attic. ii. 23. *Davies.*

[h] *A quibus* tam *diſſentio*] *Tan-*

Digitized by Google

ſerit Electram, tamen male converſam Attilii mihi legendam putem. De quo Licinius,

[i] *Ferreum ſcribtorem; verum opinor: ſcribtorem tamen,*
Ut legendus ſit.——

Rudem enim eſſe omnino in noſtris Poetis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidii delicatiſſimi. Mihi quidem nulli ſatis eruditi videntur, quibus noſtra ignota ſunt. [k] An,

Utinam ne in nemore——

nihilo minus legimus, quam hoc idem Græcum; quæ autem de bene beateque vivendo a Platone diſputata ſunt, hæc explicari non placebit Latine? Quod ſi nos non interpretum fungimur munere, ſed tuemur ea, quæ dicta ſunt ab iis quos probamus, eiſque noſtrum judicium et noſtrum ſcribendi ordinem adjungimus; quid habent, cur Græca anteponant his, quæ et ſplendide [l] dicta ſint, neque ſint converſa de Græcis? [m] Nam ſi dicent, ab illis has res eſſe tracta-

tum diſſentio rectius eſt in MSto. URSIN. Ibid. *Tantum* dant Pariſini tres, Elienſ. C. C. C. et Balliol. cum pluribus editis; eoſque ſecutus id retinui. *Dav.*

[i] *Ferreum ſcribtorem* &c.] Sic Licinii verba diſpoſui, cum ſint ſeſquitrochaïcus; ut etiam vidit G. J. Voſſius de Poët. Latin. pag. 232. Scaligeri Codex habebat *ferreum ſcriptorem, verum*, ut *opinor*, exſcriptorem *tamen*. Unde vir ille ſummus Append. ad Conj. in Varronem pag. 190. reponit

Ferreum ſcriptorem opinor, verum excriptorem tamen,
Ut legendus ſit.

Ego cur quid mutetur haud intelligo. *Idem.*

[k] *An*, Utinam ne in nemore] Sic ſcriptum reperi in duobus codicibus MSStis; pro quo alii habent *At*, Utinam &c. Atque hoc modo legendum eſſe viderat jam Muretus annotationibus in Philipp. xiv. *Lambin.*

Ib. *An*, Utinam ne in nemore] Vulgo *at, utinam* &c. nec aliter noſtri Codices, niſi quod Pariſ. unus *aut* exhibeat. Certiſſima tamen videbatur Mureti conjectura, quam fecit ad Philipp. xiv. cap. 5. quamque cum Lambino recepimus. Porro hoc eſt Ennianæ Medeæ principium, quod ſæpe laudant Cicero et alii. Vide Hieronymum Columnam ad Fragm. pag. 197. *Davies.*

[l] *Dicta* ſint] Vulgo *ſunt*, quod parum convenit. Nos igitur Elienſ. C. C. C. Balliol. alioſque MSStos ſequimur. *Dav.*

[m] *Nam ſi* dicent] Sic recte Pal. pr. et Pariſini duo: ſic eti-

Digitized by Google

tas; ne ipſos quidem Græcos eſt cur tam multos legant, [n] quam legendi ſunt. Quid enim eſt a Chryſippo prætermiſſum in Stoicis? legimus tamen Diogenem, Antipatrum, Mneſarchum, Panætium, multos alios, in primiſque familiarem noſtrum Poſidonium. Quid? Theophraſtus mediocriterne delectat, cum tractat locos ab Ariſtotele ante tractatos? quid? Epicurei num deſiſtunt de iiſdem, de quibus et ab Epicuro ſcribtum eſt et ab antiquis, ad arbitrium ſuum ſcribere? Quod ſi Græci leguntur a Græcis [o iiſdem de rebus alia ratione compoſitis;] quid eſt cur noſtri a noſtris non legantur?

III. Quamquam ſi plane ſic verterem Platonem aut Ariſtotelem, ut verterunt noſtri Poetæ fabulas; [p] male, credo, mererer de meis civibus, ſi ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem! Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. Locos quidem quoſdam, ſi videbitur, transferam, et maxume ab his quos modo nominavi; cum inciderit, ut id apte fieri poſſit: ut ab Homero Ennius, Afranius a Menandro ſolet. Nec vero, ut noſter Lucilius, recuſabo, quo minus omnes mea legant. [q] Utinam eſſet ille Perſius! Scipio vero et Rutilius multo etiam magis: quorum ille judicium

am Lambinus edidit. Vulgo *dicerent*. Perperam. *Idem*.

[n] *Quam legendi ſunt*] Elienſ. pr. *quam legendi legunt*. Reliqui Codices receptam lectionem ſervant, quæ non videtur tentanda. Nam *legendi ſunt* idem valet quod *leguntur*. De qua hujuſmodi *participiorum* poteſtate videas licet Fr. Sanctium et Jac. Perizonium Minervæ i. 15. *Idem*.

[o] *Iiſdem de rebus alia ratione compoſitis*] Hæc elegantiam Tullii non redolent, et a Pariſ. ſec. abſunt; quapropter ea, velut adſcititia, delenda cenſeo. *Idem*.

[p] *Male, credo, mererer*] Vel hæc εἰρωνικῶς ſunt intelligenda, vel legendum *non male, credo, mererer*, prout exhibent MSS. Scalig. & Elienſ. ſec. *Idem*.

[q] *Utinam* eſſet *ille Perſius*] Ita eſt in MSto, cum in vulgatis deſit verbum *eſſet*. URSIN. *Ibid.* Ut voluit Urſinus, ſic exhibent Gruteriani noſtrique Codices. De Perſio, qui Lucilii tempore doctiſſimus fuit habitus, vide Ciceronem in Bruto cap. xxvi. et quæ collegit Fr. Douza Fragm. Lucil. pag. 13. *Davies*.

Digitized by Google

reformidans, Tarentinis ait se, et Consentinis, et Siculis scribere. [r] Facete is quidem, sicut alias: sed [s] neque tam docti tum erant, ad quorum judicium elaboraret; et sunt illius scribta leviora, ut urbanitas summa adpareat, doctrina mediocris. Ego autem quem timeam lectorem, cum ad te, ne Græcis quidem cedentem in philosophia, audeam scribere? Quamquam a te ipso, id quidem facio, provocatus gratissimo mihi libro, quem ad me *De virtute* misisti. Sed ex eo credo quibusdam usu venire, ut abhorreant a Latinis, quod inciderint in inculta quædam et horrida, de malis Græcis Latine scribta deterius. Quibus ego adsentior, [t] dummodo de iisdem rebus ne Græcos quidem legendos putent. Res vero bonas verbis electis graviter [u] ornateque dictas quis non legat? nisi qui se plane Græcum dici velit. [x] Ut a Scævola est Prætore salutatus Athenis Albucius: [y] quem quidem

[r] *Facete is quidem, sicut* alias] *Alia* habet MSStus liber, quod magis placet. URSINUS. *Ibid.* Omnes nostri stant a recepta lectione, quæ non est movenda. *Davies.*

[s] Neque *tam docti* tum *erant*] Sic Balliol. Elienſ. Med. aliique MSSti. Vulgo *nec tam docti tunc erant.* Idem.

[t] *Dummodo de iisdem rebus*] Vulgo *dummodo* a se *de iisdem rebus.* Sed binas illas voculas non agnoscunt Parisini tres, Elienſ. uterque, C. C. C. Med. et Balliol. nec eas repræsentant Ven. 1471. Ascensius, aut Victorius, quapropter expungendas duximus. *Davies.*

[u] *Ornateque* dictas] Libris omnibus invitis, qui habent *dictatas, dictas* legendum censeo. *Lambin.*

Ib. *Ornateque* dictas] Vulgo *dictatas*; unde Gulielmius *tractatas* reposuit. Lambini vero conjecturam diserte firmant Paris. pr. tert. quos sequimur. *Davies.*

[x] *Ut a Scævola est* Prætore] Sic recte dederunt Paullus Manucius et Aldus nepos; nam Scævola, Prætor erat, non Albucius. Vulgo tamen, *ut a Scævola est* Prætor *salutatus Athenis Albucius.* Inepte quidem ut Pighius et alii multi dudum monuerunt. *Idem.*

[y] *Quem quidem* jocum *cum multa venustate et omni sale* ridet *Lucilius*] Ita corrigendus est hic locus ex fide veteris exemplaris: in vulgatis enim, pro *jocum* et *ridet*, inepte scriptum est *locum* et *idem.* URSIN.

Ib. *Quem quidem* locum *cum multa venustate et omni sale* idem *Lucilius*] Ursinus ex veteri Codice legit *quem quidem* jocum *cum multa venustate et omni sale* ridet *Lucilius.* Omnino male. Legerim *quem quidem* LUSIT

Digitized by Google

locum cum multa venuſtate et omni ſale idem Lucilius: apud quem præclare Scævola,

Græcum te, Albuci, quam Romanum atque Sabinum,
Municipem [z] *Ponti, Tritanni, centurionum,*
Præclarorum hominum ac primorum, ſigniferûmque,
Maluiſti dici. Græce ergo Prætor Athenis,
Id quod maluiſti, te, cum ad me accedis, ſaluto.
Χαῖρε, *inquam, Tite:* [a] *lictores, turma omnis, cohorſque,*

eum multa venuſtate et omni ſale idem Lucilius. Luſit, irriſit; quæ frequens eſt ejus verbi poteſtas. Vide modo Ciceronem de Orat. ii. 45. *Davies.*

[z] *Ponti, Tritanni*] Sic ex MSS. recte nunc legitur; licet horum fecundus, *Tritannus*, non *Tritannius* ut *Lambino* placuit, vocabatur. Plinius H. N. lib. vii. §. 19. *Eximiis viribus* Tritannum *in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem, filiumque ejus militem magni Pompeii, et rectos et tranſverſos cancellatim toto corpore habuiſſe nervos* &c. Vide ſis et Solinum pag. 7. ed. Salmaſ. De Pontio ſic Tullius de Senect. cap. 10. *Nec vos iidem* T. Pontii *Centurionis vires habetis. Num idcirco eſt ille præſtantior?* Quæ verba laudat etiam *Nonius* in *præſtare*. Pontium quendam, *qui pro Cæſaris partibus excubabat*, memoravit Valerius Maximus lib. iii. cap. viii. 7. et hunc eum eſſe, de quo Cicero locutus eſt, cenſent Colerus et Torrenius. Sed temporum ratio prorſus repugnat, nec in noſtro Catonem Majorem verba facere ſatis advertebant eruditi illi viri. *Idem.*

[a] *Lictores omneſque coborſque,* Χαῖρε] Quæ proxime antecedunt verba ex perſona Scævolæ ſunt: hæc autem, *Lictores omneſque coborſque,* Χαῖρε, ab ipſo Lucilio pronuntiantur; cum dicat, poſt Scævolæ verba lictores ejuſdem cohortemque prætoriam, quo magis Græca ſalutatione Albucius eluderetur, exclamaſſe ſimul omnes, Prætoris exemplo, Χαῖρε. Erat autem hoc tempore adoleſcens Albucius; de quo ſic in Bruto [cap. xxxv.] *Doctus etiam Græcis T. Albucius, vel potius pæne Græcus. Loquor ut opinor: ſed licet ex orationibus judicare. Fuit autem Athenis adoleſcens.* Eundem in Oratione de Provinciis Conſ. [cap. vii.] Græcum hominem, non quod in Græcia natus ſed quod Athenis educatus, Cicero appellat his verbis: *Cujus amici hac conſolatione utuntur, etiam T. Albucio ſupplicationem hunc ordinem denegaſſe. Quod eſt primum diſſimile. Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis a proprætore una coborte auxiliaria geſta, et bellum cum maximis Syriæ gentibus, tyrannis, conſulari exercitu imperioque confectum. Deinde Albucius, quod a Senatu petebat, ipſe ſibi in Sardinia ante decreverat: conſtabat enim Græcum hominem ac levem in ipſa pro-*

Digitized by Google

[b] Χαῖρε, *Tite: hinc hoſtis mi Albucius, hinc inimicus.* Sed jure Mucius. [c] Ego autem ſatis mirari non

vincia quaſi triumphaſſe. Itaque hanc ejus temeritatem Senatus, ſupplicatione denegata, notavit. Hæc adjungenda exiſtimavi, quo pateret illuſtrius, Prætorem, non Albucium ut a nonnullis creditum eſt, ſed Scævolam fuiſſe: cum Albucius et adoleſcens Athenis et proprætor in Sardinia, non in Achaia, fuerit; Scævola autem hic Prætor ſit appellatus cum dixerit Cicero, *A Scævola eſt Prætore ſalutatus Athenis Albucius.* Nec dubito, quin *Prætor* Scævola et a Cicerone et a Lucilio appelletur, non quod Præturam gerens in provinciam exierit, quod antea ſæpe factum erat bellis urgentibus, ſed quod Proprætor Achaiam regeret. Itaque et Cicero *Prætorem* Quinctum fratrem ſuum vocat, qui tamen Prætura jam in urbe functus, Aſiam Proprætor adminiſtrabat. Idem Scævola lib. i. de Orat. [cap. 17.] *Cum*, inquit, *ego Prætor Rhodum veniſſem.* Hic eſt enim Q. Mucius augur, gener C. Lælii, ſocer L. Craſſi oratoris, accuſatus poſtea repetundarum ab hoc Albucio, ut legitur in Bruto [cap. xxvi.] Quam accuſationem ſpectavit Lucilius Poëta in illo verſu

—*Hinc hoſtis Muci Albucius,*
hinc inimicus.

Vixit eodem tempore alter Q. Mucius, ſed is Pontifex maximus, non augur, fuit, collega L. Craſſi in Conſulatu, Aſiamque rexit menſes novem. Lib. V. ad Attic. Ep. 17. et lib. iii. et lib. i. Fam. Ep. 9. *P. Manucius.*

[b] *Chære, Tite: hinc hoſtis mi Albucius, hinc inimicus*] Hanc lectionem etſi veram judicabam, nolui tamen hon et Venetam indicare, Χαῖρε: *hinc hoſtis Muti Albutius.* Camerarius.

Ib. Χαῖρε, *Tite. Hinc Muci jam Albucius hinc inimicus*] Hic verſus in omnibus libris vulgatis corruptus eſt; ego eum, antiquæ ſcripturæ veſtigia ſecutus, emendavi: quemadmodum et ſecundum: in quo *Ponti* et *Tritanni* ſunt generandi caſus, pro *Pontii*, *Tritannii*, a rectis *Pontius*, *Tritannius.* Verba autem hæc, *hinc Muci jam Albucius* &c. hanc ſententiam continent: ex hoc Mucii Albucius, ex hoc, inquam, jam factus eſt inimicus. *Lambin.*

Ib. Χαῖρε· *hinc hoſtis Muci*] Scribendum Χαίρεῖν· eſt enim ad lictores oratio, quos ſalutat Prætor Scævola, *Lictores turmæ omni, coborſque.* Cum autem in veteribus libris ſcriptum ſit *coboruſque*; inde conjici poteſt, in antiquioribus fuiſſe *coborſque*, quomodo in antiquis etiam denariis inciſum reperitur. Ursin. *Ibid.* Egregie falſus eſt Urſinus cui placet Χαίρεῖν, quaſi lictores turmamque ſalutaſſet Prætor Scævola: finguntur enim hi viri Titum Albucium Græce ſalutaſſe. Vera prorſus eſt recepta lectio quam firmat Elienſ. unus, nam Pariſini tres, C. C. C. Med. et Balliol. una cum Gruterianis MSStis exhibent, Χαῖρε *Tite: hinc hoſtis* Muti *Albutius, hinc inimicus.* Eam tamen ſcripturam reſpuit metri ratio. *Davies.*

Digitized by Google

queo, unde hoc ſit tam inſolens domeſticarum rerum faſtidium. Non eſt omnino hic docendi locus: ſed ita ſentio, et ſæpe differui, Latinam linguam non modo non inopem, [d] ut vulgo putant, ſed locupletiorem etiam eſſe, quam Græcam Quando enim, [c] ne nobis dicam, aut Oratoribus bonis, aut Poetis, poſtea quidem quam fuit quem imitarentur, ullus orationis vel copioſæ vel elegantis ornatus defuit? Ego vero, cum forenſibus operis, laboribus, periculis, [f] non deſeruiſſe mihi videor præſidium, in quo a populo Romano locatus ſum; debeo profecto, quamtumcunque poſſim, in eo quoque elaborare, ut ſint opera, ſtudio, labore meo doctiores cives mei, nec cum iſtis tanto opere pugnare, qui Græca legere malint; ([g] modo legant illa ipſa nec ſimulent) et iis ſervire, qui vel utriſque litteris uti velint, vel, ſi ſuas habent, illas non magno opere deſiderent.

IV. Qui autem alia malunt ſcribi a nobis, æqui eſſe debent, quod et ſcribta multa ſunt, ſic ut plura nemini e noſtris, et ſcribentur fortaſſe plura, ſi vita ſuppetet: et tamen qui diligenter hæc quæ de Philoſophia litteris mandamus legere adſueverit, judicabit nulla ad legendum his eſſe potiora. Quid eſt enim in vita tanto opere quærendum, quam cum omnia in Philoſophia, tum id, quod his libris quæritur, quid

[c] *Ego autem* ſatis *mirari non queo*] Sic edidere P. Manucius, D. Lambinus, et Aldus nepos. Vulgo deeſt *ſatis*; nec hanc voculam agnoſcunt Victoriani, Gruteriani, noſtrive MSSti, ut eam ſola videatur intruſiſſe conjectura. An legendum? *Ego autem* divinare *non queo*. An potius? *Ego autem mirari non deſino*. Eligat Lector: nam ſive rationem, quam recepi, ſequatur; ſive harum alterutram; bene ſe habebit oratio. *Idem*.

[d] *Ut vulgo* putant] Sic Elienſ. pr. et optime quidem. Vulgo *putarent*. Idem.

[e] Ne *nobis dicam*] Ita Lambinus. Vulgo *vel nobis dicam*, eamque lectionem retinent MSSti, quæ tamen eſt incommoda. Forte *nil de nobis dicam*. Vide noſtrum pro Murena cap. xiii. *Idem*.

[f] *Non* deſeruiſſe *mihi videor præſidium*] Elienſ. pr. et Med. *non defuiſſe*. Qui codices eo ducunt, ut ſcribatur *non defugiſſe*. Idem.

[g] *Modo legant illa* ipſa] Forſan *illa ipſi*. Davies.

Digitized by Google

ſit finis, quid extremum, quid ultimum, quo ſint omnia bene vivendi rectèque faciendi conſilia referenda? quid ſequatur natura, ut ſummum ex rebus expetendis? quid fugiat, ut extremum malorum? Qua de re cum ſit inter doctiſſimos [h] ſumma diſſenſio; [i] quis alienum putet ejus eſſe dignitatis, quam mihi quiſque tribuit, quod in omni munere vitæ optumum et veriſſimum ſit, exquirere? An, [k] *Partus ancillæ ſitne in fructu habendus*, diſſeretur inter principes civitatis, P. Scævolam, M'. Manilium? ab hiſque M. Brutus diſſentiet? quod et acutum genus eſt, et ad uſus civium non inutile: noſque ea ſcribta, reliquaque ejuſdem generis et legimus libenter et legemus; hæc, quæ vitam continent omnem, negligentur? Nam, ut ſint illa vendibiliora, hæc uberiora certe ſunt: quamquam id quidem licebit iis exiſtumare, qui legerint. Nos autem hanc omnem quæſtionem *de finibus bonorum et malorum*, fere a nobis [l] explica-

[h] Summa *diſſenſio*] Vulgo *magna*. Lectionem vero noſtram præſtant Pariſ. tres, Elienſ. uterque, Med. et Balliol. Nec aliter Ven. 1471. Aſcenſ. et Victor. olim dederunt. *Idem.*

[i] *Quis alienum putet*] Victorius edidit *quid alienum putem*; quam quidem rationem, ſi MSStis nitatur, vulgatæ prætulerim. *Idem.*

[k] *Partus ancillæ ſitne in fructu habendus*] Ulpianus Digg. lib. vii. Tit. i. leg. 68. *Vetus fuit quæſtio*, an partus ad fructuariam pertineret? *Sed Bruti ſententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere.* Vide ſis et Juſtinianum Inſt. lib. ii. Tit. i. leg. 37. *Idem.*

[l] *Explicatam eſſe* iis litteris *arbitramur*] *Iis libris* eſt in MS. et ita videtur legendum. URSIN. *Ibid.* Elienſ. etiam primus habet *bis libris*; et *iis libris* reſcribendum conjecit Lambinus: ſed legendum *bis litteris*, ut edidimus, auctoribus Pariſinis duobus. Med. et Ven. 1471. Nam *litteræ* libros ſcriptos ſignificant. Noſter Tuſc. i. 1. *Non quia Philoſophia Græcis et* litteris *et doctoribus percipi non poſſet.* Ubi Vatic. pariter *libris*. Quintilianus Inſt. lib. v. cap. xi. p. 315. *Quamvis inferiora omnia præceptis ſuis ac* litteris *credunt.* Tertullianus Apol. cap. xiv. *Converſus ad* litteras *veſtras, quibus informamini ad prudentiam et ad liberalia officia, quanta invenio ludibria?* Idem de Teſtim. animæ cap. i. *Qui velit ex* litteris *receptiſſimis quibuſque Philoſophorum vel Poëtarum—teſtimonia excerpere Chriſtianæ veritatis.* Plura collegimus ad lib. ii. de Divin. cap. 2. quæ, ſi libet, vide. *Davies.*

Digitized by Google

tam esse his litteris arbitramur: in quibus, quantum potuimus, non modo quid nobis probaretur, sed etiam quid a singulis philosophiæ disciplinis diceretur, persecuti sumus.

V. Ut autem a facillimis ordiamur, prima veniat in medium Epicuri ratio, quæ plerisque notissima est; quam a nobis sic intelleges expositam, ut ab ipsis, qui eam disciplinam probant, non soleat adcuratius explicari: verum enim invenire volumus, non tamquam adversarium aliquem convincere. Adcurate autem quondam a L. Torquato, homine omni doctrina erudito, [m] defensa est Epicuri sententia de Voluptate; a meque ei responsum, cum C. Triarius, in primis gravis et doctus adulescens, ei disputationi interesset. Nam cum ad me in Cumanum salutandi caussa uterque venisset; pauca primo inter nos de litteris, quarum summum erat in utroque studium: deinde Torquatus, Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam, quid sit quod Epicurum nostrum non tu quidem oderis, ut fere faciunt qui ab eo dissentiunt, sed certe non probes, eum, quem ego arbitror unum vidisse verum, maxumisque erroribus animos hominum liberavisse, et omnia tradidisse, [n] quæ pertinent ad bene beateque vivendum. Sed existumo, te, sicut nostrum Triarium, [o] minus eo delectari, quod ista Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta neglexerit: nam illuc quidem adduci vix possum, ut ea, quæ sensserit ille, tibi non vera videantur. Vide quantum, inquam, fallare, Torquate: oratio me istius philosophi non offendit; nam et complectitur verbis quod volt, et dicit plane quod

[m] *Defensa est Epicuri sententia de voluptate*] Διαφυλάττειν τὴν γνώμην dicunt Græci. *Urfin.*

[n] *Quæ* pertinent] Vulgo *pertinerent*; contra quam jubent Parisini tres, Elienf. uterque, Med. ac Balliol. *Davies.*

[o] *Minus eo delectari*] Sic Paris. pr. tert. et ita Victorius, Manucius, Lambinus, ac Aldus nepos ediderunt. Vulgo *minus* ab *eo delectari*; nec aliter exhibent plerique Codices; quod tamen hoc in sensu non est Latinum. *Idem.*

Digitized by Google

intellegam; et tamen a philoſopho, ſi adferat eloquentiam, non aſperner; ſi non habeat, non admodum flagitem: re mihi non æque ſatisfacit, et quidem locis pluribus: ſed quot homines tot ſententiæ; falli igitur poſſumus. Quamobrem tandem, inquit, non ſatisfacit? te enim judicem æquum puto; modo quæ dicat ille bene noris. [p] Niſi tu Phædrum, inquam, mentitum aut Zenonem putas, (quorum utrumque audivi, cum mihi nihil ſane præter ſedulitatem probarent) omnes mihi Epicuri ſententiæ ſatis notæ ſunt; atque eos, quos nominavi, cum Attico noſtro frequenter audivi; cum miraretur ille quidem utrumque, Phædrum autem etiam amaret: cotidieque inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus: neque erat umquam controverſia quid ego intellegerem, ſed quid probarem. [q] Quid igitur eſt, inquit? audire enim cupio quid non probes.

VI. [r] Principio, inquam, in Phyſicis, quibus maxume gloriatur, [s] primum totus eſt alienus. [t] Demo-

[p] *Niſi* tu *Phædrum*] Sic edidi, Victorium ſecutus. Plurimi Codices, *hic mihi*, vel *hic niſi*, *Phædrum*. Vulgo *niſi mihi Phædrum*. Sed cum pronomen illud bis in verbis proxime ſequentibus repetatur, hic a Tullii manu fuiſſe non videbatur. *Davies.*

[q] *Quid igitur eſt, inquit? audire enim cupio* quid *non probes*] Sic editi ſcriptique libri. Cicero tamen, niſi fallor, reliquit, *Quid igitur eſt, inquit,* (*audire enim cupio*) quod *non probes*. Idem.

[r] *Principio, inquam,* primum *totus eſt alienus*] Pariſ. ſec. *Potius inquam*. Med. *Principio* enim, *inquam*. Sed nihil juvant. Vel ſupervacaneum vel corruptum videtur hoc vocabulum *primum*; cujus vim voce *principio* prius expreſſerat. Dein quî poſſunt ullæ eſſe *Epicuri propriæ ruinæ*, ſi *totus eſt in Phyſicis alienus?* Elienſ. pr. habet, *Principio, inquam, in Phyſicis, quibus maxime gloriatur*, maxime *eſt alienus*. Ac ita quidem ſcrupulus omnis omnino tollatur. Sed cum reliqui libri non faveant, is videri queat interpolatus. Itaque lego *Principio, inquam, in Phyſicis* —— propemodum *totus eſt alienus*. Natum eſt ex compendiaria ſcriptura vitium. *Idem.*

[s] *Primum totus eſt alienus*] Nihil dicit a ſe, ſed ab aliis, ut a Democrito, petitum. Non eſt ſuus, ſed alienus. Nihil dicit ſuum, ſed omnia aliena. *Lambinus.*

[t] *Democrito* adjicit, *perpauca mutans*] *Democrito* adhæreſcit, *perpauca mutans*. Ita eſt in MSto apud me libro. Et paul-

Digitized by Google

crito adjicit, perpauca mutans, ſed ita, ut ea, quæ corrigere volt, mihi quidem depravare videatur. Ille atomos, quas adpellat, id eſt, [u] corpora individua propter ſoliditatem, cenſet in infinito inani, in quo nihil nec ſummum, nec infimum, nec medium, [x] nec ultimum, nec extremum fit, ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant: ex quo efficiantur ea, quæ ſint, quæque cernantur, omnia: eumque motum atomorum nullo a principio, ſed ex æterno tempore intellegi convenire. Epicurus autem, in quibus ſequitur Democritum, non fere labitur: quamquam utriuſque cum multa non probo, tum illud in primis, quod cum in rerum natura duo quærenda ſint, unum, quæ materia ſit ex qua quæque res efficiatur; alterum, quæ vis ſit quæ quidque efficiat: de materia differu-

lo poſt *citimum* pro *extremum*. Urſin.

Ib. *Democrito* adjicit] C. C. C. et Ven. 1471. *adjecit*. Unde reſcribendum cenſebam *Democrito accedit*. Cum vero Pariſ. pr. tert. habeant *Democrito addicit*, nunc lego *totus eſt alienus*. Se *Democrito addicit* &c. ac ita fere Cl. Th. Bentleius. Lactantius Div. Inſt. lib. ii. cap. xvii. 11. *Eſt enim piaculum maximum* addicere ſe *poteſtati eorum*. Et lib. vii. cap. vii. 6. *Cum aliquam ſectam probaverint*, eique ſe addixerint. Sic paſſim noſter, aliique ſcriptores. *Davies*.

[u] *Corpora individua propter ſoliditatem, cenſet*] Ita recte dederunt Victorius et Brutus: nam Lambinus, Aldus nepos, et recentiores perperam repræſentant *corpora individua, propter ſoliditatem cenſet*: non enim *propter ſoliditatem in infinito inani feruntur* Atomi, ſed illa corpuſcula propter ſoliditatem ſunt individua. Lucretius. i. 486.

Sed quæ ſunt rerum primordia, nulla poteſt vis
Stringere: nam ſolido vincunt ea corpore demum.

Vide ſis et Laertium x. 44. *Idem*.

[x] *Nec* ultimum *nec extremum fit*] Ejuſdem plane ſunt poteſtatis *ultimum* et *extremum*. Fulv. quidem Urſinus in ſuo MSto fuiſſe teſtatur *nec ultimum nec* citimum *fit*. *Citimum* eſt proximum. Vide Nonium in *cituma*. Eam tamen lectionem conjecturæ potius quam libro cuipiam deberi putaverim: nam reliqui, niſi fallor, omnes receptam ſervant; quæ mihi videtur parum ſincera. Lego *nec* primum *nec extremum fit*. Opponi ſibi ſolent hæ voces; neque a Codicibus multum recedit emendatio, quam lectoribus expendendam propono. Cicero Tuſc. i. 26. *Omnia ſupera, infera*, prima, ultima, *media videremus*. Davies.

Digitized by Google

erunt; vim et cauſſam efficiendi reliquerunt. Sed hoc commune vitium: illæ Epicuri propriæ ruinæ. Cenſet enim, eadem illa individua et ſolida corpora ferri ſuo deorſum pondere ad lineam: [y] hunc naturalem eſſe omnium corporum motum. [z] Deinde ibidem homo acutus, cum illud occurreret, ſi omnia [a] deorſus e regione ferrentur, et, ut dixi, ad lineam, numquam fore, ut atomus altera alteram poſſet adtingere; [b] itaque adtulit rem commenticiam: declinare dixit atomum perpaullum, quo nihil poſſet fieri mi-

[y] *Hunc naturalem eſſe omnium* corporum *motum*] *Omnium* ponderum *motum* legendum puto. *Camerar.*

[z] *Deinde* ibidem *homo acutus*] Lego *deinde* idem *homo acutus*; nam ſecunda vocula loco, quemadmodum reor, haud convenit. *Davies.*

[a] Deorſus *e regione*] Vulgo *deorſum*. Nos Palatinum primum, optimum et vetuſtiſſimum librum, ſequimur. Cicero N. D. i. 25. *Ait atomum, cum pondere et gravitate* directa deorſus *feratur, declinare paullulum*. Sic enim nos ex MSStis edidimus. *Idem.*

[b] Itaque *attulit rem commenticiam*] Suſpicor *itaque* abundare. P. Manucius. *Ibid.* Adverbium *itaque* abundare videtur; delendumque omnino, quia abeſt a vetere libro; ejiciente etiam ſententia. *Urſin.*

Ib. Itaque *adtulit rem commenticiam*] Prima vox P. Manucio videbatur abundare; dein eam fide veteris libri, quem obſequentiſſimum habuit, et poſtulante ſententia, Fulv. Urſinus ejiciendam cenſuit. Lambinus autem reponit, *ita attulit rem commenticiam*. Nihil tamen eſt mutandum: nam Latiniſſimi ſcriptores poſt ἐπιβολὴν paullo longiorem hujuſce generis vocabula ſolent immittere. Livius ii. 12. *C. Mucius adoleſcens nobilis, cui indignum videbatur populum R. ſervientem, quum ſub Regibus eſſet, nullo bello nec ab hoſtibus ullis obſeſſum eſſe; liberum eundem populum ab iiſdem Etruſcis obſideri quorum ſæpe exercitus fuderit:* Itaque *magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam* ratus *&c.* Qui locus huic eſt geminus germanus. Nec diſſimilis eſt accuratiſſimo Gronovio laudatus Juſtini locus xii. 14. *Auctor inſidiarum Antipater fuit, qui, cum cariſſimos amicos ejus interfectos videret; Alexandrum Lyncíſtam, generum ſuum occiſum; ſe magnis* &c. Igitur *ad occupandum Regem Caſſandrum filium dato veneno ſubornat.* Pariter Lactantius lib. iii. c. xvi. 7. *Sed profecto, quia nihil boni ad vitam adferebant; nec ipſi decretis ſuis obtemperaverunt; nec quiſquam per tot ſæcula inventus eſt qui eorum legibus viveret; abjicienda eſt* Igitur *omnis philoſophia* &c. De hac Epicuri ſententia vide Lucretium ii. 216. ſeqq. ac Ciceronem de Fato cap. x. *Davies.*

Digitized by Google

nus: ita effici complexiones, et copulationes, [c] et adhæſitationes atomorum inter ſe: ex quo efficeretur mundus, omneſque partes mundi, quæque in eo eſſent. Quæ cum res tota ficta ſit pueriliter, [d] tum ne efficit quidem quod volt: nam et ipſa declinatio ad libidinem fingitur (ait enim declinare atomum ſine cauſſa: [e] quo nihil turpius phyſico, [f] quam fieri ſine cauſſa quicquam dicere) et illum motum naturalem omnium ponderum, ut ipſe conſtituit, e regione inferiorem locum petentium, ſine cauſſa eripuit atomis: nec tamen id, [g] cujus cauſſa hoc finxerat, adſecutus eſt. Nam [h] ſi omnes atomi declinabunt, nullæ umquam cohæreſcent: ſive aliæ declinabunt, aliæ ſuo nutu recte

[c] *Et adhæſiones* atomorum] Nonnulli libri habent *adhæſitationes*. Ego nihil muto. LAMBIN. *Ibid.* At mutare debuit; *adhæſitationes* enim repræſentant Pall. ſex, Pariſ. tres, Elienſ. uterque, C. C. C. et Balliol. *Davies.*

[d] *Tum ne efficit* quidem *quod volt*] Noſtri MSSti ſummo conſenſu dant, *tum ne efficit quod volt*; ac ita Ven. 1471. et editio Victoriana. Nec incommodus eſt is loquendi modus, ut patet ex iis quæ congeſſit Th. Munckerus ad Hygini Fab. ccxx. Adi ſis et Cl. Burmannum ad Petronii cap. xlvii. ac ad Quinctiliani Inſt. Orat. vi. 1. *Idem.*

[e] *Quo nihil turpius phyſico*, &c.] Hæc verba, quæ reperiuntur deinceps in omnibus libris vulgatis, et quibuſdam etiam manuſcriptis, *quam fieri ſine cauſa quidquam dicere*, ego funditus delenda cenſeo, ut aliena, et ſupervacanea, et in libris melioribus non comparentia; quod et Manucio videtur. *Lambinus.*

[f] *Quam fieri ſine cauſa quidquam dicere*] Hæc videntur abundare, ut otioſa, et ſine cauſa inculcata: id enim turpe Phyſico eſt, dicere atomum declinare ſine cauſa. Hoc per ſe recte habet, et concinnum eſt. Præterea ſi quid addatur, frigebit. *P. Manucius.*

Ib. *Quam fieri ſine cauſſa quicquam dicere*] Hæc delenda ſtatuunt P. Manucius, D. Lambinus et Fr. Guyetus. Puto tamen eſſe melius ut cum J. M. Bruto legas, *quum nihil turpius Phyſico quam fieri ſine cauſſa quicquam dicere*; quod et olim mihi venerat in mentem. *Davies.*

[g] *Cujus cauſſa* hoc *finxerat*] Vulgo *hæc*. Nos Elienſ. ſec. et Pariſ. tert. ſequimur. *Hoc*, ſcilicet Atomum ſine cauſſa declinare. *Idem.*

[h] Si *omnes atomi declinabunt* ——ſive *aliæ declinabunt*] Bene quidem Lambinus reponit SIVE *omnes atomi declinabunt*,—SIVE *&c.* Nos paullo melius, certe propius ad Codices, SI *omnes Atomi declinabunt*——SIN *aliæ* &c. *Idem.*

Digitized by Google

ferentur; primum erit hoc quaſi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur: deinde eadem illa atomorum, in quo etiam Democritus hæret, turbulenta concurſio hunc mundi ornatum efficere non poterit. Ne illud quidem Phyſici, credere aliquid eſſe minimum: quod profecto numquam putaviſſet, ſi a Polyæno, familiari ſuo, Geometriam diſcere maluiſſet, quam illam etiam ipſum dedocere. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in Geometriaque perfecto: huic bipedalis fortaſſe: [i] tantum enim eſſe cenſet, quantus videtur, vel paullo aut majorem, aut minorem. Ita quæ mutat, ea corrumpit: [k] quæ ſequitur, ſunt tota Democriti; atomi, inane, imagines, quæ idola nominant, [l] quorum incurſione non ſolum videamus, ſed etiam cogitemus, infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt: tum innumerabiles mundi, qui et oriantur et intereant cotidie: quæ etſi mihi nullo modo probantur; tamen Democritum laudatum a ceteris, ab hoc, qui eum unum [m] ſecutus eſt, nollem vituperatum.

VII. Jam in altera philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi ac diſſerendi, quæ λογικὴ dicitur, iſte veſter, plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus eſt. Tollit definitiones: nihil de dividendo ac partiendo

[i] *Tantum enim eſſe cenſet quantus videtur* &c.] Vide nos ad Acad. ii. 26. *Davies.*

[k] *Quæ ſequitur, ſunt tota Democriti*] Quidam legi volunt *quæ ſequuntur.* Ego *quæ ſequitur* malo: et ita reperi ſcriptum in libris MStis et ita habent omnes vulgati. Opponitur autem illo membro *quæ mutat*: nam *quæ ſequitur* interpretor quæ probat. *Lambinus.*

Ib. *Quæ* ſequitur] Elienſ. ſec. *quæ ſequuntur*; et ita, teſte Lambino, quidam legi volunt. Ac illi quidem recte, mea ſententia. Nam cum ſint in quibus ducem Democritum non habeat; fieri non poteſt, ut *quæ ſequitur* ſint tota Democriti. Vide N. D. i. 26. *Davies.*

[l] Quorum *incurſione non ſolum videamus, ſed etiam cogitemus*] Lego *quarum,* ſcilicet imaginum; ut habet *Nonius* in *infinitio.* Is autem ſcriptor et plerique MSSti dant *incurſionem.* Male prorſus. Vide lib. i. N. D. capp. 18, 37, 38, 39. *Idem.*

[m] *Secutus* eſt] Sic Elienſ. pr. Recte. Quod ideo noto, quod reliqui MSSti dent *eſſet*; ut etiam Victorius edidit. *Davies.*

Digitized by Google

docet: non quomodo efficiatur concludaturque ratio, tradit: non, qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur, ostendit: judicia rerum in sensibus ponit; quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne [n] judicium et veri et falsi putat [o]. * *

DEEST NONNIHIL * * * * * * * * *

[p] Confirmat autem illud vel maxume, quod ipsa natura, ut ait ille, adsciscat et reprobet, id est, voluptatem et dolorem: ad hæc, et quæ sequamur et quæ fugiamus, refert omnia: quod quamquam Aristippi est, a Cyrenaicisque melius liberiusque defenditur; tamen ejusmodi esse judico, ut nihil homine videatur indignius. Ad majora enim quædam nos natura genuit et conformavit, ut mihi quidem videtur: ac fieri potest, ut errem; sed ita prorsus existumo, neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, [q] ut aliquam ex

[n] *Judicium* et *veri et falsi putat*] Vulgo deest vocula secunda quam suppeditarunt MSSti Parisini. Porro sequebatur, *In tertia vero parte quæ est de vita et moribus, in constitutione finis, nil generosum sapit atque magnificum.* Cum tamen hæc esse subditicia doceant omnes Codices, (absunt enim a Victorianis, Lambinianis, Gruterianis, Gronovianis nostrisque) nec ea non repudianda censuerint viri docti; stultum prorsus Emblema, quod hiatui complendo non est, delendum judicavi. *Idem.*

[o] *In tertia vero parte* &c.] Hoc totum, quod reperitur in libris vulgatis, ab hoc loco *In tertia vero parte* &c. usque ad *confirmat autem* &c. non reperi in libris nostris manuscriptis; quæ credibile est a docto aliquo esse assuta. Nam cum certum sit, hic aliquid deesse in libris manuscriptis, neque difficile admodum sit, quid desit, conjicere; hoc totum ille, quisquis fuit, non inepte supplevit: nisi forte in alio meliore exemplari reperitur. Ego in nostris libris manuscriptis non reperi, neque ullam reperi lacunam. *Lambinus.*

[p] *Confirmat* autem *illud* &c.] Vulgo deest *autem*, quod Ciceroni reddunt Paris. sec. Balliol. Med. Elienſ. uterque, simul ac editio Victoriana. Tametsi vero quæ lacunam proxime sequuntur, certam medicinam fere respuant, reponendum tamen suspicor, *Confirmat* autem *illud vel maxime, quod ipsa natura, ut ait ille, adsciscat et reprobet id* esse *voluptatem et dolorem* &c. De re ipsa vide Maximum Tyrium Diss. xxxiii. *Davies.*

[q] *Ut aliquam ex eo perciperet* corpore *voluptatem*] Alii *corporis voluptatem.* Paris. pr. tert.

Digitized by Google

eo perciperet corpore voluptatem, aut cum Latinis tertio conſulatu conflixiſſe [r] apud Veſerim propter voluptatem. Quod vero [s] ſecuri percuſſerit filium, privaviſſe ſe etiam videtur multis voluptatibus, cum ipſi naturæ patrioque amori prætulerit jus majeſtatis atque imperii. Quid? [t] L. Torquatus, is, qui conſul cum Cn. Octavio fuit, cum illam ſeveritatem in eo filio adhibuit, [u] quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut eum, Macedonum legatis adcuſantibus, quod pecunias prætorem in provincia cepiſſe arguerent, cauſſam apud ſe dicere juberet, reque ex utraque parte audita, pronunciaret, [x] eum non talem vi-

Ut aliquam ex eo corpore *perciperet voluptatem.* Incerta vocis illius tam lectio quam poſitio facit ut, ea deleta, reſcribam *ut aliquam ex eo perciperet voluptatem.* Idem.

[r] *Apud* Veſuvium] Ven. *Veſerim.* Utrumque recte legi poteſt: nam ita Livius lib. viii. [cap. 8.] de hoc prælio, *Pugnatum eſt haud procul radicibus Veſuvii montis, qua via ad Veſerim ferebat.* Camerar.

[s] *Securi percuſſerit filium*] Vulgo *filium percuſſerit*; ſed illum ordinem ſervant Elienſ. uterque, Balliol. C. C. C. Med. Ven. 1471. et editio Victorii. Ad hanc autem hiſtoriam reſpicit Virgilius Æn. vi. 825.

——*Sævumque* SECURI
Aſpice Torquatum——

Ubi Servius: *Hic ad urbem pergens præcepit filio ut tantum caſtra tutaretur: ille provocatus ab hoſtibus, nacta occaſione, victoriam conſecutus eſt. Reverſus poſtea pater laudavit fortunam populi R. ſed filium, ut dicit Livius,* fuſtuario necavit. *Ergo* ſævum ſecuri, *ſævum jure occidendi, non ferri genere; nam* ſecuri *non animadvertit in filium.* At nec reliqua pars iſtius hiſtoriæ recte traditur, filiumque Manlii ſecuri percuſſum fuiſſe docet Livius. Illum vide viii. 6, 7. Adi ſis, inter alios, et Agellium ix. 13. Ac Pſeudo Hegeſippum de Haloſi Jud. iii. 24. p. 368. *Davies.*

[t] *L. Torquatus*] T. Torquatum Cn. Octavio collegam dant Faſti Conſulares ad A. U. C. DLXXXVIII. ut forſan et hic ita ſit reponendum. *Davies.*

[u] *Quem in adoptionem D. Silano emancipaverat*] Ad hanc indicandam adoptionem in denario argenteo D. Silani impreſſus eſt torques, Manliæ Torquatorum familiæ uſitatum inſigne, de quo abunde ſcripſimus in libro de Familiis Romanorum. *Urſin.*

[x] *Eum non talem* videri *fuiſſe* &c.] Utebantur hoc verbo judices, ut ſupra dixit in Lucullo [cap. xlvii.] *Quæque jurati judices cognoviſſent, ut ea non eſſe facta ſed ut* videri *pronuntiarunt.* Et orat. in Piſonem [cap. xl.] *Tum tu ipſe de te, feciſſe* videri *pronuntiaſti.* Et libro v. accu-

Digitized by Google

deri fuiſſe in imperio, quales ejus majores fuiſſent; et in conſpectum ſuum venire vetuit; numquid videtur tibi de voluptatibus ſuis cogitaviſſe? Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optumus quiſque pro patria et pro ſuis ſuſcipit, ut non modo nullam captet, ſed etiam prætereat omnes voluptates; [y dolores denique quoſvis ſuſcipere malit, quam deſerere ullam officii partem:] ad ea, quæ hoc non minus declarant, ſed videntur leviora, veniamus. Quid tibi, Torquate? quid huic Triario litteræ, quid hiſtoriæ cognitioque rerum, quid Poetarum evolutio, quid tanta tot verſuum memoria voluptatis adfert? Nec mihi illud dixeris: Hæc enim ipſa mihi ſunt voluptati; et erant illa Torquatis. [z] Numquam hoc

ſat. [in Verrem cap. 6.] *Feciſſe* videri *pronuntiavit*. Sed admonendus eſt lector, me in omnibus libris manuſcriptis, quibus quidem uſus ſim, ſcriptum reperiſſe pro *videri*, partim *fidei*, partim *fideri*. Ac *fidei* quidem rejiciendum prorſus eſt: ſed *fideri* fortaſſe non item: nam Æolicum digamma, quod pronuntiatur fere ut *v* conſonans, ſpeciem gerebat litteræ *f*. Ita ut *videri* et *fideri* unum ſint. *Lambin.*

y *Dolores denique quoſvis ſuſcipere malit quam deſerere ullam officii partem*] Elienſ. pr. *doloreſque quoſvis*. Ut vero libere dicam quod mihi videtur; hæc ultra modum ridicula ſunt et Cicerone prorſus indigna. Delirus enim ſit neceſſe eſt qui dixerit, *Dolorem optimus quiſque pro patria et pro ſuis ſuſcipit, ut dolores quoſvis ſuſcipere malit quam deſerere ullam officii partem*. An vir omnium ſæculorum ingenioſiſſimus et eloquentiſſimus ita ſcriberet? Nefas eſt vel ſuſpicari. Hæc autem verba ſi tollas, recte procedit oratio; quapropter Gloſſematis omnino ſunt damnanda; cujus rei nos uncis indicium facimus. *Davies.*

z *Nunquam hoc ita defendit Epicurus, neque* vero *tu*] Quis eſt vel mediocriter intelligens qui mendoſum illud *vero tu* non exiſtimet? Cui porro correctionem quærenti ſine aliqua librorum ope liceat divinare? Dicam tamen quod ſentio. Placeret Metrodorus, niſi longius a litteris diſcederem; quod inſtituti mei non eſt. Sæpe autem cum Epicuro Metrodorus, quaſi ejus collega, a Cicerone nominatur, ut de Fin. lib. ii. ter, et Tuſc. ii. Lib. i. de Nat. Deorum bis, et lib. iii. de Offic. Quibus ex locis, et ex Laertio præterea, licet intelligere, neminem cum Epicuro aptius quam Metrodorum poſſe conjungi, qui ejuſdem adjutor et pæne auctor fuerit ſententiæ. *P. Manucius.*

Digitized by Google

ita defendit Epicurus: [a] neque vero tu, aut quiſquam eorum, qui aut ſaperet aliquid, aut iſta didiciſſet. Et, quod quæritur ſæpe, [b] cur tam multi ſint Epicurei; ſunt aliæ quoque cauſſæ, ſed multitudinem hoc maxume adlicit, [c] quod ita putat dici ab illo, recta et honeſta quæ ſint, ea facere ipſa per ſe lætitiam, id eſt, voluptatem. Homines optumi non intellegunt totam rationem everti, ſi ita ſe res habeat: nam ſi concederetur, etiam ſi ad corpus nihil referatur, iſta ſua ſponte et per ſe eſſe jucunda; per ſe eſſet et vir-

[a] *Neque vero tu, aut quiſquam eorum* &c.] Libri veteres habent *neque vero Troji, aut quiſquam* &c. quod, quid ſibi velit, quæro. Putabam legendum conjectura facta ex hac vitioſa ſcriptura *Troii, neque vero* Thorius, *aut quiſquam* &c. Commemorat enim L. Thorium Balbum voluptarium lib. ii. [cap. 20.] his verbis: *Is ita vivebat, ut nulla tam exquiſita poſſet inveniri voluptas, qua non abundaret: erat et cupidus voluptatum, et cujuſvis generis ejus intelligens, et copioſus: ita non ſuperſtitioſus, ut illa plurima in ſua patria ſacrificia et fana contemneret: ita non timidus ad mortem, ut in acie ſit ob remp. interfectus* &c. Sed quærat potius lector ingenioſus, quid pro hac voce ſit hic reponendum. Ego, repræſentata antiqua ſcriptura, officio meo functus ſum. *Lambin.*

Ib. *Neque vero tu aut quiſquam eorum, qui aut ſaperet aliquid, aut iſta didiciſſet*] Cum nonnulli libri præ ſe ferant *neque vero troii*; P. Manucio placuit *neque Metrodorus*, Lambino *neque vero Thorius*. Vulgo *neque vero tu*, Triari, *aut quiſquam eorum*. Triarius autem non fuit Epicureus ſed Stoicus. Vide lib. ii. cap. 35. Ea de cauſſa vocem *Triari*, fide MSti Balliolenſis, prætermiſi. Quin et Gruterus ſic, ut edidimus, lectum voluit. Dum autem de uno vel altero verbo litigant interpretes; hæc omnia Guyetus habuit ſuſpecta. Sed immerito quidem. *Davies.*

[b] *Cur tam multi* ſint *Epicurei*] Vulgo *ſunt*, quod non patitur linguæ Latinæ ratio. Ita tamen editiones quas inſpexi, præter illam J. M. Bruti 1574. *Idem.*

[c] *Quod ita* putat] Elienſ. ſec. *putant*; quod optimis ſcriptoribus poſt nomina *multitudinis* uſitatum. Infra ii. 16. *Ferret ad* plebem, vellentne *de ea re quæri*. Ubi Lambinus reponit *velletne*: ſed fruſtra. Seneca Œdip. vſ. 160.

Rupêre *Erebi clauſtra profundi*
Turba *ſororum face Tartarea*.

Ovidius Metam. i. 92.

—*Nec ſupplex* turba timebant
Judicis ora ſui——

Ac vſ. 172.

Plebs habitant *diverſa locis*—

Iterum vſ. 244.

Dicta Jovis pars *voce* probant. Sic innumeris in locis et hic et alii. Vide ſis Nic. Heinſium ad Faſt. iii. 189. *Davies.*

Digitized by Google

tus et cognitio rerum, quod minime ille volt, expetenda. Hæc igitur Epicuri non probo, inquam. De cetero, vellem equidem aut ipſe doctrinis fuiſſet inſtructior (eſt enim, quod ita tibi videri neceſſe eſt, non ſatis politus his artibus, quas qui tenent *eruditi* adpellantur) aut ne deterruiſſet alios a ſtudiis: quamquam te quidem video minime eſſe deterritum.

VIII. Quæ cum dixiſſem, magis ut illum provocarem quam ut ipſe loquerer; tum Triarius leniter arridens, Tu quidem, inquit, totum Epicurum pæne e philoſophorum choro ſuſtuliſti. Quid ei reliquiſti, [d] niſi te, quoquo modo loqueretur, intellegere quid diceret? [e] Aliena dixit in phyſicis, nec ea ipſa, quæ tibi probarentur: ſi qua in his corrigere voluit, deteriora fecit: diſſerendi artem nullam habuit: voluptatem cum ſummum bonum diceret, primum in eo ipſo parum vidit: deinde hoc quoque alienum: nam ante Ariſtippus, et [f] Ille melius: [g] addidiſti ad extre-

[d] *Niſi te* quoquo id *modo loqueretur*] Sic legendum, non ut vulgo, *quoque ut id modo*. Lamb.

Ib. *Niſi te* quoque, ut id *modo loqueretur*] Maffei liber *quoque modo*; haud prorſus emendate, ſed ut vitii tamen nihil pene ſuperſit: nam, una litera immutata, locus reſtituitur; nempe ſi ſic legas: *Niſi te*, quoquo *modo loqueretur* &c. Dicit autem *quoquo modo loqueretur*, ut pene etiam oſtendat, ne in verbis quidem Ciceroni Epicurum ſatisfeciſſe, non modo in ſententiis. *P. Manucius.*

Ib. *Quoquo* is *modo loqueretur*] Ita legendum, cum in vulgatis ſit *id* pro *is*. Urſin.

Ib. *Quoquo modo loqueretur*] Sic recte Gruterus ex Pal. primo. Ac ita repræſentat Elienſ. ſec. *Davies.*

[e] *Aliena dicit in Phyſicis, nec ea ipſa quæ tibi* probarentur: ſed *ſi quæ in his corrigere voluit, deteriora fecit*] Scribe ex antiquo Codice, *aliena dicit in Phyſicis, nec ea ipſa quæ tibi* probentur; et *ſi quæ* &c. *Urſinus.*

Ib. *Aliena* dixit] Eſt a Pal. primo. Vulgo *dicit*; quod reſpuunt *præterita* quæ ſequuntur. *Davies.*

[f] Ille melius. *Etenim quaſi detractis de homine ſenſibus*] Supervacanea ſunt hæc verba, neque locum hic habere poſſunt: nam ex argumentis ſunt, quibus probare conabatur Epicurus voluptatem eſſe ſummum bonum. Dicit enim paullo infra [cap. ix.] *Etenim, quoniam, detractis de homine ſenſibus, reliqui nihil eſt; neceſſe eſt, quid aut ſecundum naturam aut contra ſit, a natura ipſa judicari.* Maffei liber, *Et detractis de homine ſen-*

Digitized by Google

mum, etiam indoctum fuisse. [h] Fieri, inquam, Triari, nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes ejus, a quo dissentias: quid enim me prohiberet Epicureum esse, si probarem quæ ille diceret? cum præsertim illa perdiscere, ludus esset. Quamobrem dissentientium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ: maledicta, contumeliæ, [i] tum iracundæ contentiones, concertationesque [k in disputando] pertinaces, indignæ mihi philosophia videri solent. Tunc Torquatus, Prorsus, inquit, adsentior: neque enim disputari sine reprehensione, nec cum iracundia aut pertinacia recte disputari potest. Sed ad hæc, nisi molestum est, habeo quæ velim. [l] An me, inquam, nisi te audire vellem, censes hæc dicturum fuisse? [m] Utrum igitur, inquit, percurri omnem Epicuri disciplinam placet, an de una voluptate quæri, de qua omne certamen est? Tuo vero id quidem, inquam, arbitratu. Sic faciam igitur, inquit: unam rem explicabo, eamque maxumam: de Physicis alias, et

sibus: aliud antiquum exemplar, *Etenim quoniam detractis de homine sensibus:* ut et ipsa varietas mendi suspicionem afferat. *P. Manucius.*

[g] *Addidisti ad extremum* &c.] Ante hæc verba, libri vulgati habent hæc, *etenim, quasi detractis de homine sensibus*, quæ ex suo loco, qui est pagina proxime sequente, huc in alienum immigrarunt. Ea funditus sustuli, cum præsertim in MSStis sola vox *detractis*, eaque in nonnullis cum litura compareat. LAMBIN. *Ibid.* Recte Lambinus; eas enim voces nescit Pal. pr. licet in nostris sint omnibus. *Davies.*

[h] *Fieri, inquam, Triari*] Vulgo *O Triari*; sed interjectionem fide Pal. primi delevimus. *Idem.*

[i] *Tum* iracundæ *contentiones*] Vulgo *tum* iracundiæ, *contentiones*; unde nos rescribendum putabamus *tum* iracundia et *contentiones*. Lambinus autem conjecit, *tum* iracundæ *contentiones*; eamque rationem, quam diserte præstant Paris. pr. tert. nunc secuti sumus. *Idem.*

[k] *In disputando*] Hasce voces nescit Paris. sec. et omnino spuriæ videntur; quapropter eas uncis circumdedimus: *Idem.*

[l] An *me, inquam*] Vulgo *at me, inquam*. Lectionem vero quam recepimus exhibent Paris. sec. et Elienf. unus, eaque commodior videtur. Simile mendum vidimus supra cap. 2. *Idem.*

[m] *Utrum igitur*, inquit] Vulgo prætermittitur vox ultima, quam nos ex tribus Parisinis addidimus. *Davies.*

Digitized by Google

quidem tibi et declinationem iſtam atomorum, et magnitudinem ſolis probabo, et Democriti errata, ab Epicuro reprehenſa et correcta permulta: nunc dicam de voluptate; nihil ſcilicet novi, ea tamen, quæ te ipſum probaturum eſſe confidam. Certe, inquam, pertinax non ero; tibique, ſi mihi probabis ea quæ dices, libenter adſentiar. Probabo, inquit, modo iſta ſis æquitate quam oſtendis: ſed uti oratione perpetua malo, quam interrogare aut interrogari. Ut placet, inquam. Tum dicere exorſus eſt.

IX. Primum igitur, inquit, ſic agam, ut ipſi auctori hujus diſciplinæ placet: conſtituam, quid et quale ſit id de quo quærimus: non quo ignorare vos arbitrer, ſed ut ratione et via procedat oratio. Quærimus igitur, [n] quid ſit extremum et ultimum bonorum: quod omnium Philoſophorum ſententia [o] tale debet eſſe, [p] ut ad id omnia referri oporteat; ipſum autem nuſquam. Hoc Epicurus in *voluptate* ponit, [q] quod ſummum bonum eſſe volt] ſummumque malum in *dolore*. Idque inſtituit docere ſic: [r] Omne

[n] *Quid ſit extremum* et *ultimum bonorum*] Vulgo *quid ſit extremum*, quid *ultimum bonorum*; ſed Palatini primi bonitas in cauſſa fuit cur eum hic exprimendum putaverim; nam *extremum* et *ultimum* paſſim junguntur. Vide lib. v. cap. 6. et Arnobium lib. iii. pag. 153. lib. v. pag. 234. *Idem.*

[o] *Tale debet eſſe ut ad id omnia*] Stobæus Ecl. Ethic. lib. ii. p. 162. Τέλος ἐστὶν ἐφ' ὃ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ πραττόμενα καθηκόντως τὴν ἀναφορὰν λαμβάνει, αὐτὸ δὲ ἐπ' ἐδενός. Lege ἐπ' ἐδέν, prout laudat etiam Lipſius Manud. ad Philoſ. Stoic. ii. 13. *Idem.*

[p] *Ut ad id omnia referri oporteat, ipſum autem nuſquam*] Ariſtoteles lib. i. ad Nicom. [cap. vii.] Ἁπλῶς δὴ τέλειον τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν αἰεὶ, καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο. *Urſin.*

[q] *Quod ſummum bonum eſſe volt*] Haſce voces, excepta prima, neſcit Pariſ. ſec. Et plane quidem ſupervacaneæ ſunt ac a Sciolis intruſæ. Totus autem locus ita legendus eſt. *Hoc Epicurus in voluptate ponit. ſummumque malum in dolore:* nam vulgo dant *ſummumque malum dolorem.* Nec id Walkerum noſtrum fugit. *Davies.*

[r] *Omne animal ſimul atque natum ſit* &c.] Diogenes Laertius lib. x. §. 137. Ἀποδείξει δὲ χρῆται (ὁ Ἐπίκουρος) τὸ τέλος εἶναι τὴν ἡδονὴν τῷ τὰ ζῶα ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὴν μὲν εὐαρεστεῖσθαι, τῷ δὲ πόνῳ προσκρούειν φυσικῶς ἀ χωρὶς λόγου. Sextus Empiricus Pyr-

Digitized by Google

animal, ſimulatque natum ſit, voluptatem adpetere, eaque gaudere, ut ſummo bono; dolorem adſpernari, ut ſummum malum, et, quantum poſſit, a ſe repellere: idque facere nondum depravatum, ipſa natura incorrupte atque integre judicante. Itaque negat opus eſſe ratione, neque diſputatione, quam ob rem voluptas expetenda, fugiendus dolor ſit: ſentiri hoc putat, ut, calere ignem, nivem eſſe albam, dulce mel; [s]quorum nihil oportere exquiſitis rationibus confirmare, tantum ſatis eſſe admonere: intereſſe enim inter argumentum concluſionemque rationis, et inter mediocrem animadverſionem atque admonitionem; altera, occulta quædam et quaſi involuta aperiri; altera, prompta et aperta judicari: etenim quoniam, detractis de homine ſenſibus, [t]reliqui nihil eſt; neceſſe eſt, quid aut [u]ad naturam aut contra ſit, a natura ipſa [x]judicari. [y]Ea quid percipit aut quid judicat, quo aut petat aut fugiat aliquid, præter voluptatem et dolorem? Sunt autem quidam e noſtris, qui

rhon. Hypot. lib. iii. cap. xxiv. §. 194. Ὅθεν καὶ οἱ Ἐπικούρειοι δεικνῦναι νομίζουσι, φύσει αἱρετὴν εἶναι τὴν ἡδονήν· τὰ γὰρ ζῶα φασιν ἅμα τῷ γενέσθαι ἀδιάστροφα ὄντα ὁρμᾷν μὲν ἐπὶ τὴν ἡδονὴν, ἐκκλίνειν δὲ ἀλγηδόνας. Vide ſis eundem contra Mathem. lib. xi. §. 96. Maximum Tyr. Diſſ. xxxiii. ubi partes Epicuri tuetur, et noſtrum infra ii. 13. *Idem.*

[s] *Quorum nihil* oportere] Vulgo *oporteret*; Med. *oportet*. Sed cum oratio poſtulet *oportere*, nos Brutum et Aldum nepotem ſecuti ſic edidimus. *Idem.*

[t] *Reliqui nihil eſt*; *neceſſe* eſt] Lego *neceſſe eſſe*, cum hæc a ſuperioribus pendeant. *Idem.*

[u] *Ad naturam*] Sic optimi Codices et in his Pariſ. pr. tert. nam Elienſ. pr. Balliol. pluresque libri tam manu quam typis exſcripti dant *ſecundum naturam*; quæ quidem lectio videtur ex interpretatione nata. *Idem.*

[x] *Judicari*, voluptatem et per ſe expetendam, et dolorem ipſum per ſe eſſe fugiendum] In Ven. hæc verba prorſus non leguntur: et de marginali annotatione in ipſum auctoris ſcriptum invaſiſſe apparet. *Camerarius.*

[y] *Etenim quid percipit* et *quid judicat*] Antiquus liber habet, *at quid percipit aut quid judicat*, Urſin.

Ib. Aut *quid judicat*] Vulgo *et quid judicat*. Nos Elienſ. utrumque, Pariſ. pr. tert. Med. et editionem Victorianam noſtræ lectionis damus auctores. *Davies.*

Digitized by Google

hæc ſubtilius velint tradere, et negent ſatis eſſe, quid bonum ſit aut quid malum, ſenſu judicari: ſed animo etiam ac ratione [z] intellegi poſſe, et voluptatem ipſam per ſe eſſe expetendam, et dolorem ipſum per ſe eſſe fugiendum: itaque aiunt hanc quaſi naturalem atque inſitam in animis noſtris ineſſe notionem, ut alterum eſſe adpetendum, alterum adſpernandum ſentiamus. Alii autem (quibus ego adſentior) cum a Philoſophis compluribus permulta dicantur, cur nec voluptas in bonis ſit numeranda nec in malis dolor; non exiſtumant oportere nimium nos cauſſæ confidere, ſed et argumentandum, et adcurate diſſerendum, et, rationibus conquiſitis, de voluptate et dolore diſputandum putant.

X. Sed ut perſpiciatis, unde omnis iſte natus ſit error voluptatem adcuſantium doloremque laudantium, totam rem aperiam; eaque ipſa, quæ ab illo [a] inventore veritatis et quaſi architecto beatæ vitæ dicta ſunt, explicabo. Nemo enim ipſam voluptatem, quia voluptas ſit, adſpernatur, aut odit, aut fugit; ſed [b] quia conſequuntur magni dolores eos

[z] *Intelligi poſſe, et voluptatem ipſam per ſe eſſe expetendam* &c.] Ego hic a Camerario diſſentio, qui putat, hoc totum, *et voluptatem per ſe eſſe expetendam et dolorem per ſe eſſe fugiendum*, ſubdititium eſſe. LAMBIN. *Ibid.* Immerenti Camerario dicam, quod Gruterus etiam vidit, impegit Lambinus: nam cum plerique MSSti ſimul ac editi poſt verbum *judicari* ſubdant, *voluptatem etiam et per ſe expetendam eſſe, et dolorem eſſe per ſe fugiendum:* hæc delenda jure cenſuit vir ille doctus; nec in editione Veneta Petri Victorii reperiuntur: ſimilia autem verba, quæ ſequuntur *intelligi poſſe* tam in ea quam in aliis omnibus locum ſuum tenent. *Dav.*

[a] *Inventore veritatis*] Similiter Epicurus *Pater veri* dicitur Petronio cap. 132. Et apud Lucretium iii. 9. legerim,

Tu pater et veri *inventor, Tu patria nobis*
Subpeditas præcepta———

non ut vulgo *rerum*. Vide ſupra cap. 5. *Idem.*

[b] *Quia conſequuntur* &c.] Epicurus in Epiſtola ad Menœceum: Ἐπεὶ πρῶτον ἀγαθὸν τοῦτο (ἡδονὴ) καὶ σύμφυτον, διὰ τοῦτο καὶ οὐ πᾶσαν ἡδυνὴν αἱρούμεθα· ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰς ἡδονὰς ὑπερβαίνομεν ὅταν πλεῖον ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται· καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττιες νομίζομεν, ἐπειδὰν μείζων ἡμῖν ἡδονὴ παρακολουθῇ πολὺν χρόνον ὑπομείνασι τὰς ἀλγηδόνας &c. Ex-

qui ratione voluptatem ſequi neſciunt: neque porro quiſquam eſt qui dolorem ipſum, quia dolor ſit, amet, conſectetur, adipiſci velit; ſed quia nonnumquam ejuſmodi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quærat voluptatem. Ut enim ad minima veniam, quis noſtrûm exercitationem ullam corporis ſuſcipit laborioſam, niſi ut aliquid ex ea commodi conſequatur? quis autem vel eum jure reprehenderit, qui in ea voluptate velit eſſe, quam nihil moleſtiæ conſequatur, vel illum, qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla pariatur? At vero eos et adcuſamus et juſto odio digniſſimos ducimus, qui blanditiis præſentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores et quas moleſtias excepturi ſint, occæcati cupiditate non provident: ſimilique ſunt in culpa, qui officia deſerunt mollitia animi, id eſt, laborum et dolorum fuga. Et harum quidem rerum facilis eſt et expedita diſtinctio; nam libero tempore, cum ſoluta nobis eſt eligendi optio, cumque nihil inpedit, quo minus id, quod maxume placeat, facere poſſimus; omnis voluptas adſumenda eſt, omnis dolor depellendus: temporibus autem quibuſdam, [c] et aut officiis debitis aut rerum neceſſitatibus, ſæpe eve-

ſtant apud Laertium lib. x. §. 129. Seneca de Otio ſapientis cap. xxxii. Dicit *Epicurus, aliquando ſe receſſurum a voluptate, dolorem etiam appetiturum, ſi aut voluptati imminebit pœnitentia aut dolor minor pro graviore ſumetur.* Et recte quidem.

Φεῦγ' ἡδονὴν, φέρουσαν ὕστερον βλάβην,

præcepit Menander apud Stobæum Serm. vi. p. 79. Nec minus appoſite Maximus Tyrius Diſſ. xxxiii. Κἂν ταῖς τῶν πόνων ὁμιλίαις οὐδεὶς πονεῖ πόνου ἐρῶν, (ἢ γὰρ ἂν εἴη ὁ δυσεραστότερος) ἀλλάττεται δὲ τοὺς παρόντας πόνους—ἡδονῆς. Vide Tuſc. lib. v. c. 33. *Davies.*

[c] *Et aut officiis debitis, aut rerum neceſſitatibus*] Hoc totum alienum, et ab aliquo indocto inculcatum eſſe puto. *Lambin.*

Ib. *Et aut officiis debitis aut rerum neceſſitatibus*] Hoc totum Lambinus alienum putabat. Gruterus autem legit, *id eſt aut officiis debitis aut rerum neceſſitatibus.* Quid vero ſint *debitæ rerum neceſſitates* haud equidem intelligo. Forte reſcribi queat, *ut aut officiis* impedientibus *aut rerum neceſſitatibus.* Hæc ſane videtur Tullii mens; ſed an ejus manum aſſecutus ſim neſcio. *Davies.*

Digitized by Google

niet, ut et voluptates repudiandæ ſint et moleſtiæ non recuſandæ. Itaque earum rerum hic tenetur a ſapiente delectus, ut aut rejiciendis voluptatibus majores alias conſequatur, aut perferendis doloribus aſperiores repellat. Hanc ego cum teneam ſententiam; quid eſt cur verear, ne ad eam non poſſim adcommodare Torquatos noſtros? quos tu paullo ante cum memoriter, tum etiam erga nos amice et benevole conlegiſti. Nec me tamen laudandis majoribus meis corrupiſti, nec ſegniorem ad reſpondendum reddidiſti: quorum facta quemadmodum, quæſo, interpretaris? Siccine eos cenſes aut in armatum hoſtem inpetum feciſſe, [d] aut in liberos et in ſanguinem ſuum tam crudeles fuiſſe, [e] nihil ut de utilitatibus, nihil ut de commodis ſuis cogitarent? At id ne feræ quidem

[d] *Aut in liberos* et *in ſanguinem ſuum*] Vulgo *aut in liberos* aut *in ſanguinem ſuum*. Cum vero *ſanguis* hoc in loco non aliud quam *liberos* denotet; eo quo dedimus modo legendum. Lactantius de iis qui recens natos oblidunt ſic loquitur Div. Inſtit. lib. vi. cap. xx. 20. *Exſpectet vero aliquis, ut alieno* ſanguini *parcant qui non parcunt* ſuo. Et paullo poſt de filium ſuum exponente §. 22. *Qui etiamſi contingat ei quod voluit, ut alatur; addixit certe* ſanguinem ſuum *vel ad ſervitutem vel ad lupanar*. Alia non deſunt exempla quorum nonnulla proferam: Ovidius Metam. v. 514.

Proque meo veni ſupplex tibi, Juppiter, inquit,
Sanguine, *proque tuo* ——

Et Faſt. vi. 487.

Intumuit Juno, rapta quod pellice natum
Educet: at ſanguis *ille ſororis erat.*

Tibullus lib. i. Eleg. vii. 71.

Te ſemper natamque tuam te propter amabo.
Quicquid agat, ſanguis *eſt tamen illa tuus.*

Vide Senecam Herc. Fur. vſ. 309, 1021. *Davies.*

[e] *Nihil ut de* utilitatibus, *nihil ut de commodis ſuis cogitarent*] Lambinus reſcribendum cenſuit *nihil ut de* voluptatibus *nihil ut de commodis* &c. quod, ut arbitror, *utilitates* et *commoda* ſignificatione non multum differant. At has voces alibi conjunxit Cicero. Sic etiam Lactantius Div. Inſt. lib. vi. cap. vi. 22. *Qui nihil putant* utile, *nihil* commodum, *niſi quod teneri manu poteſt*. Et lib. vii. cap. iv. 5. *Ex quo nullam* utilitatem, *nullum* commodum *ſperet*. Hæc, ut opinor, emendatione nihil opus eſſe ſatis oſtendunt. Si vero ſecus eſſet, voces *nihil ut de utilitatibus* omittunt Pal. ſec. et C. C. C. ut expungendæ potius viderentur quam conjectura tentandæ. *Davies.*

Digitized by Google

faciunt, [f] ut ita ruant itaque turbent, ut earum [g] motus et inpetus quo pertineant non intellegamus. Tu tam egregios viros cenſes tantas res geſſiſſe ſine cauſſa? Quæ fuerit cauſſa mox videro: interea hoc tenebo; ſi ob aliquam cauſſam iſta, quæ ſine dubio præclara ſunt, fecerint; virtutem his ipſam per ſe cauſſam non fuiſſe. Torquem detraxit hoſti: [h] et quidem ſe texit ne interiret. At magnum periculum adiit: in oculis quidem exercitus. Quid ex eo conſecutus eſt? laudem et caritatem; quæ ſunt vitæ ſine metu degendæ præſidia firmiſſima. Filium morte multavit: ſi ſine cauſſa, nollem me ab eo ortum [i] tam inportuno

[f] *Ut ita ruant, itaque turbent, ut* &c.] Sic reperi ſcriptum in omnibus veteribus codicibus, et ita ſine dubio legendum, non, ut vulgo, *atque turbentur*, ſeu *itaque turbentur*: nam *turbare* hoc loco, ut et ſæpe alibi, valet *turbas facere*, ſeu *excitare*. Plautus Menæchm. [Act. iii. Sc. ii. 21.] *Adibo ad hominem: nam* turbare *geſtio*. Idem Moſtell. [Act. v. Sc. i. 11.] *Facio idem, quod plurimi alii, quibus res timida, aut turbida eſt: Pergunt* turbare *uſque ut ne quid poſſit conquieſcere*. Lambin.

Ib. *Ut ita ruant itaque* turbentur] Ven. *turbent*: ut Moſtellaria [Act. iii. Sc. i. 15.] *Pergam turbare porro*, id eſt, turbas dare. *Camerar.*

[g] *Motus et impetus quo pertineant non* intelligamus] Noſter hic quoque, ut Victorius et Gruterus, *turbent*: ſed præterea *intelligantur*. Videtur ordinaria loquendi ratio exigere *intelligatur*; ſed ita ſolet Tullius. Secunda Agraria: *Ea ne accidere poſſent, conſilio meo et ratione proviſa ſunt*, id eſt, proviſum eſt. Et prima: *Sapienti parte legis quemadmodum Pompeium oppugnarent, a me indicati ſunt*, ἀντὶ τοῦ indicatum eſt. Seneca Epiſt. xiv. *Tria præſtanda ſunt ut vitentur*, pro præſtandum eſt. Lib. iii. Fin. cap. 7. *Ut membra nobis ita data ſunt, ut ad quandam rationem vivendi data eſſe appareant*. J. Fr. Gronovius. *Ibid.* Cum J. F. Gronovii MSto diſerte facit C. C. C. eaque dubio procul eſt recte loquendi ratio. Verum ſiquidem Pariſini tres, Elienſ. uterque, Med. ſimul ac præſtantiſſimi quique Codices habeant *intelligamus*, immota ſtet illa lectio. *Davies.*

[h] *Et quidem ſe texit ne interiret*] Hæc Guyeto Ciceroniana non videntur; iſque locum ſic legit, *Torquem detraxit hoſtis et magnum periculum adiit. At in oculis quidem exercitus. Quid ex eo conſecutus eſt?* Ego vero nullus adſequor cur vel iſta verba ſuppoſiticia cenſeantur, vel quicquam, nolentibus MSStis, hic innovetur. *Idem.*

[i] *Tam importuno*] *Importunus* impotentem, violentum, intolerabilem bonis auctoribus denotat, ut exemplis docuere J.

Digitized by Google

tamque crudeli: ſin ut dolore ſuo ſanciret militaris imperii diſciplinam, exercitumque in graviſſimo bello animadverſionis metu contineret; ſaluti proſpexit civium, qua intellegebat contineri ſuam. Atque hæc ratio late patet: in quo enim maxume conſuevit jactare veſtra ſe oratio, tua præſertim, qui ſtudioſe antiqua perſequeris, claris et fortibus viris commemorandis eorumque factis non emolumento aliquo ſed ipſius honeſtatis decore laudandis, id totum evertitur eo delectu rerum, quem modo dixi, conſtituto, ut aut voluptates omittantur majorum voluptatum adipiſcendarum cauſſa, aut dolores ſuſcipiantur majorum dolorum effugiendorum gratia.

XI. Sed de clarorum hominum factis inluſtribus et glorioſis ſatis hoc loco dictum ſit: erit enim jam de omnium virtutum curſu ad voluptatem proprius diſſerendi locus. Nunc autem explicabo, voluptas ipſa quæ qualiſque ſit, ut tollatur error omnis inperitorum; intellegaturque ea, quæ voluptaria, delicata, mollis habeatur diſciplina, quam gravis, quam continens, quam ſevera ſit: non enim [k] hanc ſolam ſequimur, quæ ſuavitate aliqua naturam ipſam movet et cum jucunditate quadam percipitur ſenſibus, ſed [l] maxumam illam voluptatem habemus quæ perci-

Fr. Gronovius ad Senecam de Benef. iv. 3. et ad Ciceronis Fam. xii. 12. ac J. G. Grævius ad ix. 21. *Davies.*

[k] *Hanc ſolam ſequimur quæ ſuavitate aliqua*] Guyetus, interpoſita voce, legit *hanc ſolam ſequimur* voluptatem, *quæ ſuavitate aliqua naturam ipſam movet.* Sed additamento nihil eſt opus; nam ſatis luculentus eſt hic orationis ordo, *nunc autem explicabo voluptas ipſa quæ qualiſque ſit: non enim hanc ſolam ſequimur quæ* &c. mediis κατὰ παρένθηκην interpoſitis. *Idem.*

[l] *Maximam illam voluptatem habemus*] Grutero videtur *habemus* poſitum pro *avemus*; aut, eodem judice, vox tota tolli poterat. Et hoc et illud peſſime. *Habemus*, cenſemus, exiſtimamus. Cicero N. D. i. 17. *Inſculpſit in mentibus, ut eos æternos et beatos* haberemus. Et iii. 36. *Atque hoc quidem omnes mortales ſic* habent, *externas commoditates a Diis ſe habere.* Sed adeo nota eſt hæc verbi poteſtas, ut exempla colligere ſit putidum. Sic autem ſcripſit Epicurus: Ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Vide Laertium lib. x.

Digitized by Google

pitur omni dolore detracto: nam quoniam, cum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiæ gaudemus; omne autem id, quo gaudemus, voluptas est, [m] ut omne quo offendimur, dolor; doloris omnis privatio recte nominata est voluptas. Ut enim cum cibo et potione fames sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem adfert voluptatis: sic in omni re doloris amotio succession efficit voluptatis. Itaque non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem et voluptatem. Illud enim ipsum, quod quibusdam medium videtur, [[n] cum omni dolore caret] non modo voluptatem esse, verum etiam summam voluptatem: quisquis enim sentit quemadmodum sit adfectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore: [o] omnis autem privatione doloris putat

§. cxxxix. 3. Agellium ii. 9. Plutarchum tom. ii. pag. 1088. et Sextum Empiricum advs. Mathem. lib. i. cap. xiii. §. 273, 283. *At privationem doloris summum bonum putare, non plane Peripateticorum ac Stoicorum sed Clinicorum Philosophorum est.* Verba sunt Lactantii Div. Inst. lib. iii. cap. viii. 10. *Idem.*

[m] *Ut omne quo offendimur*] Vulgo *ut omne* id *quo offendimur*. At *id* nesciunt Elienss. uterque, Med. Balliol. C. C. C. aliique MSSti simul ac editio Victoriana. *Idem.*

[n] *Cum omni dolore caret*] Maffei liber, *cum omni dolore careret*. Fortasse *Omni dolore carere* legendum est: etsi video scriptum paullo post, *Quod dolore caret, id in voluptate est.* P. Manucius.

Ib. *Cum omni dolore caret*] Sic C. C. C. et Elienss. uterque: nam Pall. Parisini tres, Med. et Balliol. *cum omni dolore careret*; unde, deleta prima vocula, P. Manucius et D. Lambinus emendant *omni dolore carere*. Hanc διόρθωσιν probat J. Fr. Gronovius, qui testatus est primoris illius verbi nullum in membrana sua vestigium dari, quique de hujusmodi locutionibus egit ad Senecæ Epist. xxiv. Nec dubium videtur quin recte judicarit vir acutissimus; nisi forsan hoc totum, *cum omni dolore caret* vel *careret*, Glossematis loco ponatur; quod equidem probabilius existimo. *Davies.*

[o] Omnis *autem privatione doloris*] Vulgo *omni*. Nos autem Lambinum sequimur. Paullo supra: *Vacuitate* omnis *molestiæ gaudemus*. Sic Epicuro ΠΑΝΤΟΣ τοῦ ἀλγεῖνος ὑπεξαίρεσις, non πᾶσα, prout ante vidimus. Respicit autem noster ad illius philosophi verba, quæ legantur apud Laertium lib. x. §. cxliv. 18. Vide et Plutarchum in libro *non posse suaviter vivi secundum Epicurum*, tom. ii. pag. 1088. C. *Davies.*

Digitized by Google

Epicurus terminari ſummam voluptatem: ut poſtea variari voluptas diſtinguique poſſit; augeri amplificarique non poſſit. At etiam Athenis, ut a patre audiebam, facete et urbane Stoicos inridente, [p] ſtatua eſt in Ceramico Chryſippi ſedentis porrecta manu: quæ manus ſignificet illum in hac eſſe rogatiuncula delectatum, Numquidnam manus tua ſic adfecta, quemadmodum adfecta nunc eſt, deſiderat? Nihil ſane. At, ſi voluptas eſſet bonum, deſideraret. Ita credo. Non eſt igitur voluptas bonum. Hoc ne ſtatuam quidem dicturam pater aiebat, [q] ſi loqui poſſet: concluſum eſt enim contra Cyrenaicos ſatis acute: nihil ad Epicurum: nam ſi ea ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, et ad eos cum ſuavitate adflueret et [r] inlaberetur; [s] nec manus eſſe contenta

[p] *Statua eſt in Ceramico Chryſippi ſedentis porrecta* manu, *quæ* manus *ſignificet illum in hac eſſe rogatiuncula delectatum*] Animadverti nonnunquam veteres eodem verbo bis eodem in loco uſos eſſe, ut *eo die, qui dies fuit IV. Kal.* et *eo loco, qui locus:* cujus generis exempla et apud hunc noſtrum et apud Cæſarem maxime in Commentariis non pauca licet invenire. Ejuſdem generis videri poteſt hoc *porrecta manu, quæ manus.* Ego tamen *manus* puto ab aliquo eſſe additum, qui fortaſſe vereretur, ne ad ſtatuam potius quam ad manum illud *quæ* referretur. Sed quoniam utro modo legas manet eadem ſententia, ſi quis aliter ſentiat, cum eo non contenderim. *P. Manucius.*

[q] *Si loqui poſſet: concluſum eſt enim*] Elienſ. Med. C. C. C. et Pariſini tres exhibent *ſi loqui poſſet* verum: *concluſum eſt* &c. Vel iſta vox emblema librariorum eſt cenſenda; vel legi queat *ſi loqui poſſet.* Et vere: *concluſum eſt enim contra Cyrenaicos ſatis acute.* Sic erunt poſteriora Torquati filii, qui patris dicterium confirmat approbatque. Vide Ciceronem pro Archia cap. x. *Davies.*

[r] *Illaberetur*] Scripſerim potius *allaberetur*; quod ad editionem Lambinianam pro varia lectione notatum video. *Idem.*

[s] *Nec manus eſſe contenta poſſet* nec *ulla* pars *vacuitate doloris*] Vulgo *nec manus eſſe contenta poſſet* ulla *vacuitate doloris*; unde Gulielmius legebat *illa vacuitate doloris.* At cum Pal. ille primus, liber optimus, det *nec manus eſſe contenta poſſet* nec ulla par *vacuitate doloris*; recte vidit Cl. Th. Bentleius reponendum *nec ulla pars*; id quod recepimus. Ad Elienſ. ſec. marginem notabatur, Alii *ut ulla pars vacuitate.* Forſan voluit *aut ulla pars.* Utcunque ſit, *pars* jam non eſt conjectura, ſed varia lectio. *Idem.*

Digitized by Google

poſſet nec ulla pars vacuitate doloris ſine jucundo motu voluptatis: ſin autem ſumma voluptas eſt, ut Epicuro placet, nihil dolere; primum tibi recte, Chryſippe, conceſſum eſt, nihil deſiderare manum, cum ita eſſet adfecta: ſecundum non recte, ſi voluptas eſſet bonum, fuiſſe deſideraturam: idcirco enim non deſideraret, quia, quod dolore caret, id in voluptate eſt.

XII. Extremum autem eſſe bonorum voluptatem [t] ex hoc facillime perſpici poteſt: conſtituamus aliquem magnis, multis, perpetuis fruentem et animo et corpore voluptatibus, nullo dolore nec inpediente, nec inpendente; quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem aut magis expetendum poſſumus dicere? ineſſe enim neceſſe eſt in eo, [u] qui ita ſit adfectus, et firmitatem animi nec mortem nec dolorem timentis; quod mors ſenſu careat, [x] dolor in longinquitate, levis, in gravitate, brevis ſoleat eſſe; ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem adlevatio conſoletur. Ad ea cum accedit, ut neque divinum numen horreat, nec præteritas voluptates effluere patiatur earumque adſidua recordatione lætetur; quid eſt quod huc poſſit, [y] quod melius ſit, accedere? Statue contra aliquem

[t] *Ex hoc* facillime *perſpici poteſt*] Sic Pariſini tres, Elienſ. uterque nec non editio Victoriana. Vulgo *facile*. Davies.

[u] *Qui ita ſit adfectus*, et *firmitatem animi*] Primæ quatuor voces, ut Gruterus putat, additamentum librarii reſipiunt. Mihi ſecus videtur. Sed illud *et* nihil habet quod hic agat. Itaque lego, *Ineſſe enim neceſſe eſt in eo, qui ita ſit adfectus, firmitatem animi* &c. At Guyetus hæc omnia, *ineſſe enim neceſſe eſt in eo——quod melius ſit accedere*, quæ fuit hominis temeritas, Ciceronis eſſe negat, vel hic locum non habere pronuntiat. *Idem.*

[x] *Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis ſoleat eſſe*] Apud Laertium lib. x. §. 140. Epicuri verba ſic habent: Οὐ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν συνεχῶς ἐν τῇ σαρκί· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον τὸν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστι. Vide ſis et §. 33. Plutarchus de Audiendis Poetis pag. 36. hoc effatum ſic refert, Οἱ μεγάλοι πόνοι συντόμως ἐξάγουσιν, οἱ δὲ χρόνιοι μέγεθος οὐκ ἔχουσιν. De eo multa veterum loca collegit Cl. Gatakerus ad Antonini vii. 33. *Idem.*

[y] *Quod melius ſit*, accedere] Sic emendavi ex antiquis codicibus, Memm. Cujaciano, Hu-

Digitized by Google

confectum tantis animi corporiſque doloribus, quanti in hominem maxumi cadere poſſunt, nulla ſpe propoſita, [z] fore levius aliquando, [a] nulla præterea neque præſenti neque exſpectata voluptate; quid eo miſerius dici aut fingi poteſt? Quod ſi vita doloribus referta maxume fugienda eſt; ſummum profecto malum eſt vivere cum dolore: [b] cui ſententiæ conſentaneum eſt, ultimum eſſe bonorum cum voluptate vivere:] [c] nec enim habet noſtra mens quicquam, ubi conſiſtat, tamquam in extremo: omneſque et metus et ægritudines ad dolorem referuntur: nec præterea

raltino, et Puteanino: in quibus omnibus plane ſcriptum eſt *accedere*, non ut in vulg. *accidere*. LAMBIN. *Ibid.* Victorius olim recte dederat, *quod* huc *poſſit quod melius ſit* accedere; nec aliter duo Palatini. Lambinus habet *quod* huic *poſſit*—accedere. Ac ita Med. Balliol. Elienſ. pr. et C. C. C. *Davies.*

[z] *Fore levius* aliquando] Malim *aliquanto*, quod habent duo Pall. Med. et C. C. C. *Idem.*

[a] *Nulla* præterea *nec præſenti nec exſpectata voluptate*] Moneo lectorem ex ingenio repoſitum a me *præterea* pro *præterita*; quod erat in omnibus libris, quos quidem ego viderim. Hanc mihi Cicero ipſe, quo loco infra Torquato reſpondet, correctionem oſtendit, cujus verba recitabo: *At quam*, inquit lib. ii. [cap. 19.] *pulchre dicere videbare, cum ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis et maximis voluptatibus, nullo nec præſenti nec futuro dolore; ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore, nulla adjuncta nec ſperata voluptate.* P. Manucius.

Ib. *Nulla* præterea neque *præſenti* neque *exſpectata voluptate*] Mirum quod P. Manucius ex ingenio repoſitum prædicet *præterea* pro *præterita*; cum *præterea* ſit in omnibus Palatinis, Pariſinis tribus, Elienſi utroque, C. C. C. Med. et Balliol. Nos *neque* bis pro *nec* fide MSStorum reſtituimus. *Davies.*

[b] *Cui ſententiæ conſentaneum eſt, ultimum eſſe bonorum cum voluptate vivere*] Id in antecedentibus egerat Cicero; quapropter hæc verba a mala manu fuiſſe vehementer ſuſpicor. Quin et ante me V. C. Joan. Walkerus ita ſtatuit. *Idem.*

[c] *Nec enim habet mens noſtra quicquam*] Lambinus, ſuffragante Guyeto, ſupplet, *nec enim habet mens noſtra* aliud *quicquam*. Nec, ut opinor, aliter fieri debuit. Scio Phædrum dixiſſe lib. ii. Epil. vſ. 17.

Nec quicquam poſſunt niſi meliores carpere.

Pluresque loci ſunt a viris doctis adducti, ut *aliud* intelligi poſſe ſuadeant: nec ab iis diverſus abeo, ſi modo τὸ *niſi* vel *quam* ſequatur. Hic autem id ſubaudiri nequit, ut equidem puto. Quare probanda videtur ea quam dixi conjectura. *Dav.*

Digitized by Google

eſt res ulla, [d]quæ ſua natura aut ſollicitare poſſit aut angere. Præterea et adpetendi et refugiendi et omnino rerum gerendarum initia proficiſcuntur aut a voluptate aut a dolore; quod cum ita ſit, perſpicuum eſt omnes rectas res atque laudabiles eo referri, ut cum voluptate vivatur. Quoniam autem id eſt vel [e]ſummum bonorum, vel ultimum, vel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipſum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes; fatendum eſt, ſummum eſſe bonum jucunde vivere.

XIII. Id qui in una virtute ponunt, et ſplendore nominis capti, quod natura poſtulet non intellegunt; errore maxumo, ſi Epicurum audire voluerint, liberabuntur: iſtæ enim veſtræ eximiæ pulchræque [f]virtutes niſi voluptatem efficerent, quis eas aut laudabiles aut expetendas arbitraretur? Ut enim Medicorum ſcientiam non ipſius artis, ſed bonæ valitudinis cauſſa probamus: et gubernatoris ars, quia bene navigandi rationem habet, utilitate, non arte laudatur: ſic Sapientia, quæ ars vivendi putanda eſt, non expeteretur ſi nihil efficeret; nunc expetitur, quod eſt tamquam artifex conquirendæ et comparandæ voluptatis. Quam autem dicam voluptatem, jam videtis, ne invidia verbi labefactetur oratio mea: nam cum ignoratione rerum bonarum et malarum maxume hominum vita vexetur, ob eumque errorem et voluptatibus maxumis ſæpe priventur, [g]et duriſſimis

[d] *Quæ* ſua ſede *naturam aut ſollicitare poſſit, aut frangere*] Libri MSSti habent *poſſit aut tangere:* quos in hoc non ſequor: in eo ſequor, quod habent, *quæ ſua ſede naturam aut ſollicitare,* id eſt, ſuo loco commovere ac depellere. LAMBIN. *Ibid.* Omnes noſtri *quæ ſua natura aut ſollicitare poſſit aut tangere* vel *frangere* vel *augere.* Sed Gruterus Victorium ſecutus *angere* recte dedit. *Davies.*

[e] *Summum* bonorum] Vulgo *ſummum bonum*; quod nolunt Pariſ. ſec. Elienſ. uterque, Med. Balliol. et editio Victoriana. *Idem.*

[f] *Virtutes niſi voluptatem efficerent*] Statuebat Epicurus διὰ τὴν ἡδονὴν καὶ τὰς ἀρετὰς δεῖν αἱρεῖσθαι οὐ δι' αὐτάς· ὥσπερ τὴν ἰατρικὴν διὰ τὴν ὑγιείαν. Vide Menagium ad Laertii x. 138. et infra v. 31. *Idem.*

[g] *Et* praviſſimis *animi doloribus*] Omnes, quos vidi, codices MSS. habent, *et* puriſſimis

Digitized by Google

animi doloribus torqueantur; ſapientia eſt adhibenda, [h] quæ et terroribus cupiditatibuſque detractis, [i] et omnium falſarum opinionum temeritate dempta, certiſſimam ſe nobis ducem præbeat ad voluptatem: ſapientia enim eſt una, quæ mæſtitiam pellat ex animis, quæ nos exhorreſcere metu non ſinat; qua præceptrice, in tranquillitate vivi poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtincto: cupiditates enim ſunt inſatiabiles: quæ non modo ſingulos homines, ſed univer-

animi doloribus. Mendoſe, quis negat? aut quis dubitat? ſed hoc tamen celatum lectorem nolui, ut ex hac vitiata ſcriptura, integram, ſi poſſit, eliciat atque exprimat. Quid ſi legamus, *et* duriſſimis *animi doloribus?* quid ſi, *et* graviſſimis *animi doloribus?* Sed quid ſi dicamus, antiquam ſcripturam eſſe rectam et ſinceram? et *puriſſimos animi dolores* hic a Cicerone eſſe dictos, ut puriſſimas, et liquidiſſimas et ſinceriſſimas animi voluptates? Conſideret lector: ego enim nihil affirmo. *Lambin.*

Ib. Duriſſimis *animi doloribus*] Vulgo *praviſſimis*; ac ita Pall. tert. quint. C. C. C. Med. et Balliol. unde pronum fuit emendare *graviſſimis.* Cum vero cuncti Lambiniani, Pariſini tres, totidemque Gruteriani repræſentent *puriſſimis*; nullus equidem dubito quin legendum ſit *duriſſimis*, ut diſerte Pal. ſec. quem ſequor. Lucretius iii. 461.

Suſcipere immanes morbos durumque *dolorem.*

Virgilius Æn. v. 5.

—Duri *magno ſed amore* dolores
Polluto———

Quin et Tullium ſic alibi locutum ſcio. *Durum*, ſi *Nonio* fides, *immite* nonnunquam denotat. *Davies.*

[h] Quæ *et terroribus*] Pariſini tres, Med. et Elienſ. pr. *quod et terroribus.* Haud male, ſi pro *conjunctione cauſali* ſumatur. *Idem.*

[i] *Et omnium falſarum opinionum temeritate derepta*] *Derepta* (ſic enim habent omnes codices manuſcripti) id eſt, demta, detracta. *Lambinus.*

Ib. *Et omnium falſarum opinionum temeritate* direpta] Placet *direpta*, ut eſt in libro MSto. *Urſin.*

Ib. *Opinionum temeritate* derepta] Victorius edidit *direpta*, quo modo dant Elienſ. uterque, Med. C. C. C. et Balliol. At Lambinus ex ſuis MSStis *derepta.* Lucretius iv. 35.

Quæ quaſi membranæ ſummo de corpore rerum
Dereptæ *volitant ultro citroque per auras.*

Virgilius Georg. ii. 242.

Colaque prælorum fumoſis deripe *tectis.*

Plura Nic. Heinſius ad Ovidii Metam. iii. 42. Cum tamen id *deripiatur*, quod vi cauſſaque detrahatur externa; propter uſum Tullii legerim *dempta:* ſic enim diſerte Pariſini tres, quibus morem geſſimus. *Davies.*

Digitized by Google

ſas familias evertunt; totam etiam labefactant ſæpe rempublicam. Ex cupiditatibus [k] odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntur: nec hæ ſeſe foris ſolum jactant, nec tantum in alios cæco inpetu incurrunt; ſed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident atque diſcordant, ex quo vitam amariſſimam neceſſe eſt effici: [l] ut ſapiens ſolum, amputata circumciſaque inanitate omni et errore, naturæ finibus contentus, ſine ægritudine poſſit et ſine metu vivere. Quæ eſt enim aut utilior, aut ad bene vivendum aptior partitio, quam illa, qua eſt uſus Epicurus? [m] qui unum genus poſuit earum cupiditatum, quæ eſſent et naturales et neceſſariæ; alterum, quæ naturales eſſent, nec tamen neceſſariæ; tertium, quæ nec naturales, nec neceſſariæ. Quarum ea ratio eſt, ut neceſſariæ nec opera multa nec inpenſa expleantur: ne naturales quidem multa deſiderant, propterea quod ipſa natura divitias, quibus contenta ſit, et parabiles et terminatas habet: inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri poteſt.

XIV. Quod ſi vitam omnem perturbari videmus errore et inſcientia; ſapientiamque eſſe ſolam, quæ nos a libidinum inpetu [n] et a formidinum terrore vindicet, et ipſius fortunæ modice ferre doceat injurias, et omnes monſtret vias, quæ ad quietem et tranquil-

[k] *Odia*, diſcidia, *diſcordiæ*] Sic habent omnes noſtri libri veteres: quos quare non ſequerer, cauſſa nulla viſa eſt. Diſcidium autem valet χωρισμὸν, diſtractionem, ſeparationem, a verbo *diſcindo*, ut et alias ſæpe; et alibi diximus. *Lambin.*

Ib. *Odia* diſſidia, *diſcordiæ*] Sic C. C. C. et Elienſ. uterque: quod probum eſſe demonſtrant ea quæ paullo poſt ſequuntur, *In animis incluſæ inter ſe* diffident *atque diſcordant*. Sic et cap. 18. *Animus a ſe* diffidens, *ſecumque* diſcordans. Ac ita paſſim. Vulgo *diſcidia*, quod loco non convenit. De *diſſidio diſcidio*que vide J. Fr. Gronovium ad Livii xxv. 18. *Davies.*

[l] *Ut ſapiens* ſolum] Lego *ſolus*, quod etiam Lambino placuit. *Idem.*

[m] *Qui unum genus poſuit earum cupiditatum*] Vide Æg. Menagium ad Diogenis Laertii x. 149. Adi ſis et §. 127, 130. *Idem.*

[n] *Et* a *formidinum terrore*] Vulgo deeſt vocula ſecunda, quam, Pariſinorum trium et Med. conſenſu, Tullio reſtituimus. *Davies.*

Digitized by Google

litatem ferant; quid eſt cur dubitemus dicere, et ſapientiam propter voluptatem expetendam, et inſipientiam propter moleſtias eſſe fugiendam? Eademque ratione ne Temperantiam quidem propter ſe expetendam eſſe dicemus, ſed quia pacem animis adferat, et eos quaſi concordia quadam placet ac leniat. Temperantia eſt enim, quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis, ut rationem ſequamur, monet: nec enim ſatis eſt judicare, quid faciendum, non faciendumve ſit; ſed ſtare etiam oportet in eo, quod ſit judicatum. Plerique autem, quod tenere atque ſervare id, quod ſtatuerunt, non poſſunt, victi et debilitati, objecta ſpecie voluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos, [o] nec, quid eventurum ſit, provident, ob eamque cauſſam propter voluptatem et parvam et non neceſſariam, et quæ [p] vel aliter pararetur, et qua etiam carere poſſent ſine dolore, tum in morbos graves, tum in damna, tum in dedecora incurrunt; ſæpe etiam legum judiciorumque pœnis obligantur. Qui autem ita frui volunt voluptatibus, ut nulli propter eas dolores conſequantur; et qui ſuum judicium retinent, ne voluptate victi faciant id, quod ſentiunt non eſſe faciendum; hi voluptatem maxumam adipiſcuntur, prætermittenda voluptate. Iidem etiam dolorem ſæpe perpetiuntur, ne, ſi id non faciant, incidant in majorem. Ex quo intellegitur, nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe; temperantiamque expetendam, non quia voluptates fugiat, ſed quia majores conſequatur.

XV. Eadem Fortitudinis ratio reperietur: nam neque laborum perfunctio, neque perpeſſio dolorum,

[o] *Nec quid* proventurum *ſit provident*] *Nec quid* porro eventurum *ſit provident* legitur in MSto et ſine dubio melius. Ursin. *Ibid.* Codd. fere *proventurum.* At Pal. pr. et Elienſ. ſec. *eventurum* recte dant. Hoc tamen non Latinitatis ſed κακοφωνίας vitandæ cauſſa ſtatuo, ne librorum iſtorum præſtantiam memorem. Vide nos ad Cæſaris B. G. vii. 29. *Davies.*

[p] *Vel aliter pararetur*] Pariſ. ſec. *quæ vel aliter* ſic *pararetur.* Forte *quæ vel aliter* ſibi *pararetur.* Idem.

Digitized by Google

per ſe ipſa adlicit; nec patientia nec adſiduitates nec vigiliæ nec ea ipſa, quæ laudatur, induſtria, ne fortitudo quidem: ſed iſta ſequimur, ut ſine cura metuque vivamus, animumque et corpus, quantum efficere poſſimus, moleſtia liberemus. Ut enim mortis metu omnis quietæ vitæ ſtatus perturbatur; et ut, ſuccumbere doloribus, eoſque humili animo inbecilloque ferre, miſerum eſt; ob eamque debilitatem animi, multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, plerique autem ſe ipſos penitus perdiderunt: ſic robuſtus animus et excelſus, omni eſt liber [q] cura et angore, cum et mortem contemnit, qua qui adfecti ſunt, in eadem cauſſa ſunt qua antequam nati; et ad dolores ita paratus eſt, ut meminerit, maxumos morte finiri, parvos multa habere intervalla requietis, mediocrium nos eſſe dominos; ut, ſi tolerabiles ſint, feramus, ſin minus, æquo animo e vita, cum ea non placeat, tamquam e theatrō, exeamus. Quibus rebus intellegitur, nec timiditatem ignaviamque vituperari, nec fortitudinem patientiamque laudari ſuo nomine; ſed illas rejici, quia dolorem pariant; [r] has optari, quia voluptatem.

XVI. Juſtitia reſtat, ut de omni virtute ſit dictum; ſed ſimilia fere dici poſſunt: ut enim ſapientiam, temperantiam, fortitudinem, copulatas eſſe docui cum voluptate, ut ab ea nullo modo nec divelli nec diſtrahi poſſint: ſic de juſtitia judicandum eſt; quæ non modo numquam nocet cuiquam, [s] ſed con-

[q] *Cura et angore, cum mortem contemnit*] Sane in his verbis mendum ineſſe prope certum eſt: et lectio Ven. mihi nequaquam diſplicet *Et* rigore animi etiam *mortem contemnit*. CAMERAR. *Ibid.* Male, ut opinor. Quid enim? An diceret Tullius, *Excelſus animus rigore animi mortem contemnit?* Haudquaquam. Non igitur mendi damnanda eſt lectio quam MSSti retinent, quæque prorſus eſt commoda. *Davies.*

[r] *Has optari*] Eligi. Vide Nonium in *optare*. Idem.

[s] *Sed contra ſemper alit aliquid tum vi ſua*] Veteres codices mihi hic ſuſpicionem mendi commovent: quorum alii habent, *ſed contra ſemper* alit quid *tum* &c. alii *ſed contra ſemper aliquid tum* &c. ſine ullo verbo. *Lambinus.*

Digitized by Google

tra [t] ſemper alit aliquid tum vi ſua atque natura, quod tranquillet animos; tum ſpe, nihil earum rerum defuturum, quas [u] natura non depravata deſideret. Quemadmodum temeritas et libido et ignavia ſemper animum excruciant, et ſemper ſollicitant turbulentæque ſunt: [x] ſic * * * cujus in mente conſedit, hoc ipſo,

Ib. *Sed contra ſemper alit* aliquid] *Quid* pro *aliquid* eſt in MSto. Et paullo poſt legendum *quas natura* non *depravata deſideret.* URSIN. *Ibid.* Veteres ſcilicet editi particulam negantem neſciebant: quam Lambinus deeſſe vidit, quamque Gruterus ex Pal. pr. et Scaligerano revocavit. Elienſ. ſec. *natura* nondum *depravata.* Non male. *Davies.*

[t] *Semper alit* aliquid *tum vi ſua atque natura* quod *tranquillet animos*] MSSti *ſemper aliquid tum*, vel *ſemper alit quid tum vi ſua* &c. Si tamen vel hos vel editos ſequamur, parum recte procedere videtur oratio. Legendum credo, *ſemper alit* quod *cum vi ſua atque natura tranquillet animos, tum ſpe, nihil* &c. omiſſa vocula quæ lenitatem Ciceronis impedit. *Idem.*

[u] *Natura depravata deſiderat*] Octavius Pantagathus legendum putat, *natura deſiderat.* Improbitas vero, *quemadmodum.* Quæ mihi non placet opinio: tantum in verbo *depravata* tollendo. *P. Manucius.*

[x] *Sic* injuſtitia *cujus in mente conſedit, hoc ipſo quod adeſt, turbulenta non poteſt* non eſſe] Locus hic in Aldinis editionibus depravatus, ita ex MSStis exemplaribus eſt corrigendus. *Urſin.*

Ib. *Sic cujus in mente conſedit, hoc ipſo quod adeſt, turbulenta non poteſt fieri,* et *ſi vero molita quippiam eſt* &c.] Locus eſt a librariis peſſime habitus, eumque conjecturis ſuis tentarunt eruditi. Lambinus edidit *ſic* ſi *cujus in mente* injuſtitia *conſedit, hoc ipſo quod adeſt, turbulenta non poteſt* non *fieri.* Fredericus autem Gronovius mitiore medicina repoſuit, *ſic* cum vis *in mente conſedit, hoc ipſo quod adeſt, turbulenta non poteſt* non *fieri.* Ubi *vim* pro injuſtitia poſitam cenſet. Tullius tamen ambiguæ ſaltem ſignificationis vocem hoc in loco vix, ut opinor, adhiberet. Gruterus urit ſecatque, totum locum ſic conſtituens, *quemadmodum temeritas et libido et ignavia, ſi cujus in mente conſedit, hoc ipſo quod adeſt, turbulenta eſt: ſi vero molita quippiam* &c. Denique Cl. Clericus Art. Crit. P. iii. §. 1. cap. xvi. 10. vitii nihil in his verbis ineſſe cenſet. Mihi vero fidem non facit vir doctiſſimus, licet prioris membri ſenſum videatur adſecutus. Nunc varias lectiones videamus. Elienſ. ſec. dat *ſic cujus in mente conſedit* juſtitia, *hoc ipſo* &c. Idem Codex, Pariſ. unus, et alter P. Manucii repræſentant, *etſi vero* impietas *molita quippiam eſt.* Itaque, non ſpreta MSStorum ope, legerim, *ſic* ſi *cujus in mente conſedit* juſtitia, *hoc ipſo quod adeſt, turbulenta non poteſt* ea *fieri: ſi vero* im-

Digitized by Google

quod adeſt, turbulenta non poteſt [y] fieri, [z] et ſi vero molita quidpiam eſt, quamvis occulte fecerit, numquam tamen confidet id fore ſemper occultum. Plerumque inproborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atque fama, [a] tum adcuſator, tum judex: multi etiam, ut te conſule, ipſi ſe indicaverunt. [b] Quod ſi qui ſatis ſibi contra hominum conſcientiam ſepti eſſe et muniti videntur, Deorum tamen horrent,

pietas *molita quippiam eſt, quamvis occulte fecerit, numquam tamen confidet id fore ſemper occultum.* Recte proculdubio dicitur *impietas quippiam moliri.* Tales enim locutiones apud Phædrum ſingulis fere paginis occurrunt. De re ipſa ſic Lucretius v. 1153.

Nec facile eſt placidam ac pacatam degere vitam
Qui violat factis communia fœdera pacis:
Etſi fallit enim Divûm genus humanumque,
Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet.

Vide ſis et iii. 1027. ſeqq. ac Menagium ad Laertii x. 151. cujus collectaneis addatur etiam Plutarchus tom. ii. pag. 1090. C. *Davies.*

[y] *Fieri*] Ea mens. *Ferri* legerem. *P. Manucius.*

[z] *Etſi vero molita quippiam eſt*] *Etſi vero* impietas *molita* &c. antiquus liber. *Idem.*

[a] *Tum accuſator, tum* judex] Pal. pr. *index*, ac ita Lambinus edidit. At ſententiæ ductus alterum Grutero videtur requirere. Jure quidem ac merito: nihil enim differunt *accuſator* et *index*; præterquam quod judices ſunt qui malefacta vindicant. Epicurus κυρίων δοξῶν xxxvii. apud Laertium x. 151. Ἡ ἀδικία οὐ καθ' ἑαυτὸν κακὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ τὴν ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσει ὑπὲρ τῶν τοιούτων ΕΦΕΣΤΗΚΟΤΑΣ ΚΟΛΑΣΤΑΣ. Vide Lactantium de Ira Dei cap. xvii. 6, 7. *Davies.*

[b] *Quod ſi qui ſatis ſibi contra hominum conſcientiam ſepti*] Gratia fit Palatino primo, cujus auctoritate locum belle redintegravi: ita enim is ſcriptum habet omnibus literis, neque recedunt alii Pall. niſi quod ſec. ac quart. habeant *quod ſi qui ſatis cum hominum ſibi contra ſcientiam:* quint. ac ſext. *ſatis cum hominum ſibi contra conſcientiam.* [Sic et Elienſ. pr. et Balliol. At ſec. *animis hominum.* C. C. C. cum Pall. quint. et ſext. facit. Med. *ſatis* animi cum hominum *ſibi contra* &c.] Vulgabatur prius, *Quod ſi qui ſatis* opibus hominum *ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe et muniti videntur*; *Deorum tamen horrent.* Victorius deinde interſeruit de ſuo, *Deorum tamen* numen *horrent*; [Ita prior edidit Aſcenſius] quod poſtea pleræque ſunt ſecutæ editiones. Male. Impoſuit librariis *conſcientia* ſignificatione minus frequentata: qua tamen iterum uſus eſt lib. ii. infra cap. 9. *Ut hominum conſcientia remota* &c. Centies ita uſurpat Tacitus, alii. *Gruterus.*

Digitized by Google

eaſque ipſas ſollicitudines, quibus eorum animi [c] nocteſque dieſque exeduntur, a Diis inmortalibus ſupplicii cauſſa inportari putant. Quæ autem tanta ex inprobis factis ad minuendas vitæ moleſtias acceſſio fieri poteſt, quanta ad augendas, cum conſcientia factorum, tum pœna legum odioque civium? Et tamen in quibuſdam neque pecuniæ modus eſt, neque honoris, neque imperii, nec libidinum, nec epularum, nec reliquarum cupiditatum; quas nulla præda umquam inprobe parta [d] minuit, ſed auget potius atque inflammat; ut coercendi magis quam dedocendi eſſe videantur. Invitat igitur vera ratio bene ſanos ad juſtitiam, æquitatem, fidem: [e] neque homini infanti aut inpotenti injuſte facta conducunt; qui nec facile efficere poſſit quod conetur, nec [f] obtinere, ſi effecerit: et opes vel fortunæ vel ingenii, liberalitati magis conveniunt; qua qui utuntur, benevolentiam ſibi conciliant, et, quod aptiſſimum eſt ad quiete viven-

[c] *Nocteſque dieſque*] Sic edidit Victorius, ac ita dant Pariſini tres, Med. et Elienſ. ſec. nam pr. *noctes dieſque*. Vulgo *noctes atque dies*, quod habent C. C. C. et Balliol. libri non admodum vetuſti. *Davies.*

[d] *Minuit*, ſed auget *potius* atque *inflammat*] Gruterus ex Pal. primo dedit, *minuit*; *potius inflammat*. Voces autem quas delevit exhibent fere MSSti ſimul ac editi veteres, nec, cur iis non pareatur, intelligo. Ratio certe, quam ſecutus ſum, Guyeto placuit. *Idem.*

[e] *Neque homini* infanti aut *impotenti—magis conveniunt*] Neſcio quibus furiis agitatus Guyetus hæc eſſe ſuſpicatur adulterina. Ille tamen ipſe vidit id quod reliquos Interpretes fugit, *infanti* ſcilicet hic locum non eſſe, et rogat an *injuſto* ſit reponendum. Non puto. Videor equidem bene conjeciſſe, *neque homini* infami *aut impotenti* &c. Vulgo *atque impotenti*, contra quam jubent Pariſini tres, Med. Elienſ. uterque, C. C. C. et editio Victoriana. *Idem.*

[f] *Obtinere*] In tenendo perſeverare, retinere, conſervare. Sic infra ii. 22. *Non metuet autem, ſive celare poterit, ſive opibus magnis, quicquid fecerit*, OBTINERE. Cæſar B. G. i. 17. *Si jam principatum Galliæ* obtinere *non poſſint*. Curtius lib. iii. cap. iv. 5. *Proditos ſe rati, ne conſpectum quidem hoſtis ſuſtinere voluerunt, cum vel pauciores locum* obtinere *potuiſſent*. Iterum lib x. cap. vi. 8. *Cogitandum ut victoriam partam inter hos, de quibus parta eſt*, obtinere *poſſimus*. Alia ſuppeditabit exempla J. Fr. Gronovius ad Livii iii. 36. *Idem.*

Digitized by Google

dum, caritatem; præſertim cum omnino nulla ſit cauſſa peccandi. [g] Quæ enim cupiditates a natura proficiſcuntur, facile explentur ſine ulla injuria; quæ autem inanes ſunt, his parendum non eſt: nihil enim deſiderabile concupiſcunt, pluſque in ipſa injuria detrimenti eſt, quam in iis rebus emolumenti, quæ pariuntur injuria. Itaque ne juſtitiam quidem recte quis dixerit per ſe ipſam optabilem, ſed quia jucunditatis vel plurimum adferat: nam diligi et carum eſſe, jucundum eſt, propterea quia tutiorem vitam et voluptatem efficit pleniorem: itaque non ob ea ſolum incommoda, quæ eveniunt inprobis, fugiendam inprobitatem putamus, ſed multo etiam magis, quod cujus in animo verſatur, numquam finit eum reſpirare, numquam adquieſcere. Quod ſi ne ipſarum quidem virtutum laus, in qua maxume ceterorum philoſophorum exſultat oratio, reperire poteſt exitum, [h] niſi dirigatur ad voluptatem; voluptas autem eſt ſola, quæ nos vocet ad ſe et adliciat ſuapte natura; non poteſt eſſe dubium, quin id ſit ſummum atque extremum bonorum omnium, beateque vivere nihil aliud ſit niſi cum voluptate vivere.

XVII. Huic certæ ſtabilique ſententiæ quæ ſint conjuncta, explicabo brevi. Nullus in ipſis error eſt finibus bonorum et malorum, id eſt, in voluptate aut in dolore: ſed in his rebus peccant, cum, e quibus

[g] *Quæ enim cupiditates a natura proficiſcuntur, facile explentur——pariuntur injuria*] Epicurus apud Stobæum Serm. xvii. p. 157. Χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα· τὰ δὲ δυσπόριστα, οὐκ ἀναγκαῖα. Et pag. 159. Οὐ γὰρ ἡ τῆς φύσεως ἡδονὴ τὴν ἀδικίαν ποιεῖ ἔξωθεν, ἀλλ' ἡ περὶ τὰς κενὰς δόξας ὄρεξις. Idem apud Laertium x. 130. Τὸ μὲν φυσικὸν πᾶν, εὐπόριστόν ἐστι· τὸ δὲ κενὸν, δυσπόριστον. Vide ſis et §. 144. Κυρίων δοξῶν xv. ac ibi Menagium. Quales vero ſint cupiditates φυσικαὶ et ἀναγκαῖαι docebit §. 149. Hæc autem et quæ paullo poſt ſequuntur, *itaque non ob ea—numquam acquieſcere*, mira prorſus et intoleranda temeritate Guyetus νοθείας damnat. *Davies.*

[h] *Niſi* dirigatur *ad voluptatem*] Lambino placuit *dirigantur*, ut ad *virtutes* referatur. Cum vero commoda ſit recepta lectio, *niſi dirigatur* virtutum laus *ad voluptatem*; nihil, adverſantibus libris, mutarim. *Idem.*

Digitized by Google

hæc efficiantur, ignorant. Animi autem voluptates et dolores naſci fatemur e corporis voluptatibus et doloribus. Itaque concedo, quod modo dicebas, [i] cadere cauſſa, ſi qui e noſtris aliter exiſtumant; quos quidem video eſſe multos, ſed inperitos. Quamquam autem et lætitiam nobis voluptas animi, et moleſtiam dolor adferat; [k] eorum tamen utrumque et ortum eſſe

[i] *Cadere cauſa, ſi qui* &c.] Hoc loco libri manuſcripti corrupti ſunt, qui habent partim *cedere cauſæ*, partim *cedere cauſa*. Nam vulgati, in quibus eſt *cadere cauſa*, quamvis eos ſecutus ſim, non ſunt tamen omni ex parte incorrupti; quorſum enim dicat, eos Epicureos *cadere cauſa*, qui aliter exiſtiment? niſi forte idcirco quod Epicureorum rationes, et decreta, in controverſiam, et quaſi in judicium vocata ſint. Verumtamen cum hunc locum cum illo, cui hic reſpondet, et ad quem referendus eſt, conſidero, in eam ſententiam adducor ut legendum putem *cadere cauſam*: nam locum illum reſpicit Torquatus, qui eſt ſupra [cap. vii.] *Homines optimi non intelligunt totam rationem everti, ſi ita ſe res habeat*. Ex illo igitur loco arbitror hic legendum *cauſam cadere*: nam *cauſam cadere* et *rationes everti* idem fere valent. Quamvis autem uſitate dicatur *cauſa cadere* is, qui litem perdit: (hoc autem loquendi genus e re forenſi et judiciali natum eſt) tamen videtur mihi hoc loco M. Tullius hoc ſentire atque hoc velle, fore ut cauſa et rationes Epicureorum evertantur et corruant, ſi verum ſit, et ſi fateantur Epicurei, recta et honeſta per ſe eſſe jucunda. Quod ſi quis contendat ex vulgata et uſu recepta conſuetudine eandem ſententiam exprimi poſſe, hoc modo: Concedo, ſi qui e noſtris aliter exiſtimant, hoc eſt, ſi exiſtimant animi voluptatem, non autem corporis, aut e corpore ortam, eſſe ſummum bonum, eos *cadere cauſa*, id eſt, eos eſſe victos, ac damnatos, et nihil habere, quo Epicuri decreta tueri poſſint; denique Epicuri partes deſerere, et ad alias transfugere. *Lambin.*

Ib. *Cadere cauſa*] Omnes Pall. et e noſtris ſeptem habent *cedere cauſæ*. Sic de Legg. iii. 15. *Vi opprimi in bona cauſa eſt melius quam cedere malæ*. Et cap. 18. *Impedire enim bonam rem melius quam concedi malæ*. Sed ibi diverſus eſt ſenſus. Elienſ. ſec. *redire cauſæ*. Reponi queat, *prodere cauſam*. Sed, ut dicam quod ſentio, vix eſt ſollicitanda recepta lectio; nam *cadere cauſa* paſſim dicunt non modo JCti, ſed et Tullius aliique; nec novum eſt librarios in una vel altera literula deerrare. Vide Turnebum Adverſ. xxv. 2. *Davies.*

[k] *Eorum tamen utrumque*] Noſter N. D. i. 40. de Epicureis. *Nullam enim noviſtis niſi profectam a corpore et redeuntem ad corpus animi voluptatem.* Clemens Alexandrinus Strom. lib. ii. pag. 498. Ὁ δὲ Ἐπίκουρος

Digitized by Google

e corpore, et ad corpus referri: [1] nec ob eam cauſſam non multo majores eſſe voluptates et dolores animi quam corporis. Nam corpore nihil, niſi præſens et quod adeſt, ſentire poſſumus: animo autem, et præterita et futura: [m] ut enim æque doleamus animo, cum corpore dolemus; fieri tamen permagna acceſſio poteſt, ſi aliquod [n] æternum et infinitum inpendere malum nobis opinemur: quod idem licet transferre in voluptatem, ut ea major ſit, ſi nihil tale metuamus. Jam illud quidem perſpicuum eſt, maxumam animi aut voluptatem aut moleſtiam plus aut ad beatam aut ad miſeram vitam adferre momenti, quam eorum utrumvis, ſi æque diu ſit in corpore. Non placet autem, detracta voluptate, ægritudinem ſtatim conſequi, niſi in voluptatis locum dolor forte ſucceſſerit; at contra, gaudere noſmet omittendis doloribus, etiam ſi voluptas ea, quæ ſenſum moveat, nulla ſucceſſerit: eoque intellegi poteſt, quanta voluptas non dolere ſit. Sed ut iis bonis erigimur quæ exſpectamus; ſic lætamur iis quæ recordamur. Stulti autem malorum memoria torquentur: [o] ſapientes bona præterita grata

πᾶσαν χαρὰν τῆς ψυχῆς εἶναι ἐπὶ πρωτοπαθούσῃ τῇ σαρκὶ γενέσθαι. Graviter Plutarchus in libro non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum tom. ii. pag. 1088. E. Εἰ δὲ ἀκούεις αὐτῶν (Ἐπικουρείων) μαρτυρουμένων καὶ βοώντων ὡς ἐπ' ἐδεσὶ ψυχὴ τῶν ὄντων πέφυκε χαίρειν καὶ γαληνίζειν πλὴν ἐπὶ σώματος ἡδοναῖς παρούσαις ἢ προσδοκωμέναις, καὶ τοῦτο αὐτῆς τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἆρα οὐ δοκοῦσι σοι διεράματι τῷ σώματος χρῆσθαι τῇ ψυχῇ; Vide ſis et pag. 1089. E. ac advſ. Colotem p. 1125. B. et infra lib. ii. cap. 27. *Davies.*

[1] *Nec ob eam cauſam non multo majores* &c.] Diogenes Laertius x. 137. Οἱ Κυρηναϊκοὶ χείρους τὰς σωματικὰς ἀλγηδόνας λέγουσι τῶν ψυχικῶν——ὁ δὲ (Ἐπίκουρος) τὰς ψυχικὰς· τὴν γὰρ σάρκα διὰ τὸ παρὸν μόνον χειμάζειν, τὴν δὲ ψυχὴν καὶ διὰ τὸ παρελθὸν, καὶ τὸ παρὸν, καὶ τὸ μέλλον. Οὕτως οὖν καὶ μείζονας ἡδονὰς εἶναι τῆς ψυχῆς. Vide Tuſc. v. 33. et Senecam de vit. beat. cap. vi. *Idem.*

[m] *Ut enim æque doleamus—ſi æque diu ſit in corpore*] Hæc omnia velut adulterina ſuppoſiticiaque rejicit Guyetus, hac de cauſſa merito temeritatis infimulandus. *Idem.*

[n] *Æternum et infinitum impendere* malum] Sic recte Codices: nam vulgo *malorum* perperam legitur. *Idem.*

[o] *Sapientes bona præterita*] Hac de re fuſius agit noſter

recordatione renovata delectant. Est autem situm in nobis, ut et adversa quasi perpetua oblivione obruamus, et secunda jucunde ac suaviter meminerimus. Sed cum ea, quæ præterierunt, acri animo et adtento intuemur, tunc fit, ut ægritudo sequatur, si illa mala sint; lætitia, si bona.

XVIII. O præclaram beate vivendi, et apertam, et simplicem, et directam viam! cum enim certe nihil homini possit melius esse, quam vacare omni dolore et molestia, perfruique maxumis et animi et corporis voluptatibus; videtisne, quam nihil prætermittatur, quod vitam adjuvet, quo facilius id, quod propositum est, summum bonum consequamur? Clamat Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, [p] *non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur; nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde.* Neque enim civitas in seditione beata esse potest, nec in discordia dominorum domus: quo minus animus a se ipse diffidens, secumque discordans, gustare partem ullam liquidæ voluptatis et liberæ potest; atqui pugnantibus et contrariis studiis consiliisque semper utens, nihil quieti videre, nihil tranquilli potest. Quod si corporis gravioribus morbis vitæ jucunditas inpeditur; quanto magis animi morbis inpediri necesse est? Animi autem morbi sunt cupiditates [q] inmensæ et inmanes divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. Accedunt ægritudines, molestiæ, mærores, qui animos exedunt conficiuntque curis, hominum non intellegentium, nihil dolendum esse animo, quod sit a dolore corporis præsenti futurove sejunctum: nec vero

Tusc. iii. 15, 16, 17. Omnino vide Plutarchum tom. ii. pagg. 1088, 1089. *Davies.*

[p] *Non posse jucunde vivi, nisi* &c] Græce, Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως· οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως. Vide Diogenem Laertium x. 132, 140. Adeatur et Seneca de vita beat. cap. x. *Idem.*

[q] *Immensæ et* immanes] Vulgo *immensæ et* inanes. Nos autem lubentes exhibemus quod suppeditant Paris. pr. tert. Elienſ. uterque, C. C. C. Balliol. et editio Victoriana. Vide Nonium in *immane*. Idem.

Digitized by Google

quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat: [r] nemo igitur eorum non miſer. [s] Accedit etiam mors, quæ, quaſi ſaxum Tantalo, ſemper inpendet; tum ſuperſtitio, qua qui eſt inbutus, quietus eſſe numquam poteſt. Præterea bona præterita non meminerunt, præſentibus non fruuntur, futura modo exſpectant: quæ quia certa eſſe non poſſunt, conficiuntur et angore et metu; maxumeque cruciantur, cum ſero ſentiunt, fruſtra ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ: nullas enim conſequuntur voluptates, quarum potiendi ſpe inflammati multos labores magnoſque ſuſceperant. [t] Ecce autem alii minuti et anguſti et omnia ſemper deſperantes, aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, [u] maledici, monſtroſi; alii autem etiam amatoriis levitatibus dediti, [x] alii petulantes, alii audaces, protervi,

[r] *Nemo igitur eſt non miſer*] *Eorum non miſer* habet MStus liber. *Urſin.*

Ib. *Nemo igitur* eorum *non miſer*] Sic Urſini Codex. Vulgo *nemo igitur* eſt *non miſer:* quo modo plane deeſt aliquid; nam ſapientem ſemper beatum eſſe decrevit Epicurus. Vide cap. 19. *Davies.*

[s] *Accedit etiam mors—numquam poteſt*] Hæc laudat *Nonius* in *imbuere.* Quod ad ſaxum ſpectat Tantalo impendens, vide nos in Tuſc. iv. 16. *Idem.*

[t] *Ecce autem alii minuti et anguſti,* aut *omnia ſemper deſperantes*] Inducenda videtur particula *aut,* quæ abeſt a MSto Codice. *Urſin.*

Ib. *Minuti et anguſti* aut *omnia ſemper deſperantes*] Gulielmius, applaudente Grutero, reponit *minuti et anguſti* animi, *omnia ſemper deſperantes.* Urſinus autem illud *aut* delet, fide, prout ait, MSti. Noſtri certe Codices nihil mutant; niſi quod Med. *ut omnia.* Fatendum tamen *omnia ſemper deſperantes* ab *anguſtis* illis et *minutis* non alios eſſe. Quapropter legendum *minuti et anguſti* et *omnia ſemper deſperantes,* ut habet Nonius in *minutum*; nec aliter edidimus. *Davies.*

[u] *Maledici, moroſi*] Sic edendum jam olim curavi, rejecta vulgata ſcriptura, a qua non diſcrepat antiqua, *monſtroſi:* nam profecto *monſtroſi* hic locum habere non poteſt; *moroſi* vero maxime. *Lambinus.*

Ib. *Maledici,* monſtroſi] Lambinus, conjecturam ſuam ſecutus, edidit *maledici, moroſi.* Nulla vero mutandi fuit cauſa; nam receptam lectionem ſervat etiam Nonius in *minutum*; niſi quod ille *monſtruoſi,* prout etiam nonnulli MSSti. Nec refert utrum *monſtroſi* legas an *monſtruoſi.* Davies.

[x] *Alii audaces, protervi, iidem*

Digitized by Google

iidem intemperantes, et ignavi, numquam in ſententia permanentes: quas ob cauſſas in eorum vita nulla eſt intercapedo moleſtiæ. Igitur neque ſtultorum quiſquam beatus, neque ſapientum non beatus. Multoque hoc melius nos veriuſque quam Stoici: illi enim negant bonum quicquam eſſe, niſi neſcio quam illam umbram, quod adpellant honeſtum non tam ſolido quam ſplendido nomine; virtutem autem nixam hoc honeſto, nullam requirere voluptatem, atque ad beate vivendum ſeipſa eſſe contentam.

XIX. Sed poſſunt hæc quadam ratione dici, non modo non repugnantibus verum etiam adprobantibus nobis; ſic enim ab Epicuro ſapiens, ſemper beatus inducitur: finitas habet cupiditates; neglegit mortem; de Diis inmortalibus ſine ullo metu vera ſentit; non dubitat, ſi ita melius ſit, migrare de vita; his rebus inſtructus ſemper eſt in voluptate: neque enim tempus eſt ullum, quo non plus habeat voluptatum quam dolorum; nam et præterita grate meminit, et præſentibus ita potitur, ut animadvertat quanta ſint ea quamque jucunda, neque pendet ex futuris, ſed exſpectat illa, fruitur præſentibus; ab iiſque vitiis, quæ paullo ante conlegi, abeſt plurimum; et, cum ſtultorum vitam cum ſua comparat, magna adficitur voluptate: dolores autem, ſi qui incurrunt, numquam vim tantam habent, ut non plus habeat ſapiens quod gaudeat, quam quod angatur. Optume vero Epicurus,

intemperantes] Locus ſuſpectus: nam *audaces* cum protervis, petulantibus, intemperantibus et ſimilibus nihil habent inter ſe commune: *audaces* enim ſunt, ſicarii, percuſſores, parricidæ: protervi, petulantes, &c. ſunt libidinoſi et voluptarii homines. Quare, deletis duabus vocibus *alii audaces*, ſic legi velim, *alii petulantes, protervi, intemperantes, iidem ignavi, numquam in ſententia permanentes*. Lambin.

Ib. *Alii petulantes, alii audaces, protervi*, iidem *intemperantes*, et *ignavi*] Non intelligo quî fieri poſſit ut idem ſit et *audax* et *ignavus*. Pariſ. pr. tert. *protervi id eſt intemperantes:* at ſec. omiſſa voce, *protervi, intemperantes*. Lego *alii petulantes, alii audaces, protervi, intemperantes*, aut *ignavi, nunquam* &c. Audax temerarium denotat; ignavus autem torpidum ſegnemque. Vide Nonium in *audacia* et *ignavum*. Davies.

Digitized by Google

quod [y] *exiguam* dicit *fortunam intervenire ſapienti: maximaſque* [*ab eo*] *et graviſſimas res conſilio* [*ipſius*] *et ratione adminiſtrari:* [z] *neque majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi poſſe, quam ex hoc percipiatur,* [a] *quod videamus eſſe finitum.* [b] In Dialectica autem veſtra nullam vim exiſtumavit eſſe nec ad melius vivendum [c] nec ad commodius diſſerendum: [d] in

[y] *Exiguam dicit fortunam intervenire ſapienti*; *maximaſque* ab eo *et graviſſimas res conſilio* ipſius *et ratione adminiſtrari*] Voces *ab eo* Morelius, ut auctor eſt Guyetus, abeſſe teſtatur a libris vetuſtioribus, et ideo rejiciendas cenſet. Et in Elienſi quidem primo non leguntur. Nec, ut videtur, immerito. Quin et deleto pronomine *ipſius*, ſcripſerim, *maximaſque et graviſſimas res conſilio et ratione adminiſtrari.* Conſilium et ratio λογισμὸν denotant opponunturque fortunæ. Epicuri verba ſe ſic habent: Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει· τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ ΛΟΓΙΣΜΟΣ διώκησε καὶ κατὰ τὸν συνεχῆ χρόνον τῷ βίῳ διοικεῖ καὶ διοικήσει. Exſtant apud Laertium x. 144. ſuntque Κυρίων δοξῶν xvi. Ex his ſuppleri poteſt Stobæus Eclog. Ethic. pag. 199. Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει· τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα λογισμὸς διώκηκε, καὶ τὸν βίον ἡ συνεχῆ χρόνον. Lege καὶ κατὰ τῷ βίου τὸν συνεχῆ χρόνον διοικεῖ καὶ διοικήσει. Vide nos ad Tuſcul. v. 9. *Davies.*

[z] *Neque majorem voluptatem*] Græce ſic Epicurus: Ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσην ἔχει τὴν ἡδονὴν καὶ ὁ πεπερασμένος. Apud Laertium x. 145. *Idem.*

[a] *Quod* videamus *eſſe finitum*] C. C. C. *videmus.* Ut opinor, bene. *Idem.*

[b] *In Dialectica autem nullam vim*] Epicureos Dialecticam ὡς παρέλκουσαν ἀποδοκιμάζειν obſervat Laertius x. 31. Vide Ciceronem N. D. i. 32. et Sextum Empiricum advſ. Mathem. lib. vii. §. 14. *Idem.*

[c] *Nec ad commodius diſſerendum. Ea ſcientia et verborum vis et natura orationis, et conſequentium repugnantiumque ratio poteſt perſpici. In Phyſicis, quod plurimum proſunt, plurimam operam poſuit. Omnium enim rerum natura cognita levamur*] Nihil hic præter ordinem verborum, qui confuſus, et perturbatus erat, reſtitui: in ceteris, in quibus a libris vulgatis diſceſſi, manuſcriptos ſecutus ſum. *Lambinus.*

[d] *In Phyſicis quidem cum plurimum poſſint*] Verum eſſe puto, *in Phyſicis quidem quam plurimum poſuit.* Nam de Phyſicis, hoc eſt, rerum cauſis et naturis explicatis, oſtendere voluit Epicurus ea, quæ hoc etiam loco copioſe memorantur: itaque illum in his plurimum operæ poſuiſſe ait. *Camerarius.*

Ib. *In Phyſicis plurimum poſuit*] Repræſentavi ſcripturam Palatini primi, a quo non receſſit editio Victorii, niſi quod interjecerit *In Phyſicis* quidem *plurimum poſuit:* at priores ea

Digitized by Google

Phyſicis plurimum poſuit. [e] Ea ſcientia, et verborum vis, et natura orationis, et conſequentium repugnantiumve ratio poteſt perſpici: omnium autem rerum natura cognita, levamur ſuperſtitione, liberamur mortis metu, non conturbamur ignoratione rerum, e qua ipſa horribiles exſiſtunt ſæpe formidines; denique etiam morati melius erimus, cum didicerimus, quæ natura deſideret: tum vero, ſi ſtabilem ſcientiam rerum tenebimus, ſervata illa ([f] quæ quaſi delapſa de cœlo eſt ad cognitionem omnium) regula, ad quam omnia judicia rerum dirigentur, numquam ullius oratione victi ſententia deſiſtemus. Niſi autem rerum natura perſpecta erit, nullo modo poterimus ſenſuum judicia defendere. Quicquid porro animo cernimus, id omne oritur a ſenſibus: qui ſi omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet, tum denique poterit aliquid cognoſci et percipi: quos qui tollunt, et nihil poſſe percipi dicunt, ii, remotis ſenſibus, ne id ipſum quidem expedire

et poſteriores, *In Phyſicis quidem cum plurimum poſſint* &c. quod et retinuit Lambinus, ſed expreſſit et alteram lectionem; contra MSStos, licet neget. Idem quoque licentioſe trajecit plures voces, et perperam ex *autem* fecit *enim*. Omnia contra Palatinos noſtros; et non neceſſario. Nam Torquatus hic reddit rationem cur plus impenderit Phyſicæ Epicurus quam Dialecticæ, atque utramque quaſi in bilance examinat: oſtenditque illam hærere circa verba et voces; hanc vero penetrare rerum omnium naturam &c. Valde hoc etiam loco ineptit Michael Brutus, dum parentheſi neſcio qua cuncta redintegrare ſatagit. Magis laudo Aldum nepotem, qui dum tacet non peccat. GRUTERUS. *Ibid.* Pariſ. ſec. *In Phyſicis quod cum plurimum profit.* Sic et Med. niſi quod *poſſint*, non *profit*, habeat. C. C. C. *In Phyſicis quam complurimum poſſint.* Balliol. *In Phyſicis quid tamen plurimum poſſit.* Eo ducunt ut legamus *in Phyſicis* quidem *complurimum poſuit.* Vide ſis Agellium xi. 1. Lambini vero temeritatem Gruterus recte, niſi fallor, reprehendit. *Davies.*

[e] *Ea ſcientia*] Naturali ſcilicet, inquit Guyetus. Immo Logicæ ſive Dialecticæ. *Idem.*

[f] *Quæ quaſi delapſa de cœlo eſt*] Vide nos ad lib. i. N. D. cap. 16. Epicurus autem cognitionis hanc regulam, quam κριτήριον ἢ κανόνα vocat, Phyſicæ tribuit, cum reapſe Dialectica ſit. Adi Sextum Empiricum advſ. Mathem. lib. vii. §. 22. *Idem.*

Digitized by Google

poſſunt, quod differunt. Præterea, ſublata cognitione et ſcientia, tollitur omnis ratio et vitæ degendæ et rerum gerendarum. Sic [g] e phyſicis et fortitudo ſumitur contra mortis timorem, et conſtantia contra metum religionis, et ſedatio animi, omnium rerum occultarum ignoratione ſublata, [h] et moderatio, natura cupiditatum generibuſque earum explicatis; et (ut modo docui) cognitionis regula et judicio ab eadem illa conſtituto, veri a falſo diſtinctio traditur.

XX. Reſtat locus, huic diſputationi vel maxume neceſſarius, de Amicitia; quam, ſi voluptas ſummum ſit bonum, adfirmatis nullam omnino fore: de qua Epicurus quidem ita dicit: [i] *omnium rerum, quas ad beate vivendum ſapientia comparaverit, nihil eſſe majus amicitia, nihil uberius, nihil juctundius.* Neque vero hoc oratione ſolum, ſed multo magis vita et factis et moribus comprobavit. Quod quam magnum ſit, fictæ veterum fabulæ declarant; in quibus tam multis tamque variis, ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur, ut ad Oreſtem pervenias, profectus a Theſeo. At vero [k] Epicurus una in domo, et ea quidem anguſta, quam magnos quantaque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? quod fit etiam nunc ab Epicureis. Sed ad rem redeamus: [l] de hominibus dici non ne-

[g] *E phyſicis et fortitudo ſumitur*] Epicurus κυρίων δοξῶν xii. Οὐκ ἦν τὸν φοβούμενον ὑπὲρ τῶν κυριωτάτων λύειν, μὴ κατειδότα τίς ἡ τοῦ σύμπαντος φύσις, ἀλλ' ὑποπτευόμενόν τι τῶν κατὰ τοὺς μύθους· ὥστε οὐκ ἦν ἄνευ φυσιολογίας ἀκεραίους τὰς ἡδονὰς ἀπολαμβάνειν. Vide Laertium x. 143. *Idem.*

[h] *Et moderatio, natura cupiditatum* &c.] Sic omnes quidem libri habent. Sed tamen quidam legi volunt *et moderatio cupiditatum, natura generibuſque earum* &c. Ego nihil muto. *Lambinus.*

[i] *Omnium rerum quæ ad beate vivendum*] Epicurus κυρίων δοξῶν xxix. Ὧν ἡ σοφία παρασκευάζηται εἰς τὸν τῆ ὅλη βίου μακαριότητα, πολὺ μέγιστόν ἐστιν ἡ τῆς φιλίας κτῆσις. Apud Laertium x. 148. *Davies.*

[k] *Epicurus una in domo*] Epicuri φίλους τοσούτους τὸ πλῆθος ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι δύνασθαι teſtatur Laertius x. 9. *Idem.*

[l] De hominibus *dici non neceſſe eſt*] Vulgo *de omnibus.* Ego vero Palatini primi lectionem recepi quæ ſe Grutero pro-

Digitized by Google

ceſſe eſt. Tribus igitur modis video eſſe a noſtris de amicitia diſputatum. Alii cum eas voluptates, quæ ad amicos pertinerent, negarent eſſe per ſe ipſas tam expetendas, quam noſtras expeteremus; quo loco videtur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ vacillare; tuentur tamen eum locum, ſeque facile, ut mihi videtur, expediunt. Ut enim virtutes, de quibus ante dictum eſt, ſic amicitiam negant poſſe a voluptate diſcedere: nam cum ſolitudo et vita ſine amicis, inſidiarum et metus plena ſit, ratio ipſa monet amicitias comparare: quibus partis confirmatur animus, et a ſpe pariendarum voluptatum ſejungi non poteſt. Atque [m] ut odia, invidiæ, deſpicationes adverſantur voluptatibus: ſic amicitiæ, non modo [n] fautrices fideliſſimæ, ſed etiam effectrices ſunt voluptatum tam amicis quam ſibi: quibus non ſolum præſentibus fruuntur, ſed etiam ſpe eriguntur conſequentis ac poſteri temporis. [o] Quod quia nullo modo ſine amicitia firmam et perpetuam jucunditatem vitæ tenere poſſumus, neque vero ipſam amicitiam tueri, [p] niſi æque amicos et noſmet ipſos diligamus; idcirco et hoc ipſum efficitur in amicitia, et amicitia cum voluptate

bavit, quamque res ipſa ſatis firmat. Sic etiam ex vet. Codice legit Giſanius tom. ii. Syllog. Burmannianæ pag. 307. Totum tamen Guyeto, quæ fuit ejus audacia, videtur additamentum. *Idem.*

[m] *Odia, invidiæ*, deſpicationes] Balliol. *deſperationes*. Sed non audio. Infra lib. ii. cap. 26. *Jam* contemni *non poteris*: odium *autem* et invidiam *facile vitabis*. Lucretius iii. 65.

Turpis enim fama et contemptus, *et æeris egeſtas*
Semota ab dulci vita ſtabiliqus videntur.

Hac de cauſa nec amici noſtri *diſceptationes* probo. *Idem.*

[n] Fautrices *fideliſſimæ*] Joſ. Scaliger legendum cenſuit *fotrices* a fovendo. Quod Guyeto mihique placet. *Idem.*

[o] *Quod* quia *nullo modo*] Video mendum, et opinor non inepte locum corrigi, ſi legatur *quodque nullo modo*. P. Manucius. [Nihil mutandum; cum nulla ſit in Codicum lectione menda.]

[p] *Niſi æque amicos* et *noſmet ipſos diligamus*] Rectius eſt in MSto *ac noſmetipſos*. Ursin. *Ib.* Elienſ. etiam ſec. *ac noſmetipſos*. Sed perinde eſt; nam utrumque dicitur. Vide Fin. iv. 23. et Turſellinum de Part. cap. x. *Davies.*

Digitized by Google

connectitur: nam et lætamur amicorum lætitia [q] æque atque noſtra; et pariter dolemus angoribus. Quocirca eodem modo ſapiens erit adfectus erga amicum quo in ſeipſum; quoſque labores propter ſuam voluptatem ſuſciperet, eoſdem ſuſcipiet propter amici voluptatem; quæque de virtutibus dicta ſunt, quemadmodum hæ ſemper voluptatibus inhærent, eadem de amicitia dicenda ſunt. Præclare enim Epicurus his pæne verbis, [r] *Eadem*, inquit, *ſententia confirmavit animum, ne quod aut ſempiternum aut diuturnum timeret malum; quæ perſpexit, in hoc ipſo vitæ ſpatio amicitiæ præſidium eſſe firmiſſimum.* Sunt autem quidam Epicurei timidiores paullo contra veſtra convicia, ſed tamen ſatis acuti, qui verentur, ne ſi amicitiam propter noſtram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quaſi claudicare videatur. Itaque primos congreſſus [s] copulationeſque et con-

[q] *Æque* atque *noſtra*] Elienſ. uterque, Med. et Balliol. *æque* ut *noſtra*. Nihil refert utro legamus modo. *Idem.*

[r] *Eadem, inquit, ſcientia* &c.] Libri veteres aliquot habent, *Eadem* (*inquit*) *ſententia* &c. Ego nihil muto. *Lambinus.*

Ib. *Eadem, inquit,* ſcientia *confirmavit animum*] Laertius ex Epicuro x. 148. Ἡ αὐτὴ ΓΝΩΜΗ θαῤῥεῖν τε ἐποίησεν ὑπὲρ τοῦ μηθὲν αἰώνιον εἶναι δεινὸν μηδὲ πολυχρόνιον· καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὡρισμένοις ἀσφάλειαν φιλίας μάλιστα κατεῖναι συντελεσμένην. Pro κατεῖναι H. Stephanus, probante Menagio, καταιθῆσαι repoſuit. Mihi legendum videtur φιλίας μάλιστα ΚΤΗΣΕΙ ΕΙΝΑΙ συντελουμένην. Quicquid hac de re ſtatuatur, hunc locum miſere diſcerpſit in editione Wetſteniana cerebroſus iſte M. Meibomius; idemque non minus inepte Ciceronem verſionis ſuæ cauſſa redarguit. Sed hunc mittamus. Obſervetur potius cum γνώμη ſit *ſententia*, non *ſcientia*, Morelio, prout auctor eſt Guyetus, ſimul ac Menagio placuit *ſententia*. Idem mihi videtur; cumque, Lambino teſte, ſic habeant aliquot libri veteres; illud recepi. *Davies.*

[s] *Copulationeſque conſuetudinum, inſtituendarum amicitiarum fieri* &c.] Libri veteres partim ſic habent *copulationeſque conſuetudinum inſtituendarum voluptatum fieri propter voluptatem*: partim ſic, *copulationeſque conſuetudinum voluptates fieri propter voluptatem*: quarum ſcripturarum quis non videt utramque eſſe mendoſam? eademque opera quis non intelligit, vulgatam eſſe interpolatam? nam ex *voluptatum* ſeu *voluptates*, quæ reperiuntur in libris veteribus factum eſt *amicitiarum*; ſatis audacter. Ego malim no-

Digitized by Google

ſuetudinum inſtituendarum voluntates fieri propter voluptatem: cum autem uſus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantum, ut, etiam ſi nulla ſit utilitas ex amicitia, tamen ipſi amici propter ſe ipſos amentur. Etenim ſi loca, ſi fana, ſi urbes, ſi gymnaſia, ſi campum, ſi canes, ſi equos, [t] ſi ludicra exercendi aut venandi, conſuetudine adamare ſolemus; quanto id in hominum conſuetudine [u] facilius fieri poterit et juſtius? Sunt autem qui dicunt fœdus eſſe quoddam ſapientum, ut ne minus quidem amicos quam ſe ipſos diligant: quod et poſſe fieri intellegimus, [x] et ſæpe etiam videmus; et perſpicuum eſt, nihil ad jucunde vivendum reperiri poſſe, quod conjunctione tali ſit aptius. Quibus ex omnibus judicari poteſt, non modo non inpediri rationem amicitiæ, ſi ſummum bonum in voluptate ponatur, ſed ſine hoc inſtitutionem amicitiæ omnino non poſſe reperiri.

men *amicitiarum* quod eſt ſubſtitutum, et *voluptatum* ſeu *voluptates*, quæ videntur ſcripta ab errante ſcriptore, deleri, et ita legi, *copulationeſque conſuetudinum inſtituendarum fieri propter voluptatem* &c. LAMBINUS. *Ibid.* Ex Palatino primo ſic optime Gruterus, ut nos eum ſecuti dedimus. *Davies.*

[t] *Si ludicra, exercendi aut venandi conſuetudine*] Libri tres veteres habent *aut venandi conſuetudines* &c. quos hic non ſequor. *Lambinus.*

Ib. *Si ludicra exercendi aut venandi conſuetudine adamare ſolemus*] Mihi magis placet, ut eſt in vetere Codice, *ſi* ludicras *exercendi aut venandi* conſuetudines *adamare ſolemus*. Urſin.

Ib. *Si* ludicra *exercendi aut venandi*, conſuetudine *adamare ſolemus*] Vulgo *ſi* ludicras—conſuetudines *adamare ſolemus*; quo modo reſtituendum cenſuit Urſinus fide ſui MSti. Sane noſtri Codd. exhibent *conſuetudines*, ſed iidem *ludicra* retinent. Ut vero lectio, quam repræſentârant Victorius aliique multi, reduceretur; fecit ipſe loci ſenſus. Nam fieri contendit noſter, ut homines loca, fana, ceteraque, quorum meminit, *conſuetudine* ſoleant adamare. *Davies.*

[u] *Facilius fieri* poterit] Vulgo *potuerit*, quo modo fere MSSti. Male. Veteres igitur editos ſequor. *Idem.*

[x] *Et ſæpe* etiam *videmus*] Vulgo *et ſæpe* id *videmus*. Codices autem Gruteriani, Pariſ. ſec. C. C. C. Med. ac Balliol. *et ſæpe* enim *videmus*. At Elienſ. pr. *et ſæpe* etiam *videmus*. Recte: nec aliter edidi. *Idem.*

Digitized by Google

XXI. Quapropter ſi ea, quæ dixi, ſole ipſo inluſtriora et clariora ſunt; ſi omnia dixi hauſta e fonte naturæ; ſi tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat, id eſt, incorruptis atque integris teſtibus; ſi infantes pueri, mutæ etiam beſtiæ, pæne loquuntur, magiſtra ac duce natura, nihil eſſe proſperum niſi voluptatem; [y] nihil aſperum niſi dolorem; de quibus neque depravate judicant neque corrupte; nonne ei maxumam gratiam habere debemus, qui, hac exaudita quaſi voce naturæ, ſic eam [z] firme graviterque conprehenderit, ut omnes bene ſanos in viam placatæ, tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret? qui quod tibi parum videtur eruditus, ea cauſſa eſt, quod nullam eruditionem eſſe duxit, niſi quæ beatæ vitæ diſciplinam juvaret. [a] An ille tempus aut in poetis evolvendis, ut ego et Triarius, te hortatore, facimus, conſumeret? in quibus nulla ſolida utilitas omniſque puerilis eſt delectatio: aut ſe, ut Plato, in muſicis, geometria, numeris, aſtris contereret? quæ et a falſis initiis profecta, vera eſſe non poſſunt: et, ſi eſſent vera, nihil adferrent quo jucundius, id eſt, quo melius viveremus. Eas ergo artes perſequeretur, vivendi artem tantam tamque operoſam, et perinde fructuoſam relinqueret? Non ergo Epicurus ineruditus, ſed ii indocti, qui, quæ pueros non didiciſſe turpe eſt, [b] ea putant uſque ad ſenectutem eſſe diſcenda. Quæ cum dixiſſet, Ex-

[y] *Nihil* aſperum, *niſi dolorem*] Veneti libri habent eleganti ἀντιθέσει *improſperum*. Camerar. [Renituntur omnes MSSti.]

[z] *Firme* graviterque] Joſ. Scaliger emendat *firme gnaviterque*: cui cum Guyeto lubens acceſſerim. Hæ certe voces paſſim confunduntur. Sic apud Symmachum lib. i. Ep. 61. recte legitur, *Quo minus* gnaviter *amicorum cariſſimos alloquaris*. At ibi MStus *graviter*. Davies.

[a] *An ille tempus*] Epicurus liberales diſciplinas ſpernere præ ſe ferebat. Vide Menagium ad Laertii x. 6. Quibus de cauſſis ita ſe getſiſſe cenſeatur, docebit Sextus Empiricus advſ. Mathem. lib. i. §. 1, 2, 3, 4. *Davies*.

[b] *Ea* putant] Vulgo *putent*. Alterum volunt Elienſ. uterque, C. C. C. Med. et editio Victoriana. *Idem*.

Digitized by Google

plicavi, inquit, ſententiam meam, et eo quidem conſilio, tuum judicium ut cognoſcerem: quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus numquam eſt data.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

AD

BRUTUM

LIBER SECUNDUS.

I. HIC cum uterque me intueretur, ſeſeque ad audiendum ſignificarent paratos; Primum, inquam, deprecor, ne me, tamquam philoſophum, putetis [a] Scholam vobis aliquam explicaturum: quod ne in ipſis quidem philoſophis magno opere umquam probavi. Quando enim Socrates, qui parens Philoſophiæ jure dici poteſt, quicquam tale fecit? Eorum erat iſte mos, qui tum Sophiſtæ nominabantur: quorum e numero primus eſt auſus [b] Leontinus Gorgias in conventu poſcere quæſtionem, id eſt, jubere dicere, qua de re quis vellet audire. Audax negotium; dicerem, inpudens, niſi hoc inſtitutum poſtea tranſlatum ad philoſophos noſtros eſſet. Sed et illum quem nomi-

[a] *Scholam vobis aliquam explicaturum*] Vide nos ad Tuſc. i. 4. *Davies.*

[b] *Leontinus Gorgias*] Plato in Gorgia pag. 281. B. Ἐκείνου γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾷν ὅ, τι τὶς βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων καὶ πρὸς ἅπαντα ἰέναι ἀποκρινεῖσθαι. Huc reſpicit Cicero de Orat. iii. 32. *Gorgias, in illo ipſo Platonis libro, de omni re, quæcunque in diſceptationem quæſtionemque vocaretur, ſe copioſiſſime dicturum eſſe profitetur; iſque princeps ex omnibus auſus eſt in conventu poſcere, qua de re quiſque vellet audire.* Vide ſis inter alios Hieronymum adv. errores Joannis Hieroſ. pag. 455. *Davies.*

Digitized by Google

navi, et ceteros ſophiſtas, ut e Platone intellegi poteſt, luſos videmus a Socrate: is enim percunctando atque interrogando elicere ſolebat eorum opiniones quibuſcum diſſerebat, [c] ut ad hæc quæ hi reſpondiſſent, ſi quid videretur, diceret: qui mos cum a poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas eum revocavit; inſtituitque, ut ii, qui ſe audire vellent, non de ſe quærerent, ſed ipſi dicerent quid ſentirent: quod cum dixiſſent, ille contra: ſed qui audiebant, quoad poterant, defendebant ſententiam ſuam. Apud ceteros autem philoſophos, qui quæſivit aliquid, tacet: quod quidem jam fit etiam in Academia. Ubi enim is qui audire volt, ita dixit, *voluptas mihi videtur eſſe ſummum bonum*, perpetua oratione contra diſputatur; ut facile intellegi poſſit, eos, qui aliquid ſibi videri dicant, non ipſos in ea ſententia eſſe, ſed audire velle contraria. Nos commodius agimus: non enim ſolum Torquatus dixit quid ſentiret, ſed etiam cur. Ego autem arbitror, quamquam admodum delectatus ſum ejus oratione perpetua, tamen commodius, cum in rebus ſingulis inſiſtas, et intellegas quid quiſque concedat, quid abnuat, ex rebus conceſſis [d] concludi quod velis et ad exitum perveniri. Cum enim fertur, quaſi torrens, oratio, quamvis multa cujuſquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil adprehendas, nuſquam orationem rapidam coerceas. [e] Omnis autem [in quærendo,] quæ via quadam et ratione habetur, oratio, præſcribere primum debet, ([f] ut quibuſdam in

[c] *Ut ad* hæc *quæ* hi *reſpondiſſent*] Sic Pariſini tres, C. C. C. Med. et Balliol. Vulgo *ut ad* ea *quæ* ii *reſpondiſſent*. Idem.

[d] *Concludi* quod *velis*] Vulgo *quid velis*. C. C. C. *quo velis*. Legendum *quod velis*, uti quidem nos ex Pariſino tert. Med. et editione Victoriana dedimus. *Idem.*

[e] *Omnis autem* in quærendo, *quæ via quadam et ratione habetur, oratio*] Quid ſibi velit *oratio in quærendo*, mihi parum conſtat; nec, ut opinor, ita Latine loqui fas eſt. Ad me quod attinet, voces *in quærendo* ſuppoſititias arbitror; iiſque deletis, nec ſermonis elegantia, nec loci ſenſus quicquam patitur detrimenti. Vide Orat. c. xxxiii. *Idem.*

[f] *Ut quibuſdam in formulis ea res agatur* &c.] Rectius videtur

Digitized by Google

formulis, *ea res agatur*,) ut, inter quos differitur, conveniat quid sit id de quo differatur.

II. [g] Hoc positum in Phædro a Platone probavit Epicurus, sensitque in omni disputatione id fieri oportere: sed quod proximum fuit non vidit: negat enim definiri rem placere; sine quo fieri interdum non potest, ut inter eos qui ambigunt, conveniat quid sit id de quo agatur: velut in hoc ipso, de quo nunc disputamus. Quærimus enim finem bonorum. Possumusne scire, hoc quale sit, nisi contulerimus inter nos,

sic: *Ut quibusdam in formulis, quæ res agatur* &c. Sic lib. v. [cap. 26.] *Si est quisquam qui acute in causis videre soleat quæ res agatur.* Et de Fato [cap. 5.] *Hæc differens qua de re agatur et in quo causa consistat non videt.* Et in Bruto [c. 79.] *Qua de re agitur illud quod multis locis in ICtorum formulis includitur, id ubi esset non videbat.* Et Plato in Phædro [p. 340.] Περὶ οὗ ἂν εἴη βουλή. *P. Manutius.*

Ib. *Ut quibusdam in formulis, qua de re agatur*] Sic est legendum, et ita statim loquitur, *Conveniat, quid sit id de quo agatur:* nisi quis ita malit, *ea de re agitur.* Quod si quis neget, fretus antiqua scriptura, forte corrupta; eum ego sexcentis e Pandectis juris civilis locis, et ex ipso Cicerone non paucis obruam: ut omittam, quod doctissimi nostræ ætatis jurisconsulti mihi assentiuntur. *Lambinus.*

Ib. *Ea res agatur*] P. Manucius pudenter conjicit *quæ res agatur*: at D. Lambinus audacter emendat *qua de re agatur*, nisi quis malit *ea de re agitur.* Sed *ea res* est in omnibus libris, nec ullam video mutandi rationem. Noster in Verrem lib. iv. cap. 51. *Aguntur injuriæ sociorum: agitur vis legum: agitur existimatio veritasque judiciorum.* Idem pro S. Roscio cap. xxxvi. *Quasi vero id nunc agatur——Si sua res ageretur testimonium non diceret—— Tua quoque res permagna agitur.* Ac alibi passim. Vide modo pro Lege Manil. cap. 2. et Arnobium lib. ii. pag. 103. In ultima voce paullulum variant Codices. Gruterus dedit *agetur* ex Pal. primo. Pal. quartus et Paris. tert. agnoscunt *agitur*; quo modo legunt Turnebus Adverss. ii. 17. et Gifanius Syllog. Burmann. tom. ii. p. 307. At Paris. pr. sec. Elienss. uterque, C. C. C. Med. et Pall. tres *agatur.* Cumque stet ab hac parte testium multitudo; vincat velim: licet alioqui nihil interfit, hoc an illo an altero modo scribamus. *Davies.*

[g] *Hoc positum in Phædro a Platone*] Sic in eo Dialogo loquitur Socrates: Περὶ φαντὸς, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύσεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ἡ ἡ βουλὴ, ἢ ἅπαντος ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. Exstat pag. 340. H. ed. Lugdun. *Idem.*

Digitized by Google

cum finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiam ſit ipſum bonum? Atqui hæc patefactio quaſi rerum opertarum, cum quid quidque ſit aperitur, definitio eſt; qua tu etiam inprudens utebare nonnumquam: nam hunc ipſum ſive finem ſive extremum ſive ultimum definiebas, id eſſe, quo omnia, quæ recte fierent, referrentur, neque id ipſum uſquam referretur. Præclare hoc quidem. Bonum ipſum etiam quid eſſet, fortaſſe, ſi opus fuiſſet, definiſſes, [h] aut quod eſſet natura adpetendum, [i] aut quod prodeſſet, aut quod juvaret, aut quod liberet modo. [k] Nunc idem (niſi moleſtum eſt) quoniam tibi non omnino diſplicet definire, et id facis cum vis, velim definias quid ſit voluptas? de quo omnis hæc quæſtio eſt. [l] Quiſquam, inquit, eſt, qui quid ſit voluptas neſciat, aut qui, quo magis id intellegat, definitionem aliquam deſideret? Me ipſum eſſe dicerem, inquam, niſi mihi viderer habere bene cognitam voluptatem et ſatis firme conceptam animo atque conprehenſam: nunc autem dico, ipſum Epicurum neſcire, [m] et in eo nutare; eumque, qui crebro dicat diligenter oportere exprimi quæ vis ſubjecta ſit voci-

[h] *Aut quod eſſet natura—liberet modo*] Varias definitiones, quibus, quid eſſet bonum, aperuere philoſophi, ſuppeditabit Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 165. *Idem.*

[i] *Aut quod juvaret, aut quod liberet; modo idem niſi moleſtum eſt* &c.] Mirum quas pulcherrimis ſententiis tenebras afferat non optime percepta ratio diſtinguendi: quod et ſæpe jam oſtendi, et ſæpe ut oſtendatur video futurum. Hic quidem non dubito quin interpungendum ſit, *Aut quod juvaret; aut quod liberet modo: idem* &c. *P. Manucius.*

[k] *Nunc* idem] Malim *nunc item.* Vox autem prima deeſt in omnibus noſtris; eamque Gruterus ex Palatino primo commode revocavit. *Davies.*

[l] *Quiſquam, inquit, eſt*] Vulgo *quaſi quis, inquit, ſit.* At in omnibus MSStis legitur *inquit eſt.* Victorius edidit *quiſquam ſit, inquit.* Pal. primus exhibet *quiſquam* ſi *inquit eſt,* antepenultima vocula punctis notata, quippe quæ delenda fuit. Igitur optimo libro parendum cenſui. *Davies.*

[m] *Et in eo nutare*] Quidam legi volunt, *et in eo natare*; a quibus diſſentio: *nutare* enim poſitum eſt hic pro labare, vacillare. *Lambinus.*

Digitized by Google

bus, non intellegere interdum quid ſonet hæc vox voluptatis, [n id eſt, quæ res huic voci ſubjiciatur.]

III. Tunc ille ridens, Hoc vero, inquit, optumum, ut is, qui finem rerum expetendarum voluptatem eſſe dicat, id extremum, id ultimum bonorum; o id ipſum quidem quale ſit neſciat. Atqui, inquam, aut Epicurus, quid ſit voluptas, aut omnes mortales, qui ubique ſunt, neſciunt. Quonam, inquit, modo? Quia voluptatem hanc eſſe ſentiunt omnes, quam ſenſus accipiens movetur et jucunditate quadam perfunditur. Quid ergo iſtam voluptatem, inquit, Epicurus ignorat? Non ſemper, inquam: nam interdum nimis etiam novit, quippe qui teſtificetur, p ne intellegere quidem ſe poſſe, ubi ſit aut quid ſit ullum bonum, præter illud quod cibo q et potione et aurium delectatione et obſcæna voluptate capiatur. An hæc ab eo non dicuntur? r Quaſi me pudeat, inquit, iſtorum, aut non poſſim, quemadmodum ea dicantur, oſtendere. Ego vero non dubito, inquam, quin facile poſſis: nec eſt quod te pudeat ſapienti adſentiri; qui ſe unus, quod ſciam, Sapientem profiteri ſit

n *Id eſt, quæ res huic verbo ſubjiciatur*] Hæc omnia pro ſpuriis et ὑποβολιμαίοις habet V. C. Petr. Faber Semeſtr. ii. 24. p. 358. Et merito quidem, ut Guyetus etiam ſtatuit. Ea ſane non in ipſo *contextu*, ſed ad oram Med. exhibet. *Davies.*

o *Id ipſum* quidem *quale ſit neſciat*] Sic Pal. pr. probantibus Grutero Guyetoque. Vulgo *id ipſum* quid ſit, *quale ſit, neſciat.* Haud ita bene. *Idem.*

p *Ne intelligere quidem ſe poſſe ubi ſit aut quid ſit ullum bonum*] Heſychius Illuſtrius de Epicuro pag. 29. Καὶ ἐν τῷ περὶ τέλους ἔτω (φασὶ) γράφειν· Οὐ γὰρ ἴσμεν ἴσχω τί νοήσω ταγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς καὶ τὰς δι' ἀκροαμάτων. Eodem reſpicit Cicero lib. i. N. D. cap. 40. et in Piſonem cap. xxviii. Huc ſpectantes alios veterum locos congeſſimus ad Tuſc. iii. 18. *Idem.*

q Et *potione*] Vulgo *aut potione:* quod ſe recte non habere patet ex ſequentibus. Nos igitur Pariſinum ſecundum, Med. et Balliol. expreſſimus. Nec aliter Victorius ediderat. *Idem.*

r *Quaſi me pudeat*] Vulgo *quaſi* vero *me pudeat*; quam vocem ex Pal. primo Gruterus adjecit. Cum tamen ea careant reliqui MSSti, nec ſententia poſtulet ut addatur, et *vero* paullo poſt recurrat; ejiciendam putavi. *Idem.*

Digitized by Google

ausus: nam Metrodorum non putant ipsum professum, sed cum adpellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse. Septem autem illi non suo sed populorum suffragio omnium nominati sunt. Verum hoc loco sumo, [s] verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum nosse quam ceteros: [t] omnes enim jucundum motum quo sensus hilaretur, Græce ἡδονὴν, Latine voluptatem vocant. Quid est igitur, inquit, quod requiras? Dicam, inquam, et quidem discendi caussa magis, quam quo te aut Epicurum reprehensum velim. Ego quoque, inquit, didicerim libentius, si quid adtuleris, quam te reprehenderim. Tenesne igitur, inquam, Hieronymus Rhodius [u] quod dicat esse summum bonum, quo putet omnia referri

[s] *Verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum* nosse *quam ceteros*] Ita quidem editi scriptique libri. Nonius autem in *bilaretur* contra mentem Ciceronis habet *Epicurum* non *nosse*. Mihi locus parum sincerus videtur, lubensque discerem quid sit *verbis nosse*. Lego *verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum* NOTASSE *quam ceteros*. *Notasse*, significasse, descripsisse, designasse. Agellius i. 3. *Genus ipsum rei tantum paucis verbis notavit*. Infra iii. 2. *Eas res, in quibus versatur*, nominibus notavit *novis*. Et cap. 4. *Erit enim notius quale sit*, pluribus notatum vocabulis *idem significantibus*. Pariter *melius hæc* notata verbis *Latinis quam Græcis* dixit Tusc. iii. 5. *Davies*.

[t] *Omnes enim jucundum motum, quo sensus* hilarentur] *Hiarent* habet liber MStus pro *bilarentur*; quod magis placet. URSIN. *Ibid.* Cum Ursini MSto faciunt Pall. quinque, C. C. C. Med. et Elienf. primus. At ex iis Codd. in quibus est *biaretur*, Gruterus recte dedit *bilaretur*; quod etiam Victorius antea fecerat. Ita certe legit Nonius in *bilaretur*. Davies.

Ib. *Omnes enim jucundum motum, quo sensus bilarentur*] Hunc locum profert Nonius in verbo *bilaretur*, et legit, *quo sensus bilaretur*, in numero singulari. *Lambinus*.

[u] *Quod dicat esse summum bonum*, quo putet omnia referri oportere] Hæc ultima σχολιαστικῶς adjecta puto; nam *quo putet omnia referri oportere* nihil aliud sonat quam *quod dicat esse summum bonum*; cum definitio summi boni sit *quo omnia referri oporteat*. Vide lib. i. cap. 9. et hujusce libri cap. 2. Præterea si *quod dicat summum bonum* mentem Ciceronis non aperte declarasset; haud, ut videtur, adjiceret, *quo putet omnia referri oportere*, sed *quo omnia referre oporteat*. Hæc igitur esse suppositicia suspicor. *Davies*.

Digitized by Google

oportere? Teneo, inquit, finem illi videri, nihil dolere. Quid? idem iſte de voluptate quid ſentit? Negat eſſe eam, inquit, propter ſeipſam expetendam. Aliud igitur eſſe cenſet gaudere, aliud non dolere. Et quidem, inquit, vehementer errat: nam, ut paullo ante docui, augendæ voluptatis finis eſt doloris omnis amotio. [x] Non dolere, inquam, iſtud quam vim habeat, poſtea videro: aliam vero vim voluptatis eſſe, aliam nihil dolendi, niſi valde pertinax fueris, concedas neceſſe eſt. Atqui reperies, inquit, in hoc quidem pertinacem: dici enim nihil poteſt verius. Eſtne quæſo, inquam, ſitienti in bibendo voluptas? Quis iſtud, inquit, poſſet negare. [y] Eademne, inquam, quæ reſtincta ſiti? Immo alio genere: reſtincta enim ſitis ſtabilitatem voluptatis habet, inquit; illa autem voluptas ipſius reſtinctionis, in motu eſt. Cur igitur, inquam, res tam diſſimiles eodem nomine adpellas? Quid paullo ante, inquit, dixerim nonne meminiſti, cum omnis dolor detractus eſſet, variari, non augeri voluptatem? Memini vero, inquam: ſed tu iſtuc dixti bene Latine, parum plane. Varietas enim Latinum verbum eſt, idque proprie quidem in diſparibus coloribus dicitur; ſed transfertur in multa diſparia: varium poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna: [z] voluptas etiam varia dici ſolet, cum percipitur ex multis diſſimilibus rebus [a] diſſimiles effi-

[x] *Non dolere, inquam, iſtud*] Pall. quinque, Pariſ. pr. tert. C. C. C. Med. et Balliol. *cum non dolere.* Elienſ. pr. et Pariſ. ſec. *tum non dolere:* nec aliter editi veteres; unde fecerim *tuum non dolere, inquam, iſtud:* quod etiam Lambino venit in mentem, Guyetoque placuit. Certe vocem *tum* vel delendam vel in pronomen *tuum* vertendam J. M. Brutus merito pronuntiavit. *Davies.*

[y] *Eademne, inquam, quæ*] Pariſ. tert. *eodem neque.* ſec. *eadem æque.* Med. *eadem neque:* Lego *eademne quæ*; prætermiſſa voce, quam neſciunt C. C. C. et Balliol. *Idem.*

[z] *Voluptas etiam varia*] Vulgo *voluptas varia etiam.* Melior ordo verborum eſt ab Elienſ. utroque, C. C. C. Med. Pariſ. tert. et editione Victoriana. *Idem.*

[a] *Diſſimiliter efficientibus voluptates*] Libri aliquot veteres habent *diſſimileis efficientibus voluptates:* alii cum vulgatis conſentiunt. Ego nihil muto. Lam-

cientibus voluptates. Eam si varietatem diceres, intellegerem, ut, [b] etiam non dicente te, intellego: ista varietas quæ sit, [c] non satis perspicio, quod ais, cum dolore careamus, tum in summa voluptate nos esse: cum autem vescamur iis rebus quæ dulcem motum adferant sensibus, tum esse in motu voluptatem, [d] quæ faciat varietatem voluptatum; sed non augeri illam non dolendi voluptatem, quam cur voluptatem adpelles, nescio.

IV. An potest, inquit ille, quidquam esse suavius quam nihil dolere? Immo sit sane nihil melius, inquam, (nondum enim id quæro) num propterea idem voluptas est, quod (ut ita dicam) [e] indolentia? Plane idem, inquit, et maxuma quidem, qua fieri nulla major potest. Quid dubitas igitur, inquam, summo

BIN. *Ibid.* Præstare tamen crediderim *dissimiles*; quod Gruterus ex Pal. primo recepit. *Davies.*

[b] *Etiam* non *dicente te*] Cum J. Fr. Gronovius incidisset in membranas, quæ dabant *etiam dicente te*; Tullium scripsisse credidit, *etiam* indicente *te*. Adi virum summum ad Livii xxii. 39. Hoc illi, puto, non contigerat, si reliquos omnes Codices negativam præstare resciviſſet. *Idem.*

[c] *Non satis perspicio*, quod *ais*] Deleta vocula, legerim *non satis perspicio. Ais, cum dolore careamus, tum in* &c. Hujusmodi certe particulas, invitis scriptoribus, libenter intrudunt librarii. *Idem.*

[d] Quæ *faciat*] Lege *qui faciat*, nempe motus. *Idem.*

[e] *Indolentia*] Vetus Lambini Codex, *indoloria*; qua voce utitur Augustinus de moribus Eccles. Cathol. lib. i. cap. 5. *Est ergo*, inquit, *summum corporis bonum, non voluptas ejus, non* indoloria, *non vires* &c. Ita quidem Benedictini, cum in aliis editionibus sit *indolentia*. Glossæ veteres: *Indoloria*, ἀναλγησία. Sidonius Apollinaris in Epist. Carmini xiv. præmissa: *Lecturus es hic etiam novum verbum, id est* essentiam; *sed scias hoc ipsum dixisse* Ciceronem: *nam* essentiam *nec non et* indoloriam *nominavit, addens*, Licet enim novis rebus nova nomina imponere. Ubi plura Joan. Savaro. Sirmondus tamen in antiquo Sidonii Codice reperit *indolentiam*: nec, si se res aliter haberet, hoc in loco Ciceronis *indoloria* placeret, cum nostri Gruterianique Codices vulgatam lectionem retineant. Vide M. A. Muretum Var. Lect. lib. xv. cap. 20. Ne vero mirêris illud *ut ita dicam*; Indolentiam *nove* M. Tullius, *quod sine dolore sit*; ut Nonius observat. Scilicet hæc vox a Tullio sic formata est, cum *dolentiam* pro dolore dixerit Lævius Poëta. Vide sis Agellium xix. 7. *Idem.*

Digitized by Google

bono a te ita conſtituto ut id totum in non dolendo ſit, id tenere unum, id tueri, id defendere? quid enim neceſſe eſt, tamquam meretricem in matronarum cœtum, ſic voluptatem in virtutum concilium adducere? [f] invidioſum nomen eſt, infame, ſuſpectum. Itaque hoc frequenter dici ſolet a vobis, non intellegere nos quam dicat Epicurus voluptatem. Quod quidem mihi ſi quando dictum eſt, (eſt autem dictum non parum ſæpe) etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci. Egone non intellego quid ſit ἡδονὴ Græce, Latine voluptas? utram tandem linguam neſcio? Deinde, qui fit ut ego neſciam, ſciant omnes quicumque Epicurei eſſe voluerunt? [g] quod veſtri quidem vel optume diſputant,

[f] *Sed invidioſum nomen eſt, et infamiæ* &c.] Libri omnes veteres, quos quidem viderim, habent, *Sed forte dicitis invidioſum nomen eſt* &c. Ego hoc totum *forte dicitis* ut ineptum, atque ex annotatione natum, quod et quidam jam viri docti viderant et e libris deleverant, rejeci. Præterea *forte* ſic poſitum, ſolœcum eſt: *fortaſſe* potius dicerent Latini. Quod autem quidam ſe deinceps in nonnullis libris antiquis ſcriptum reperiſſe dicunt, pro *infamiæ ſubjectum, infame et ſuſpectum,* ego nuſquam reperi: et, ſi reperiſſem non probarem. Quod autem infra non longe Adr. Turnebus pro *de Pelaſgis* vult legi *de plagis,* ſeu *de pagis* &c. non placet. *Lambinus.*

Ib. *Invidioſum nomen eſt, infame, ſuſpectum*] Sic Gruterus ex Pal. primo. Reliqui fere MSSti dant *ſed forte dicitis invidioſum nomen eſt, infamiæ ſubjectum.* Voces autem *forte dicitis* in editione Victoriana locum non habent, eaſque duorum Codicum fide Lambinus ejicit. Igitur uterque dedit *ſed invidioſum nomen eſt et imſamiæ ſubjectum.* Adverſativa tamen particula ferri non poteſt. Lego *ſcilicet invidioſum nomen eſt et infamiæ ſubjectum.* Horatius Serm. lib. ii. Ecl. vi. 47.

Per totum hoc tempus ſubjectior *in diem et horam*
Invidiæ *noſter*——

Ac ita paſſim Lactantius et alii. Vide lib. ii. Div. Inſt. cap. ii. 34. cap. vi. 4. cap. xvii. 4. lib. iii. cap. xii. 14. cap. xviii. 14. lib. iv. cap. xxiii. 4. &c. ac Arnobium lib. vii. pag. 269. *Infame* vero, *ſuſpectum* mihi diſplicet, quod *ſuſpectum* ſit *infami* minus; adeoque Tullius in regulas oratorias peccaſſet, ſi modo ſic ſcriptum reliquerat. *Davies.*

[g] Quod *veſtri quidem*] Nihil huc facit prima vox. Id, ut opinor, ſenſit Guyetus; itaque repoſuit *Quid? veſtri quidem* &c. Melius quidem; ſed nec hoc poſt tot interrogationes placet. Lego *Quom veſtri quidem vel optime diſputant.* Ita, niſi fallor, bene

Digitized by Google

nihil opus esse, eum qui philosophus futurus sit, scire litteras. Itaque, ut majores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset: sic vos [h] de Pelasgis omnibus conlegitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos. Ergo illi intellegunt quid Epicurus dicat, ego non intellego? Ut scias me intellegere, primum idem esse voluptatem dico, quod ille ἡδονήν. Et quidem sæpe quærimus verbum Latinum par Græco et quod idem valeat; hic nihil fuit, quod quæreremus: [i] nullum inveniri potest, quod magis idem declaret Latine, quod Græce ἡδονή, quam declarat voluptas. Huic verbo omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subjiciunt, lætitiam in animo, conmotionem suavem jucunditatis in corpore: nam et ille apud Trabeam, voluptatem animi nimiam, lætitiam dicit, eandem quam ille Cæcilianus, qui *omnibus lætitiis lætum esse se* narrat. Sed hoc interest, quod voluptas dicitur etiam in animo vitiosa res, ut Stoici putant; qui eam sic definiunt, [k] *Sublaprocedit oratio, nec aliter Ascensius edidit. De reipsa vide Menagium ad Laertii x. 6. Idem.*

[h] *De* Pelasgis *omnibus*] Pal. pr. Paris. sec. aliique nonnulli *plagis*; Elienf. pr. *pagis*. Ac hoc vel illo modo legit Turnebus Adverf. iv. 8. licet ei posterior ratio magis arrideat. Tres Pall. Paris. tert. Med. et Balliol. *pelagis*; quod innuit *Pelasgis*, quo modo diserte C. C C. Ac ita Victorius edidit, et egregie, prout arbitror, explicavit Var. Lect. i. 10. Adeatur etiam Eustathius in Dionysii Perieg. vs. 533. *Idem.*

[i] *Nullum inveniri potest, quod magis idem declaret Latine, quod Græce, quam declarat voluptas*] Supplendum ex MSto, *Nullum inveniri potest quod magis idem declaret Latine, quod Græce ἡδονὴ, quam declarat voluptas.* Ursin.

Ib. *Quod Græce ἡδονὴ*] Vulgo deest vox ultima, quam nos ex Ursini Codice restituimus. Et eam sane desiderari nihil pote manifestius. Quin et in Elienfi primo spatium unius verbi vacuum fuit relictum. *Davies.*

[k] *Sublationem animi*] Diogenes Laertius in Zenone vii. 114. Ἡδονή ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν. Apud Stobæum quidem Eclog. Ethic. pag. 176. Λύπην δ' εἶναι συστολὴν ψυχῆς, ἀπειθῆ λόγῳ αἴτιον δ' αὐτῆς τὸ δοξάζειν προσφατον καὶ παρεῖναι, ἐφ' ᾧ καθήκει ἐπαίρεσθαι. Absurde: quod nemo non videt. Scilicet excidêre nonnulla, quæ videntur hoc modo supplenda: Λύπην δ' εἶναι συστολὴν ψυχῆς ἀπειθῆ λόγῳ· αἴτιον δ'

Digitized by Google

tionem animi ſine ratione, opinantis ſe magno bono frui: non dicitur lætitia, nec gaudium in corpore. In eo autem voluptas, omnium Latine loquentium more, ponitur, cum percipitur ea, quæ ſenſum aliquem moveat, jucunditas. Hanc quoque jucunditatem, ſi vis, transfer in animum, (juvare enim in utroque dicitur, ex eoque jucundum) modo intellegas inter illum qui dicat,

Tanta lætitia auctus ſum, [l] *ut mihi non conſtem*——

et eum qui,

Nunc demum mihi animus ardet,——

quorum alter lætitia geſtiat, alter dolore crucietur; eſſe illum medium,

[m] *Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt,*

qui nec lætetur nec angatur: itemque inter eum, qui potiatur expetitis corporis voluptatibus, et eum, qui crucietur ſummis doloribus, eſſe eum, [n] qui utroque careat.

αὐτῆς τὸ δοξάζειν πρόσφατόν τι παρεῖναι ἐφ' ᾧ καθήκει [συγίλλεσθαι· Ἡδονὴν δ' εἶναι ἅπασιν ψυχῆς ἀπειθῆ λόγῳ· αἴτιον δ' αὐτῆς τὸ δοξάζειν πρόσφατόν τι παρεῖναι, ἐφ' ᾧ καθήκει] ἐπαίρεσθαι. Plura collegimus ad Tuſcul. iv. 6. *Davies.*

[l] *Ut mihi non conſtem*] Victorius edidit *ut nihil conſtet*; ac ita dant Elienſ. uterque, Pariſ. tert. Med. et C. C. C. probante doctiſſimo Bentleio, cui *conſtet* perinde valet ac congruat, ſuppetat. ſtabile firmumque ſit. Vide Tuſc. iv. 15. et Senecam Epiſt. lii. Receptam vero lectionem tuentur Pall. Pariſ. pr. ſec. et Balliol. nec in hujuſmodi fragmentis, quæ vera ſit, facile dixerim. *Idem.*

[m] *Quamquam hæc inter nos nupera notitia*] Cum in libris manuſcriptis partim reperiſſem ſcriptum *nuper notitia*, ut vulgo legitur; partim *nupera notitia*, ut et in nonnullis exemplaribus Terentianis; partim, *inter nos notitia*, fine voce *nuper* aut *nupera*; ego *nupera notitia* edendum curavi, quemadmodum et nonnullis viris doctis legi placere cognovi. *Nuperum* autem pro recenti a veteribus uſurpatum eſſe teſtatur et Feſtus: idque confirmat auctoritate Plauti Capt. *Recens captum hominem nuperum, novitium.* Si quis tamen malit legi *nuper*, non admodum laborabo. LAMBIN. *Ibid.* Non Feſtus, ſed Nonius in *nuperum* erat laudandus. Locus autem Plautinus exſtat Captiv. Act. iii. Sc. v. 60. *Davies.*

Ib. *Quamquam hæc inter nos*] Terentius Heaut. Act. i. Sc. i. 1. *Idem.*

[n] *Qui* utroque *careat*] Legen-

Digitized by Google

V. Satiſne igitur videor vim verborum tenere? An ſum etiam nunc vel Græce loqui vel Latine docendus? Et tamen vide, ne, ſi ego non intellegam quid Epicurus loquatur, cum Græce, ut videor, luculenter ſciam, ſit aliqua culpa ejus [o] qui ita loquatur ut non intellegatur: quod duobus modis ſine reprehenſione fit; ſi aut de induſtria facias, ut Heraclitus, [p] cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obſcure memoravit; aut cum rerum obſcuritas, non verborum, facit ut non intellegatur oratio, qualis eſt in Timæo Platonis. Epicurus autem, ut opinor, nec non volt, ſi poſſit, plane et aperte loqui; nec de re obſcura, ut phyſici, aut artificioſa, ut mathematici, ſed de inluſtri et facili, etiam [q] in vulgus pervagata, loquitur. Quamquam non negatis nos intellegere quid ſit voluptas, ſed quid ille dicat: ex quo efficitur, [r] non ut ne intellegamus, quæ vis ſit iſtius verbi, ſed ut ille ſuo more loquatur, noſtrum neglegat. Si

dum fortaſſe eſt, *qui* utriſque *careat*. LAMBINUS. *Ibid.* Contra libros non eſt cur quid mutetur. *Davies.*

[o] *Qui ita* loquatur *ut non* intelligatur] Καχίμφατοι, quod tolletur ſi ſcribas *loquitur*. Idem.

[p] *Cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur*] Hæc videntur ex aliquo poeta ſumta. LAMBIN. *Ibid.* Parum veri ſimilis conjectura, cum *perhibere* valeat idem quod *dicere* non poetis ſolum ſed et orationis ſolutæ ſcriptoribus. Cicero Tuſc. i. 12. *Sed etiam nuncii fuiſſe* perhibentur. Ne plures memorem, vide ſis Arnobium lib. vii. pagg. 284, 291, 302, 303. et Boetium Conſ. Philoſ. lib. iii. Proſ. 9. ac lib. v. Proſ. 6. *Davies.*

[q] *In vulgus* pervagata] Codices fere dant *in vulgus pervulgata*; nec aliter recentiores editi. Victorius habet *in vulgus promulgata*. Sed illud durum; hoc contra Codicum fidem. Nos igitur Aldi nepotis editionem ſequimur, noſtramque lectionem repræſentat Elienſ. ſec. Vide lib. iii. cap. 2. *Davies.*

[r] *Non ut* ne *intelligamus*] Vulgo *non ut* nos non *intelligamus*. Pariſ. tert. Pall. duo, C. C. C. et Balliol. *non ut intelligamus*. Med. *non ut non intelligamus*. At Pariſ. pr. ſec. *non ut* ne *intelligamus*; eorumque lectionem repræſentandam cenſui. Infra cap. viii. *Ex quo efficitur, non ut voluptas* ne *ſit voluptas*. Et iv. 14. *Semper enim ita aſſumit aliquid,* ut *ea, quæ prima dederit,* ne *deſerat*. Ac in Piſonem cap. viii. *Omitto enim illud, conſulem edicere, ut Senatus SCto* ne *obtemperet*. Vide ſis et pro Domo cap. xvii. *Idem.*

Digitized by Google

enim idem dicit quod Hieronymus, qui cenſet ſummum bonum eſſe, ſine ulla moleſtia vivere; cur mavolt dicere voluptatem, quam vacuitatem doloris? ut ille facit, qui, quid dicat, intellegit. [s] Sin autem voluptatem putat [t] adjungendam illam, quæ ſit in motu: ([u] ſic enim adpellat hanc dulcem, in motu, illam nihil dolentis, in ſtabilitate) [x] quid tendit; cum efficere non poſſit, ut cuiquam, qui ipſe notus ſibi ſit, hoc eſt, qui ſuam naturam ſenſumque perſpexerit, vacuitas doloris et voluptas idem eſſe videatur? Hoc eſt vim adferre, Torquate, ſenſibus, ex-

[s] *Sin autem voluptatem putat adjungendam* &c.] Hunc locum partim veterum codicum auctoritatem ſecutus, partim conjectura ductus, perpurgavi. Sic autem habent omnes fere libri et manuſcripti, et typis impreſſi: *Sin autem voluptatem putat*, dicat *adjungendam illam, quæ ſit* &c. *Lambinus.*

Ib. *Sin autem voluptatem putat adjungendam illam*] Vulgo *ſin autem voluptatem putat*, dicat *adjungendam* eam. Sed *dicat* eſt varia lectio, quæ marginibus adſcripta, tandem Tullii verbis immixta fuit; ut etiam Lambinus animadvertit. *Illam* debemus Elienſi pr. C. C. C. Med. et Balliol. *Davies.*

[t] *Dicat adjungendam illam, quæ ſit in motu*] Ita legitur hic locus in MSto: et paullo poſt *notiones verborum* pro *cogitationes*, ut eſt in Aldinis, ſive, ut habet Victorius, *cognitiones.* Urſin.

[u] *Sic enim appellat hanc dulcem*, in motu] Quo, quæſo, *ſic* pertineat, niſi voculas præcedentes *in motu* reſpicit? Legas itaque velim, *ſic enim appellat hanc dulcem: illam nihil dolentis* &c. omiſſis vocabulis ſupervacaneis et inutilibus. *Davies.*

[x] *Quid tendit?* cum *&c.*] Si locus emendatus eſt; *quid tendit* interpretor quid contendit. Sic vellem ſcriptum eſſet, *quid fruſtra contendit?* Lambin.

Ib. *Quid tendit?*] *Tendere* bonis auctoribus idem valet ac *contendere.* Vide Nonium in *tendere* et Servium ad Æn. ii. 220. v. 21. Quin et Donatus in Terentii Eunuch. Act. iv. Sc. i. 12. hæc habet: *Proprie dixit* tendere, *quod ſignificat pertinacem contentionem.* Hoc ſi ſit, locus emendatione non caret. Loquendi tamen mos facit ut reponam *quid pertendit?* Huc in primis faciunt Varronis verba lib. iv. L. L. init. *A qua re ſit* pertinacia *cum quæritur, oſtenditur eſſe* a pertendendo: *in qua re ſit impoſitum, dicitur; cum demonſtratur in quo non debet* pertendi et pertenditur, Pertinaciam *eſſe.* Licet in Etymologia lapſus ſit Romanorum doctiſſimus, ut etiam Joſ. Scaliger adnotavit; luculenter tamen oſtendit quæ *pertendendi* vis ſit et poteſtas. *Davies.*

Digitized by Google

torquere ex animis cognitiones verborum, quibus inbuti ſumus. Quis enim eſt, qui non videat, hæc eſſe in natura rerum tria? unum cum in voluptate ſumus, alterum cum in dolore, tertium hoc in quo nunc quidem ſumus: [y] credo enim nos nec in dolore nec in voluptate eſſe; ut in voluptate ſit, qui epuletur; in dolore, qui torqueatur. Tu autem inter hæc tantam multitudinem hominum interjectam non vides nec lætantium nec dolentium? Non prorſus, inquit; omneſque, qui ſine dolore ſint, [z] in voluptate, et ea quidem ſumma, eſſe dico. Dicis ergo in eadem voluptate eum, qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens, et eum, qui illud ſitiens bibat?

VI. Tum ille, Finem, inquit, interrogandi, ſi videtur: [a] quod quidem ego a principio ita me malle dixeram, hoc ipſum providens, Dialecticas captiones. Rhetorice igitur, inquam, nos mavis quam dialectice diſputare? Quaſi vero, inquit, perpetua oratio, rhetorum ſolum, non etiam philoſophorum ſit. Zenonis eſt, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut jam ante Ariſtoteles, in duas tributam eſſe partes: Rhetoricam, palmæ; Dialecticam, [b] pugni

[y] *Credo* idem vos *nec in dolore nec in voluptate*; *ut* &c.] Sic peſſime Gruterus ex Pall. ſuis. Victorius edidit *credo quidem vos nec in dolore nec in voluptate eſſe, quum* &c. Sic etiam Med. et Balliol. niſi quod, omiſſo *eſſe*, dent *in voluptate, ut* &c. Lambinus repreſentavit *credo* equidem nos *nec in dolore nec in voluptate eſſe, cum* &c. Et *nos* habet C. C. C. Lego *credo* enim nos *nec in dolore nec in voluptate* eſſe, *ut* &c. nam *quidem* ſine odio repeti non poteſt; ideoque Lambinus eam vocula priore loco poſitam delevit. Nos noſtram conjecturam, quæ a Codicibus minimum diſcedit, recepimus. *Davies.*

[z] *In voluptate et ea quidem ſumma eſſe* dico. *Ergo in eadem*] Elienſ. pr. *in voluptate et ea quidem ſumma eſſe.* Dicis *ergo in eadem.* Omnino legendum *in voluptate et ea quidem ſumma eſſe* dico. Dicis *ergo* &c. nec aliter edidimus. *Idem.*

[a] *Quod quidem ego a principio* ita *me malle dixeram*] Illud *ita* παρέλκει quod merito prætermittit C. C. C. *Idem.*

[b] Pugno *ſimilem*] Pariſ. pr. ſec. Med. et Elienſ. *pugnis ſimilem.* Lege *pugni ſimilem.* Sextus Empiricus advſ. Mathem. lib. ii. §. 7. Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἐρωτηθεὶς ὅτῳ διαφέρει Διαλεκτικὴ

Digitized by Google

ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem conpreſſius. Obſequar igitur voluntati tuæ, dicamque, ſi potero, rhetorice, ſed hac Rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi; quam neceſſe eſt, cum populariter loquatur, eſſe interdum paullo hebetiorem. Sed dum Dialecticam, Torquate, contemnit Epicurus, quæ una continet omnem et perſpiciendi, quid in quaque re ſit, ſcientiam, et judicandi, quale quidque ſit, et ratione ac via diſputandi, ruit in dicendo, ut mihi quidem videtur, nec ea, quæ docere volt, ulla arte diſtinguit: ut hæc ipſa, quæ modo loquebamur. Summum a vobis bonum voluptas dicitur: aperiundum eſt igitur, quid ſit voluptas; aliter enim explicari, quod quæritur, non poteſt: quam ſi explicaviſſet, non tam hæſitaret: aut enim eam voluptatem tueretur, quam Ariſtippus, id eſt, qua ſenſus dulciter ac jucunde movetur, quam etiam pecudes, ſi loqui poſſent, adpellarent voluptatem; aut, ſi magis placeret ſuo more loqui, quam ut

Omnes Danai, [c] *atque Mycenenſes,*
Attica pubes——

reliquique Græci qui hoc anapæſto citantur, hoc non dolere ſolum voluptatis nomine adpellaret, illud Ariſtippeum contemneret; aut, [d] ſi utrumque probaret, ut probat, conjungeret doloris vacuitatem cum

Ῥητορικῆς, συςρέψας τὴν χεῖρα καὶ πάλιν ἐξαπλώσας, ἔφη Τούτῳ· κατὰ μὲν τὴν συςροφὴν τὸ ςρογγύλον καὶ βραχὺ τῆς Διαλεκτικῆς τάττων ἰδίωμα· διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως καὶ ἐκτάσεως τῶν δακτύλων τὸ πλατὺ τῆς Ῥητορικῆς δυνάμεως αἰνιττόμενος. Ad hunc locum conſulatur J. A. Fabricius, qui ſummam humanitatem cum pari doctrina feliciſſime conjunxit. *Idem.*

[c] Atque *Mycenenſes*] Vulgo *aut Mycenenſes*; quod verſum jugulat, ut obſervavit Hadr. Turnebus Adverſ. ii. 17. noſtramque lectionem repoſuit. Eam diſerte firmant Scaligeri vetus et Elienſ. ac ita Lambinus edidit. *Davies.*

[d] *Si utrumque probaret,* ut *probat,* conjungeret] Vulgo *ſi utrumque probaret,* aut *probat,* conjungere; ex quo commodus ſenſus extundi nequeat. Nos igitur editionem Lambinianam ſequimur, cum qua faciunt Med. et Pariſ. ſecundus. Quin et Aldus nepos ſic exhibebat. *Idem.*

Digitized by Google

voluptate, et duobus ultimis uteretur. Multi enim et magni philoſophi hæc ultima bonorum juncta fecerunt, ut Ariſtoteles, qui virtutis uſum cum vitæ perfectæ proſperitate conjunxit. Callipho adjunxit ad honeſtatem voluptatem: [e] Diodorus ad eandem honeſtatem addidit vacuitatem doloris. Idem feciſſet Epicurus, ſi ſententiam hanc, quæ nunc Hieronymi eſt, conjunxiſſet cum Ariſtippi vetere ſententia. Illi enim inter ſe diſſentiunt: propterea ſingulis finibus utuntur: et, cum uterque Græce egregie loquatur, nec Ariſtippus, qui voluptatem ſummum bonum dicit, in voluptate ponit non dolere; neque Hieronymus, qui ſummum bonum ſtatuit non dolere, voluptatis nomine umquam utitur pro illa indolentia: quippe qui ne in expetendis quidem rebus numeret voluptatem.

VII. Duæ ſunt enim res quoque, ne tu verba ſolum putes: unum eſt ſine dolore eſſe, alterum cum voluptate. Vos ex his tam diſſimilibus rebus non modo nomen unum (nam id facilius paterer) ſed etiam rem unam ex duabus facere conamini; [f] quod fieri nullo modo poteſt. Hic, qui utramque probat, ambobus debuit uti, [g] ſicut facit re, neque tamen dividit verbis: cum enim eam ipſam voluptatem, quam eodem nomine omnes adpellamus, laudat locis pluri-

[e] *Diodorus ad eandem honeſtatem* addidit *vacuitatem doloris*] Verbum *addidit* abundat, additum ab eo qui locum explicatione illuſtrare voluerit. Ursin. *Ibid.* Eadem Guyeti mens eſt: at omnes libri renituntur. *Davies.*

[f] *Quod* fieri *nullo modo poteſt*] Lege *quod* ferri *nullo modo poteſt.* Nihil certius videtur. Illud *facilius paterer*; hoc *ferri* non poteſt. *Idem.*

[g] *Sicut facit re, neque tamen dividit verbis*] Sic reſtitui, abſit verbo invidia, valde ὑγιόχως, et ſine ulla vi: nam ex *remque*, feci *re neque*, molli brachio. Hanc emendationem tamen, nequid diſſimulem, video cuidam viro docto in mentem veniſſe. Lambinus. *Ibid.* Sic prior emendarat P. Manucius ex antiquo libro, cum quo facit Pal. pr. *Davies.*

Ib. *Neque tamen*] Antea *remque tamen.* Correxi ex antiquo libro, ſententia etiam poſtulante: nam Epicurus cum voluptate finem bonorum complectitur indolentiam, neque tamen eo verbo utitur. *P. Manucius.*

Digitized by Google

mis, audet dicere, [h] ne ſuſpicari quidem ſe ullum bonum ſejunctum ab illo Ariſtippeo genere voluptatis: atque ibi hoc dicit, ubi omnis ejus eſt oratio de ſummo bono. In alio vero libro, in quo breviter conprehenſis graviſſimis ſententiis, quaſi oracula edidiſſe ſapientiæ dicitur, ſcribit his verbis: quæ nota tibi profecto, Torquate, ſunt; quis enim veſtrum non edidicit [i] Epicuri κυρίας δόξας? [id eſt, quaſi maxume ratas, quia graviſſimæ ſint ad beate vivendum breviter enuntiatæ ſententiæ.] Animadverte igitur, rectene hanc ſententiam interpreter. [k] *Si ea, quæ ſunt*

[h] *Ne ſuſpicari quidem ſe ullum bonum ſejunctum ab illo Ariſtippeo* genere voluptatis] Vocem *voluptatis* neſcit Balliol. Igitur, ea ſimul ac præcedente deleta, legatur *ne ſuſpicari quidem ſe ullum bonum ſejunctum ab illo Ariſtippeo:* illam enim caudam, prout arbitror, indoctus quidam Scholiaſtes annexuit. Supra cap. vi. *Hoc non dolere ſolum voluptatis nomine appellaret,* illud Ariſtippeum *contemneret.* Vide cap. 3. *Davies.*

[i] *Epicuri κυρίας δόξας id eſt maxime ratas*] Alienum eſſe et omnino delendum illud puto *id eſt maxime ratas*; eſt enim adſcripta ad *κυρίας δόξας* interpretatio; nec tamen intelligenter: non enim *κυρίας δόξας* Latine eſt *maxime ratas,* ſed *firmas ſententias,* de quibus lib. i. N. D. [cap. 30.] *In illis,* inquit, *ſelectis ejus brevibuſque ſententiis, quas appellatis κυρίας δόξας.* P. Manucius.

Ib. *Id eſt quaſi maxime ratas*] Has voces alienas eſſe ſuſpicatur Lambinus. Ego vero (quæ Gruteri quoque et Guyeti mens eſt) nullus dubito quin hoc totum, *id eſt quaſi maxime ratas: quia graviſſimæ ſunt ad beate vivendum breviter enuntiatæ ſententiæ,* ab homine ſtolido barbaroque ſit profectum. Nam præterquam quod Tullius jam ſcripſerat *in quo* (libro) *breviter comprehenſis graviſſimis ſententiis quaſi oracula edidiſſe ſapientiæ dicitur,* adeoque nihil aliud ſit quam futilis et inepta ταυτολογία; vix eſt ut ab ejus manu fuerit inelegans illud *ad beate vivendum breviter enuntiatæ.* Davies.

[k] *Si ea quæ* ſunt *luxurioſis*] Vulgo deeſt *ſunt,* quod ex Elienſ. utroque, C. C. C. Med. aliiſque MSStis ut et editis veteribus adjeci. Græca ſe ſic habent apud Diogenem Laertium x. 142. Εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν εἶναι τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τάς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν διδάσκειν· οὐκ ἂν ποτε εἴχομεν ὅ, τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς πανταχόθεν εἰσπληρεμένοις τῶν ἡδονῶν, κ᾽ εὐδαμόθεν ἔτε τὸ ἀλγεῖν ἔτε τὸ λυπέμενον ἔχεσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κακόν. In editione Wetſteniana locum corrupit M. Meibomius, ut erraſſe Ciceronem lon-

Digitized by Google

luxurioſis efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum et mortis et doloris metu, docerentque qui eſſent fines cupiditatum ; [l] *nihil haberemus quod reprehenderemus : cum undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens aut ægrum,* [m] *id eſt autem malum.* Hoc loco tenere ſe Triarius non potuit. [n] Obſecro te, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus? quod mihi quidem viſus eſt, cum ſciret, velle tamen confitentem audire Torquatum. At ille non pertimuit, ſaneque fidenter, Iſtis quidem ipſis verbis, inquit : ſed quid ſentiat, non videtis. Si alia ſentit, inquam, alia loquitur; numquam intellegam, quid ſentiat : ſed plane dicit, quod intellegam : idque ſi ita dicit, non eſſe reprehendendos luxurioſos, ſi ſapientes ſint, dicit abſurde ; [o] ſimiliter et ſi dicat,

ga verborum ambage fruſtra contenderet. *Idem.*

[l] *Nihil haberemus quod reprehenderemus*] Vulgo *nihil hæreremus*. At Pall. tres et Balliol. *nihil haberemus* ; exciderunt autem propter ὁμοιοτέλευτον voces *quod reprehenderemus*, ut aperte docent Græca, Οὐκ ἄν ποτε ΕΙΧΟΜΕΝ Ο, ΤΙ ΜΕΜΨΑΙΜΕΘΑ αὐτοῖς. Hoc etiam vir doctus ad editionis Stephanicæ marginem notavit, ac Fr. Guyetus et M. Meibomius animadverterunt. Lambinus, Aldus nepos, aliique plures edidere *nihil haberem quod reprehenderem*. Sed Epicurus hæc *pluraliter* extulit, eodemque numero Tullium uſum fuiſſe docet illud *haberemus*, quod eſt in MSStis. *Idem.*

[m] *Id eſt* autem *malum*] Sic Pal. pr. et Med. In aliis MSStis et veteribus editis legitur *id eſt aut malum* ; quod Grutero minus venuſtum jure videbatur. *Idem.*

[n] *Obſecro* te, *inquit*] Vulgo *te* neſciunt. Cum vero Lambini vetus Codex et Pariſ. unus id exhibeant, mihi reducendum videbatur. Ita certe Tullius aliique paſſim loquuntur. *Idem.*

[o] *Similiter et*] Aut *ſimiliter ut* legendum videtur, aut veteres *ſimiliter* ita cum *et* junxiſſe, ut cum *ac, atque, ut* putandum eſt, quod interdum ſuſpicor, ut pote cum ſæpe animadverterim *æque et* ſcriptum in antiquis libris, ubi eſt in recentioribus *æque ut*. P. Manuc.

[p] b. *Similiter* et *ſi dicat*] Pal. tert. et Elienſ. ſec. *ſimiliter* etiam *ſi dicat*. Inepte quidem. Turnebus Adverſ. xxviii. 34. emendat, *ſimiliter* ac *ſi dicat :* Lambinus autem et Gruterus malunt, *ſimiliter* ut *ſi dicat*. Ad ſenſum recte. Siquidem tamen MSSti non addicant ; a me non poſſum impetrare quin credam veteres *ſimiliter et* dixiſſe non minus quam *ſimiliter ac* aut *atque* ; quod Paulus quoque Manucius ſuſpicatus eſt. Sic infra

Digitized by Google

non reprehendendos parricidas, [p] ſi nec cupidi ſint, nec Deos metuant, nec mortem, nec dolorem. Et tamen quid adtinet luxurioſis [q] ullam exceptionem dare aut fingere aliquos, qui, cum luxurioſe viverent, a ſummo Philoſopho non reprehenderentur eo [r] nomine, duntaxat cetera caverent? Sed tamen nonne reprehenderes, Epicure, luxurioſos ob eam ipſam cauſſam, quod ita viverent ut perſequerentur cujuſquemodi voluptates; cum eſſet præſertim, ut ais tu, ſumma voluptas nihil dolere? Atqui reperiemus [s] aſotos primum ita non religioſos, [t] ut edant de patella:

lib. iv. cap. 12. omnes Codices habent, *ſimilem habeat vultum*, et *ſi ampullam perdidiſſet*: cum vulgo legatur *ac ſi ampullam perdidiſſet*. Dubio procul *æque et, ac*, vel *atque* dixerunt. Vide nos ad i. 20. Non tamen eſt diſſimulandum, Med. præ ſe ferre *ſimiliter etiam dicat*. Haud omnino male. *Idem.*

[p] *Si nec cupidi ſint, nec Deos metuant, nec mortem nec dolorem*] Totus hic locus præpoſtero verborum ordine ita perturbatus eſt, ut elicere ſententiam nullo modo liceat; et ne lectorem multis morer, verba recitabo, non ut leguntur in omnibus libris, ſed ut videtur ſententia poſtulare: "Si ita dicit, non eſſe reprehendendos luxurioſos, ſi nec cupidi ſint, nec Deos metuant nec mortem, nec dolorem; dicit abſurde; ſimiliter et ſi dicat non reprehendendos parricidas, ſi ſapientes ſint. Etenim quid attinet luxurioſis ullam exceptionem dare? aut fingere aliquos, qui, cum luxurioſe viverent, cetera caverent, a ſummo Philoſopho non reprehenderentur eo nomine duntaxat? Sed tamen nonne &c." Lego autem, nec dubitanter quin recte, *etenim quid attinet*, ubi eſt in omnibus libris *et tamen quid attinet*. P. Manucius.

[q] *Ullam exceptionem* dare *aut fingere aliquos*] Vulgo *dari*; quod ſi fuiſſet a Tullii manu, videtur additurus *fingi aliquos*. Nos igitur editiones Lambini et Aldi nepotis ſecuti ſumus. *Davies.*

[r] *Eo nomine*, duntaxat *cetera caverent*] Lambinus reponit, *eo nomine duntaxat*, dummodo *cetera caverent*. Sed contra Codices hoc in loco nihil equidem tentarim; cum *duntaxat* idem nonnunquam valeat ac *dummodo*. Vide Lupi Ferrarienſis Epiſt. lxii. pag. 105. *Idem.*

[s] *Aſotos*] Vide Ariſtot. Nicom. iv. 1. *Davies.*

[t] *Ut edant de patella*] In qua cibus Diis apponebatur. Varro apud Nonium in *patella*: *Quocirca oportet bonum civem legibus parere, et Deos colere, in* patellam *dare* μικρὸν κρέας. Vide veterem Scholiaſten ad Perſii iii. 26. *Idem.*

Digitized by Google

deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant [u] ex Hymnide,

Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitæ; ſeptimum Orco ſpondeo.

Jam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam [x] de narthecio proment, *Si gravis, brevis; ſi longus, levis:* unum neſcio, [y] quo modo poſſit, ſi luxurioſus ſit, finitas cupiditates habere.

VIII. Quid ergo adtinet dicere, *nihil haberem, quod reprehenderem, ſi finitas cupiditates haberent?* Hoc eſt dicere, *non reprehenderem aſotos, ſi non eſſent aſoti*; iſto modo, ne inprobos quidem, ſi eſſent boni viri. Hic homo ſeverus luxuriam per ſe ipſam reprehendendam non putat: et hercule, Torquate, ut verum loquamur, ſi voluptas ſummum bonum eſt, rectiſſime non putat: nolim enim mihi fingere aſotos, ut ſoletis, [z] qui in menſam vomant, et qui de conviviis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent; [a] qui ſolem, ut aiunt, nec occidentem umquam viderint nec orientem; qui, conſumptis patrimoniis, egeant: nemo noſtrum iſtius generis aſotos jucunde putat vi-

[u] *Ex Hymnide*] Cæcilii fabula, quam plus vice ſimplici laudat Nonius. Hunc verſum imitatus eſt Lucilius Satir. lib. xxvi.

Qui ſex menſes vitam ducunt, Orco ſpondent ſeptimum.

Exſtat apud eundem Nonium in *duci* et in *annos*. Davies.

[x] *De narthecio* proment] Vulgo *promant*. Sed recte Pal. primus, cui ſumus obſecuti. *Idem.*

[y] *Quo modo poſſit, ſi luxurioſus ſit*] Cum viro docto Thoma Bentleio legerim, *Quo modo poſſint, ſi luxurioſi ſint*. Hoc certe poſtulare videtur orationis ductus. *Davies.*

[z] *Qui in menſam vomant*] Lambinus reſcribendum conjicit *qui menſam convomant*. Sed, cunctis libris adverſantibus, nihil eſt mutandum; cum non incommoda ſit recepta lectio. *Idem.*

[a] *Qui ſolem, ut aiunt, nec occidentem*] Hoc de luxurioſis hominibus et abdomini vinoque natis dicitur. Athenæus lib. vi. pag. 273. C. Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης ἐνδείξασθαι βελόμενος, ὡς εὐδαιμόνως ἔζη——οὐκ ἔφη τὸν ἥλιον ἐτῶν εἴκοσιν ἔτ' ἀνατέλλοντα ἔτι δυόμενον ἑωρακέναι. Ac id quidem Sybaritis fuit ſolenne: hinc vulgo dictum ὅτι τὸν βελόμενον ἐν Συβάρει μὴ ϖρὸ μοίρας ἀποθανεῖν, ἔτε δυόμενον οὔτε ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ὁρᾶν δεῖ, quod docet idem lib. xii. pag. 520. A. Iterum de Colophoniis pag. 526. B. Οὕτω δ' ἐξελύθησαν διὰ τὴν ἄκαιρον μέθην, ὥστε τινὲς αὐτῶν

vere: [b] mundos, elegantes, optumis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis, vitantes cruditatem; [c] *quibus vinum defuſum e pleno ſit*;

ὅτι ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ὅτι δυόμενον ἐωράκασιν. Columella lib. i. Præf. pag. 7. *Noſmetipſos ducimus fortunatos, quod nec orientem ſolem videmus nec occidentem.* Inter Romanos id primus uſurpaſſe videtur M. Cato. Vide Senecam Epiſt. cxxii. *Idem.*

[b] *Mundos, elegantes —— venatione*] Trochaici Guyeto videntur e vetere Poëta deſumpti quos hoc modo diſponendos putat,

Mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus,
Piſcatu, aucupio, venatione—

Numeri vero ſunt prorſus abſoni, Tullio*que* tribuit Nonius in *piſcatio*. Davies.

[c] *Quibus vinum diffuſum e pleno ſit ænopboro, cui nihil dempſerit jus, et ſacculos abſtulerit*] Antiquus Maffei liber habet, *cui nihil dempſerit vis, et ſacculos abſtulerit.* Emendo, *cui nihil dempſerit nix et ſacculus abſtulerit.* Apud veteres qui lautius vivebant, vino delectabantur, quod ſacco nivario tranſmiſſum eſſet, non ſolum ut frigidius biberent, ſed etiam ut liquidius: itaque dixit Martialis libro xii. [Epigr. lxi.]

—*Ut liquidum potet Alauda merum,*
Turbida ſollicito tranſmittere Cæcuba ſacco.

Et in diſtichis [lib. xiv. Epigr. 103.]

Setinos moneo noſtra nive frange trientes,

id eſt, Setini vini vim frange nive, ut frigidius bibas. Servabatur enim nix in hunc uſum; de quo Plinius lib. xix. cap. iv. [§. xix. 2. ed. Harduin.] *Hi nives*, inquit, *illi glaciem potant:* deinde infert, *excogitatur ut alienis menſibus nix algeat*; qua ſcilicet vina refrigerentur. *P. Manucius.*

Ib. *Quibus vinum defuſum*] *Defuſum* ex veteribus libris repoſui pro *diffuſum:* cetera, quæ ſequuntur, Manucio debentur. Non celabo lectorem tamen, in noſtris libris omnibus pro *ænopboro* eſſe *byrſipbon*; quæ vox quid valeat, quærat lector ingenioſus. Omnino longe abeſt ab *ænopboro*. Lambin.

Ib. *Quibus vinum defuſum e pleno ſit; bir, ſipbon, ut ait Lucilius, cui nihil dempſit*] "Græci "τῷ σίφωνι ad guſtandum in "caupona vinum utebantur.— "Inde σιφωνίζειν eſt furtim vi- "num pitiſſare.—Vinum *cui "ſipbon aliquid demſerit,* ſi ita "diu *deintegratum* maneat, ut "loquebantur veteres, aceſcit. "Propterea Lucilius, ex cujus "verbis hæc ſcribit Cicero, pro- "ponit vinum integerrimum "et nulla parte periclitans a- "ceſcere; id quod ſiphone de- "pletum non eſt, neque vola "manus pitiſſatum. Nam *bir* "eſt vola manus, et qui vinum "furtim deplent ut guſtent, ſo- "lent id vola manus haurire. "Hæc ſane eſt vera ſententia "Lucilii, quæ elegantiſſima eſt; "quam Ciceronis præpoſteri "æmuli cur mutarent, cauſa "non erat. Si enim Ciceroni "putabant injuriam fieri, quod "priſco verbo *bir* uteretur; ſal- "tem hoc cogitare debebant,

Digitized by Google

hir, ſiphon, ut ait Lucilius, *cui nihil dempſit*; [d] *jus et ſacculus abſtulerit*; *adhibentes ludos*, et quæ ſequuntur illa, quibus detractis, clamat Epicurus ſe neſcire, quid ſit bonum. Adſint etiam formoſi pueri, qui miniſtrent: [e] reſpondeat his veſtis, [f] argentum, Co-

" ipſum Ciceronem verbis Lu-
" cilii, non ſuis, loqui. Quod
" ſequitur apud eundem Cicero-
" nem, *vis et ſacculos abſtulerit*
" (nam ita habebant antiquæ
" editiones) lego *vires ſacculus*
" *abſtulerit*. Firmiſſima vina o-
" lim ſacculis vinariis caſtrari
" ſolita notiſſimum eſt ex Plinio.
" Itaque delicatiſſimum vinum
" eſſe proponit Lucilius, tum
" quod de pleno defuſum ſit
" (nam quod de deminuto et
" σισιφωνισμένῳ hauſtum eſt, id
" aceſcit) tum quod *ſacco caſtra-*
" *tum contumaciam illam*, ut ita
" loquar poſt Plinium, *exuit*."
Verba ſunt viri maximi Joſ. Scaligeri in Append. Conject. ad Varronem de L. L. pag. 182. et illis, quibus *hir, ſiphon* illuſtrantur, excogitari poſſe meliora vix equidem puto. Fr. quidem Junius hæc ad numeros Lucilianos ſic putat redigenda

——— Sit quibu' vinum
Defuſum e pleno; hir, ſiphon
cui neque demſit,
Vim nec ſacculus abſtulerit, lu-
dos adhibentes.

Vide Fr. Douzam in Lucilii Fragm. pag. 116. Alii alio modo rem aggrediuntur; ſed omnes operam, niſi fallor, et oleum perdunt. *Davies.*

[d] *Jus et ſacculos abſtulerit*] Quid aliud facerem nihil erat hoc loco, quam ut pæne inemendabilia hæc, ut nunc quidem ſe habent ſtudiorum noſtrorum res, eſſe annotarem. *Camerarius.*

Ib. *Jus et ſacculus abſtulerit*] Ob. Giſanius Syll. Burmann. tom. ii. p. 308. reponit *cui nibildum nix et ſacculus abſtulerit.* Læv. autem Torrentius ad Horatii lib. i. Od. xi. 6. legit *cui nihil dempſerit* nix *et ſacculus abſtulerit.* Ei præivere P. Manucius et D. Lambinus. At *dempſit ἀφαιϊκῶς* idem valet ac *dempſerit* quod ex Gloſſemate Maffæi liber exhibebat, ut recte Guyetus. Balliol. Med. et C. C. C. *vis et ſarculos abſtulerit.* Repoſuerim *hir, ſiphon cui nihil dempſit,* VIS AUT *ſacculus abſtulerit. Vis* vires antiquo more ſignificat. Lucretius ii. 586.

Et quam quicque magis multas
vis *poſſidet in ſe*
Atque poteſtates.

Iterum iii. 266.

Sed quaſi multæ vis *unius*
corporis extant.

De ſacco vinario vide ſis Interpretes ad Petronii cap. lxxiii. pag. 363. *Davies.*

[e] *Reſplendeat his veſtis*] *Reſpondeat* eſt in MSto: et in Lucilianis verſibus *glumas* legendum pro *gumas*, et *illaque vere* pro *illudque vere.* Urſin.

[f] *Argentum, æs Corinthium, aut Deliacum, locus ipſe, ædificium* &c.] Sic emendat Muretus ex antiquis codicibus lib. Var. lect. vi. cap. xx. ſed Adr. Turnebus [Adverſ. xxviii. 34.] pro voce illa corrupta, quæ etiam in libris quibuſdam manuſcriptis reperitur, *odrilicium*, legendum cenſet *odor, inlicium*: ut

Digitized by Google

rinthium, locus ipſe, ædificium. Hos ego aſotos bene quidem vivere [g] aut beate numquam dixerim: ex quo efficitur, non ut voluptas ne ſit voluptas, ſed ut voluptas non ſit ſummum bonum: nec ille, qui Diogenem Stoicum aduleſcens, poſt autem Panætium audierat, Lælius, eo dictus eſt Sapiens, quod non intellegeret quid ſuaviſſimum eſſet (nec enim ſequitur, ut, cui cor ſapiat, [h] ei non ſapiat palatum) ſed quia parvi id duceret.

[i] *O lapathe, ut jactare neceſſe eſt, cognitu' cui ſis;*
In quo Lælius' clamores ſophos ille ſolebat
Edere, compellans [k] *gumias ex ordine noſtros.*

inlicium cohæreat cum voce *ædificium*, ſeu potius *locus ipſe*, hoc modo: *Veſtis, argentum, æs, odor, inlicium locus ipſe.* Vult enim eſſe verſum ex Lucilio. *Lambin.*

Ib. *Odrilicium, locus ipſe, ædificium*] Amiciſſimus meus, eximii vir tum ingenii, tum etiam judicii, ex varietate veterum librorum (alii enim pro *odrilicium* habent Corinthium, alii aliter) legendum opinatur *triclinium*; illa vero eſſe Gloſſemata *locus ipſe, ædificium.* Ego non utrumque, ſed alterum duntaxat Gloſſema puto, ut retineatur *locus ipſe*, deleatur *ædificium.* P. Manucius. *Ibid.* Si ſententiam poſt tot conjecturas dicere liceat, putarim locum ſic ſcriptum fuiſſe, *Reſpondeat bis veſtis, argentum, Corinthium, locus ipſe.* Nam *ædificium* margini videtur adlitum, quo vox *odrilicium* vel *ædilitium*, prout habent Scaligeri MS. et Elienſ. primus, emendaretur. Celeberrimum autem fuit *æs Corinthium*, de quo vide ſis Joan. Freinſhemium ad Flori lib. ii. cap. xvi. 6. Dicit igitur, ut opinor, Tullius, Æque lauta ſint, pulchra, nitida, cum veſtis, argentea et Corinthia vaſa, tum locus, ubi convivium ſit inſtruendum. *Davies.*

[g] Aut *beate*] Vulgo *at beate*, quod ſenſum turbat. Guyetus itaque reponit *ac beate.* Nos autem Pariſ. pr. ſec. Elienſ. utrumque, Med. C. C. C. Balliol. et editionem Victorianam, lectionis, quam reſtituimus, auctores habemus. *Idem.*

[h] *Ei non ſapiat* palatum] Sic recte Pariſ. pr. ſec. Vulgo *palatus*, quam vocem lingua Latina non agnoſcit. *Idem.*

[i] *O lapathe, ut* jactare *neceſſe eſt*] Vulgo *jactere*; contra quam volunt MSSti: nam Pall. Elienſ. pr. C. C. C. Med. et Balliol. *ut* jactare *ne ceſſatis*; Pariſ. pr. ſec. *ut* jactare *neceſſitatis.* Corrupte quidem; tamen ut ſatis oſtendant quo modo legenda ſit vox ſecunda. De lapatho ſic Varro apud Nonium in *lapathium: Hanc eandem voluptatem tacitulus taxim conſequi lapathio et ptiſana poſſum.* Vide ſis et Heſiodum Op. et Dier. vſ. 41. *Davies.*

[k] *Gumias ex ordine*] Sic legendum. Gumiæ autem, id eſt, comedones, lurcones. Apuleius A-

Digitized by Google

[l] Præclare Lælius et recte ſophos; illudque vere:

O Publi, O gurges, Galloni, es homo miſer, inquit: Cenaſti in vita numquam bene, cum omnia in iſta Conſumis ſquilla, atque [m] *acipenſere cum decumano.*

Is hæc loquitur, qui in voluptate nihil ponens, negat eum bene cenare, qui omnia ponat in voluptate: et tamen non negat libenter umquam cenaſſe Gallonium (mentiretur enim) ſed bene. Ita graviter et ſevere voluptatem ſecernit a bono. Ex quo illud efficitur, qui bene cenent, omnes libenter cenare; qui libenter, non continuo bene: ſemper Lælius bene. Quid bene? [n] Dicet Lucilius, *Cocto, condito:* ſed cedo caput cenæ:

pologia [pag. 498.] *Teſtimonium ex libello legi audiſti gumiæ cujuſdam et deſperati lurconis, Junii Craſſi, me in ejus domo nocturna ſacra cum Appio Quinctiano factitaſſe.* Paulo poſt lego, *O Publi, gurges, Galloni: es homo miſer* &c. LAMBIN. *Ibid.* Gumias recte dat Pal. pr. nam reliqui Gruteriani noſtrique *gumas* exhibent. De Gumiis vide Joſ. Scaligerum Conj. in Varronis lib. vi. L. L. pag 151. *Davies.*

[l] *Præclare Lælius et recte ſophos; illudque vere*] Vulgo *Lælius præclare et recte ſophos illudque vere*; verſumque putant Lucilii, qui ne pedibus claudis incederet, Urſinus reſcribit *illaque vere*, Lambinus autem *illeque vere*. Sed renituntur MSSti, quemque dedimus ordinem præſtant. Revera, quod Fr. Guyetus et Th. Bentleius cenſuere, verba ſunt Tullii, quibus Lælii dictum, quod expreſſerat Lucilius, comprobavit. *Idem.*

[m] *Acipenſere cum decumano*] Cum Lambino ſcripſerim *acipenſere cum* in *decumano*. De Gallonio vide Fr. Douzam in Lucilii Fragm. pag. 115. *Idem.*

[n] *Dicet Lucilius, cocto, condito: ſed cedo caput cenæ: ſermone bono. Quid ex eo et ſi quæris libenter?*] Libro xiii. Epiſtolarum ad Atticum Epiſt. 52. ita ſcriptum eſt, *Edit, et bibit ἀδιῶς et jucunde: opipare ſane et apparate: nec id ſolum, ſed bene cocto, condito, ſermone bono, et, ſi quæris, libenter.* Ut, quemadmodum quidem ego exiſtimo, Lucilii verſum recitet; quem etiam hunc in locum tranſtulit, ſed ut ipſe quædam interjiciat. Ego autem cum in illa ad Atticum epiſtola ſcriptum legerem, *cocto, condito*, non *horto condito*; item hic putavi eſſe legendum, *cocto, condito*, cum ante legeretur *horto condito:* neque ſum arbitratus fore qui noſtram conjecturam reprehenderet, cum ea ratione tam firma niteretur. Puto autem Lucilii verſus hujuſmodi fuiſſe: *Quid bene? cocto, Condito, ſermone bono, et ſi quæris, libenter:* ut illud, *Quid bene? cocto*, pedes ſint præcedentis verſus. Quod autem legitur, *Quid, ex eo ſi quæris, libenter?* puto ita eſſe interpungendum, *Quid ex eo? ſi quæris, libenter.* Nam qui cœnant cocto, condito, ſermone bono: ſequi-

Digitized by Google

ſermone bono: quid ex eo? *ſi quæri*, *libenter:* veniebat enim ad cenam, ut animo quieto ſatiaret deſideria naturæ. Recte ergo is negat, umquam bene cenaſſe Gallonium: [o] recte miſerum; cum præſertim in eo omne ſtudium conſumeret: quem libenter cenaſſe nemo negat. Cur igitur non bene? quia quod bene, id, recte, frugaliter, honeſte: ille porro male, prave, nequiter, turpiter cenabat. Non igitur nec [p] lapathi

tur, ut libenter quoque cœnent: cum autem interrogaret, *Quid ex eo?* (ſubaudi, *ſequitur*) reſpondet Lucilii verbis: *ſi quæris, libenter.* Illa vero, *Dicet Lucilius, ſed cedo caput cœnæ, Quid ex eo,* a Cicerone interjecta, effecerunt, ut Lucilii verſum nemo hactenus agnoverit. Quem ſi quis metiri velit, pronunciabit in penultimo pede *Quæri li,* abjecta *s* conſonante: ut paullo ante *cognitu' cui ſis:* et Catullus [Epigr. cxvii.]

Affixus nobis tu dabi' ſupplicium:

et ſæpe apud Lucretium. *P. Manucius.*

Ib. Dicet Lucilius] Sic Elienſ. uterque; nec aliter Victorius, Manucius, et Lambinus edidere. Vulgo *dicit.* Davies.

[o] *Recte miſerum*] Lambinus interpoſita voce, legit *recte* dicit *miſerum.* Non opus: nam ſimilis eſt orationis ductus infra cap. xxi. *Pugnant Stoici cum Peripateticis. Alteri* negant *quicquam eſſe bonum niſi quod honeſtum ſit: alteri plurimum ſe, et longe longeque plurimum tribuere honeſtati, ſed tamen et in corpore et extra eſſe quædam bona.* Rurſus cap. xxvii. *Qui ſibi is conveniet, ſi* negabit *voluptatem creſcere longinquitate? Igitur* ne *dolorem* quidem. Et ad Atticum vii. 15. *Plerique* negant *Cæſarem in conditione manſurum; poſtulataque hæc ab eo interpoſita eſſe, quo minus quod opus eſſet ad bellum, a nobis pararetur.* Iterum de Legg. ii. 27. VETAT *ex agro culto eove qui coli poſſit ullam partem ſumi ſepulcbro: ſed quæ natura agri tantummodo efficere poſſit ut mortuorum corpora ſine detrimento vivorum recipiat, ea potiſſimum ut compleatur.* Huic loco ſimillimus eſt ille Phædri lib. iv. Fab. xvii. 31. ſi mendo caret,

Non veto *dimitti, verum cruciari fame.*

Utut de eo ſtatuatur, ita certe paſſim ſcriptores. Vide P. Manucium ad Fam. iv. 5. xii. 30. et J. Fr. Gronovium Obſerv. iv. 2. *Idem.*

[p] Nec *lapathi ſuavitatem*] Ne lapathi quidem ſuavitatem (quem quanti faceret indicat Lucilianus verſus,

O lapathe ut jactare neceſſe eſt, cognitu' cui ſis)

Lælius anteponebat acipenſeri Gallonii. Sententia quidem hæc videtur; abundare tamen *nec* ſuſpicari aliquis poſſit. Itaque conſulendi veteres libri. *P. Manucius.*

Ib. *Non igitur* nec *lapathi ſuavitatem*] Lambinus reponit, *non igitur* lapathum *nec lapathi ſua-*

Digitized by Google

ſuavitatem acipenſeri Gallonii Lælius anteponebat, ſed ſuavitatem ipſam neglegebat: quod non faceret, ſi in voluptate ſummum bonum poneret.

IX. [q] Semovenda eſt igitur voluptas, non ſolum ut recta ſequamini, ſed etiam ut loqui deceat frugaliter. [r] Poſſumuſne igitur in vita ſummum bonum dicere, cum id ne in cena quidem poſſe videamur? Quo modo autem philoſophus loquitur tria genera cupiditatum? *Naturales, et neceſſarias: naturales,*

vitatem. Verius tamen eſt ut legamus, *non igitur lapathi ſuavitatem*, neglecta conjunctione *nec*, quam neſcit MS. Balliol. *Davies.*

[q] *Semovenda eſt igitur voluptas non ſolum ut recta ſequamini, ſed etiam ut loqui deceat frugaliter*] Sic omnes noſtri; nec locus, ut opinor, ulla caret emendatione. Neſcit autem P. Manucius quid ſibi velit *loqui frugaliter:* cum hic frugalis cœna potius quam ſermo laudetur. At noſter Epicureos alloquitur, ut *ſequamur*, quod *Urſinus* ex ſuo libro commendat, locum non habeat. Dein ut in ſcena, ſic in vita ſermo debet cum moribus convenire; nec hominem voluptarium ſobrie loqui decet. Noſter infra cap. xxviii. *Qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piſo, non audio: nec enim eum, quod ſentiat, dicere exiſtimo.* Revera

———Triſtia mœſtum
Voltum verba decent; iratum,
plena minarum;
Ludentem, laſciva; ſeverum ſeria dictu.

Verba ſunt Horatii Art. Poët. vſ. 105. Popino certe perſonam ſuam non ſuſtinet qui ſic loquitur *ut M' Curium putes loqui:* et Juvenalis Sat. ii. 3. eos non immerito deteſtatur,

Qui Curios ſimulant et Bacchanalia vivunt.

Hæc tamen omnia Guyetus ſpuria cenſebat et additicia. Fruſtra; quemadmodum ſolet. Et hominem quidem tenuiſſe videntur intemperiæ; ut ejus poſthac rationem non ſim habiturus, niſi forſan aliquid dignum, quod lectoribus expendendum proponatur, ſuo marte proferat. *Idem.*

Ib. *Non ſolum ut recta* ſequamini] Melius *ſequamur*, ut habet antiquus liber. *Urſin.*

Ib. *Ut loqui deceat frugaliter*] Neque vacare mendo locum hunc exiſtimo; (quid enim ſibi vult *loqui frugaliter?* cum hic frugalis cœna potius quam ſermo laudetur) neque mihi tamen, cupienti emendare, probabile quidquam ſuccurrit. In quo quia meliore forſitan eventu aliorum exercebitur induſtria, notandum putavi. *P. Manucius.*

[r] *Poſſumuſne igitur in vita ſummum bonum dicere, cum* id *ne in cena quidem poſſe* videamur] Elienſ. pr. *videamus.* Forſan reponendum, *poſſumuſne igitur in vita ſummum bonum dicere, quod ne in cena quidem poſſe* videamus? *Igitur* neſcit Pariſ.

Digitized by Google

non neceſſarias: nec naturales nec neceſſarias. [s] Primum diviſit ineleganter: duo enim genera quæ erant, fecit tria. [t] Hoc eſt non dividere, ſed frangere [rem.] Qui ſi diceret, cupiditatum eſſe duo genera, naturales et inanes; naturalium quoque item duo, neceſſarias et non neceſſarias; confecta res eſſet: [u] qui hæc didicerunt quæ ille contemnit, ſic ſolent: vitioſum eſt enim in dividendo partem in genere numerare. Sed hoc ſane concedamus: contemnit enim differendi elegantiam: confuſe loquitur: gerendus eſt mos, modo recte ſentiat. Et quidem [x] illud non nimium probo ([y] et tantum patior) philoſophum loqui de cupiditati-

unus: ſed ea vox orationi connectendæ non eſt inutilis. *Dav.*

[s] *Primum diviſit ineleganter*] Sic quidem habent libri noſtri: ſed quidam legi volunt, pro *ineleganter, vitioſe*; nonnulli, *negligenter*. Ego nihil muto. *Lambinus.*

[t] *Hoc eſt non dividere ſed frangere* rem] *Rem* neſciunt Pal. pr. et Elienſ. ſec. nec dubito quin delenda ſit ea vox, quæ ex repetitis ultimis prioris verbi litteris videtur nata. De re ipſa vide lib. i. cap. 13. et Chryſoſtomum Hom. lxxiv. in Joannem tom. ii. pag. 864. ed. Savil. *Davies.*

[u] *Qui hæc didicerunt quæ ille contemnit ſic ſolent*] Hanc clauſulam Gruterus ex Pal. tertio Ciceroni reddidit eamque Med. repræſentat. Eædem voces in Pal. primo legebantur; non tamen hoc in loco: nam poſt verbum *frangere* ponebantur. Ad editionem quidem Rob. Stephani 1538. ex illo vel alio Codice notatum video *frangere. Qui hæc didicerunt quæ ille contemnit ſic ſolent: Duo genera cupiditatum, naturales et inanes: naturalium duo, neceſſariæ et non neceſſariæ, confecta res eſſet*; ut illa *qui ſi diceret* prorſus omittantur, quæ tamen orationi ſunt neceſſaria. Forte Tullius hoc modo ſcripſit: *Hoc non eſt dividere ſed frangere.* Qui ſi diceret (*qui hæc didicerunt quæ ille contemnit, ſic ſolent*) *cupiditatum eſſe duo genera——confecta res eſſet: vitioſum eſt enim* &c. Poſſis etiam, *Qui ſi diceret cupiditatum eſſe duo genera——neceſſarias et non neceſſarias* (*qui hæc didicerunt quæ ille contemnit ſic ſolent*) *confecta res eſſet.* Nam ſedem, quam Gruterus iis aſſignavit, tenere nequeunt. Quod ſi deleantur, ſententia nihil capit detrimenti. Ea ſane non repræſentant MSSti Victoriani, Lambiniani, Pall. quatuor, Pariſ. tres, Elienſ. pr. C. C. C. aut Balliol. et fieri poteſt, ut ex adnotatione marginali ducant originem. *Idem.*

[x] *Illud non nimium probo*] Vulgo *illud* ipſum *non nimium probo*. Vocem, quam neglexi, prætermittunt Elienſ. C. C. C. Med. et Balliol. *Idem.*

[y] *Et* tantum *patior*] Sic e

Digitized by Google

bus finiendis. An poteſt cupiditas finiri? Tollenda eſt atque extrahenda radicitus. Quis eſt enim, in quo cupiditas ſit, quin recte cupidus dici poſſit? Ergo et avarus erit, ſed finite: [z] et adulter, verum habebit modum: et luxurioſus eodem modo. Qualis iſta philoſophia eſt, quæ non [a] interitum adferat pravitati, ſed ſit contenta mediocritate vitiorum? Quamquam in hac diviſione rem ipſam prorſus probo; elegantiam deſidero. Adpellet hæc deſideria naturæ: cupiditatis nomen ſervet alio, ut, cum de avaritia, cum de intemperantia, cum de maximis vitiis loquetur, [b] ea tamquam capitis adcuſet. Sed hæc quidem liberius ab eo dicuntur et ſæpius; quod equidem non reprehendo: eſt enim tanti philoſophi tamque nobilis, audacter ſua decreta defendere. Sed tamen ex eo quod eam voluptatem, quam omnes gentes hoc nomine adpellant, videtur amplexari ſæpe vehementius; in magnis interdum verſatur anguſtiis, ut, hominum conſcientia remota, nihil tam turpe ſit, quod voluptatis cauſſa non videatur eſſe facturus: deinde, ubi erubuit (vis enim eſt permagna naturæ) confugit illuc, ut neget accedere quidquam poſſe ad voluptatem nihil dolentis. At iſte non dolendi ſtatus non vocatur voluptas. Non laboro, inquit, de nomine. Quid, quod res alia tota eſt? Reperiam multos, vel innumerabiles potius, non tam curioſos, nec tam moleſtos, quam vos eſtis; quibus, quicquid velim, fa-

Pal. primo repoſuit Gruterus. Prius editi dabant *et* tamen *patior*; minus, ut cenſet, vivide. Nihil equidem niſi languidum vel in hac vel in illa ratione video. Quapropter ab interpolatrice manu voces eas veniſſe ſuſpicor. *Davies.*

[z] *Et* adulter] Sic C. C. C. Med. et Elienſ. uterque, nec aliter Victorius, Lambinus et Aldus nepos exhibent. Vulgo deeſt conjunctio copulans. *Idem.*

[a] *Interitum afferat* pravitati] Vulgo *pravitatis*. Sed nos editionem Victorianam ſequimur, cui ſuffragatur linguæ Latinæ ratio. *Idem.*

[b] Ea *tanquam capitis accuſet*] Vulgo *eam*; parum recte: vult enim noſter ut *cupiditatis* nomen maximis vitiis infamandis adhibeatur. Lectionem quam dedimus, in veteri Codice Lambinus invenit; Gruterus in Pal. ſecundo; nos in Pariſinis pr. ſec. *Idem.*

Digitized by Google

cile perſuadeam. Quid ergo dubitamus, quin, ſi non dolere voluptas ſit ſumma, non eſſe in voluptate dolor ſit maxumus? cur id non ita ſit? Quia dolori non voluptas contraria eſt, ſed doloris privatio.

X. [c] Hoc vero non videre, maxumo argumento, eſſe voluptatem illam; qua ſublata, neget ſe intellegere omnino, quid ſit bonum: eam autem ita perſequitur, quæ palato percipiatur, quæ auribus: cetera addit, quæ ſi adpelles, honos præfandus ſit. Hoc igitur, quod ſolum bonum ſeverus et gravis philoſophus novit, idem non videt ne expetendum quidem eſſe; quod eam voluptatem hoc eodem auctore non deſideremus, cum dolore careamus. [d] Quam hæc ſunt contraria! [e] Hic ſi definire vel dividere didiciſſet, ſi loquendi vim, ſi denique conſuetudinem verborum teneret, numquam in tantas ſalebras incidiſſet. Nunc vides, quid faciat. [f] Quam nemo umquam voluptа-

[c] *Hoc* vero *non* videre, *maximo argumento, eſſe voluptatem illam*] Locus eſt corruptus. Forſan haud male reſcripſeris, *Hoc viro* (ſcilicet Epicuro) *non videri, maximo argumento* eſt, *eſſe voluptatem illam, qua ſublata* &c. Nam ſi dolori ſola privatio doloris contraria videretur; non eſſe poſſet voluptas, qua ſublata, bonum tolleretur. De voluptate quam dicit vide ſupra cap. 3. Emendatio Lambini nullam reddit Ciceronis argumentationem. *Davies.*

Ib. *Maximo eſt argumento, nullam eſſe voluptatem illam qua &c.*] Sic reſtitui, conjectura ductus, et tamen antiquæ ſcripturæ veſtigia perſecutus. *Nullam* interpretor inanem. Quod ſi quis malit legi *inanem*, non pugnabo. *Lambinus.*

[d] Quam *hæc ſunt contraria*] Sic Pal. pr. et Elienſ. ſec. ac ſic legendum recte ſtatuit Petr. Faber ad Acad. i. 2. Vulgo *quamquam*. Hæ voces paſſim ſunt a librariis confuſæ. Sic in hoc ipſo capite Victorius edidit *quamquam multa vitioſa*; cum res ipſa poſtulet melioreſque libri dent, *quam multa vitioſa*. Pariter infra lib. iii. cap. xi. merito dant, *Ut eandem illam rem*, quam *adipiſci ſcelere quovis velit, non multis partibus malit ad ſeſe—— ſine facinore quam illo modo pervenire*. Gruteri tamen judicio magis ſatisfacit *quamquam adipiſci ſcelere quovis velit*, quod eſt in Pall. pr. ſec. quart. quodque repræſentant Pariſ. pr. tert. Illi ſane perperam. Nec tamen minus hinc probatur id quod contendimus. *Davies.*

[e] *Hic ſi definire—incidiſſet*] Hæc laudat Nonius in *ſalebræ*, non ſine paucis, ſed nullius momenti, variationibus. *Idem.*

[f] *Quam nemo unquam voluptatem* appellavit] Vulgo *appel-*

Digitized by Google

tem adpellavit et hanc in motu voluptatem, quæ duo ſunt, unum facit: ſic enim has ſuaves, et quaſi dulces voluptates adpellat. Interdum ita extenuat, ut M'. Curium putes loqui: interdum ita laudat, ut, quid præterea ſit bonum, neget ſe poſſe ne ſuſpicari quidem. Quæ jam oratio non a philoſopho aliquo, ſed a Cenſore opprimenda eſt: non eſt enim vitium in oratione ſolum, ſed etiam in moribus. Luxuriam non reprehendit, modo ſit vacua infinita cupiditate et timore. Hoc loco diſcipulos [g] quærere videtur, ut, qui aſoti eſſe velint, philoſophi ante fiant. A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo ſummi boni. Simul atque natum animal eſt, gaudet voluptate et eam adpetit, ut bonum; adſpernatur dolorem, ut malum: de malis autem et bonis ab iis animalibus, quæ nondum depravata ſint, ait optume judicari. Hæc et tu ita poſuiſti, et verba veſtra ſunt. Quam multa vitioſa? Summum enim bonum et malum vagiens puer utra voluptate dijudicabit, [h] ſtante an movente? quoniam, ſi Diis placet, ab Epicuro loqui diſcimus. Si ſtante, hoc natura videlicet volt, ſalvam eſſe ſe, quod concedimus: ſi movente, quod tamen dicitis, nulla turpis voluptas erit, quæ prætermittenda ſit: et ſimul non proficiſcitur animal illud modo natum a ſumma voluptate; quæ eſt a te poſita in non dolendo. Nec tamen argumentum hoc Epicurus a parvis petivit, aut etiam a beſtiis, quæ putat eſſe ſpecula naturæ; ut diceret, ab his, duce natura, hanc voluptatem expeti nihil dolendi: neque

lat. Nos autem Pal. primum ſequimur; et olim ſane varia fuit lectio, prout ex Morelii Codice patet, qui, teſte Guyeto, dabat *appellavit, appellat*, nec aliter Med. Gruterus utramque putat admittendam; ſed ad orationis filum nullus attendit, quod ejus ſententiam prorſus evertit. *Davies.*

[g] *Quærere videtur*, ut, qui *aſoti eſſe velint, philoſophi ante fiant*] Lambinus conjicit, *quærere videtur*, qui cum *aſoti eſſe velint* &c. Adverſantur autem cuncti MSSti, nec opus eſt mutatione. *Idem.*

[h] *Stante an movente*] Epicuro voluptas eſt ἡ καταστηματικὴ vel ἡ ἐν κινήσει. Vide Laertium x. 136. *Idem.*

Digitized by Google

enim hæc movere poteſt adpetitum animi; [i] nec ullum habet ictum, quo pellat animum, ſtatus hic non dolendi; itaque in hoc eodem peccat Hieronymus: [k] at ille pellit, qui permulcet ſenſum voluptate. Itaque Epicurus ſemper hoc utitur, ut probet voluptatem natura expeti; quod ea voluptas, quæ in motu ſit et parvos ad ſe adliciat et beſtias; non illa ſtabilis, in qua tantum ineſt nihil dolere. [l] Qui igitur convenit, ab alia voluptate dicere naturam proficiſci, in alia ſummum bonum ponere?

XI. Beſtiarum vero nullum judicium puto: quamvis enim depravatæ non ſint, pravæ tamen eſſe poſſunt. [m] Ut bacillum aliud eſt inflexum et incurvatum de induſtria, aliud ita natum: ſic ferarum natura, non eſt illa quidem depravata mala diſciplina, [n] ſed natura ſua. Nec vero, ut voluptatem expetat, natura movet infantem; ſed tantum ut ſe ipſe diligat, ut integrum ſe ſalvumque velit. Omne enim animal,

[i] *Nec* ullum *habet ictum*] Vulgo *illum*. Male: nam indolentia nullam prorſus habet vim qua moveat animum; ſed in quiete manet, puraque puta eſt privatio. C. C. C. *nullum*. Lege *ullum*, ſicut dant Pariſ. pr. ſec. Elienſ. uterque, Med. et Balliol. nec aliter Victorius ac Lambinus ediderunt. *Idem*.

[k] *At illa pellit, quæ permulcet ſenſum, voluptas*] Sic reſtitui non dubia conjectura ductus. Illa, inquit, voluptas, quæ eſt in ſtatu, non pellit animum; at illa pellit, quæ eſt in motu. *Lambinus*.

Ib. *At* ille *pellit*, qui *permulcet ſenſum* voluptate] Grutero diſplicet Lambini conjectura, quod eam librorum non fulcit auctoritas; et reapſe minus eſt neceſſaria. Ipſe tamen Gruterus ut et J. M. Brutus falluntur, cum *pronomen* ad *ictum* referunt; nam *ſtatus* intelligitur. *Davies*.

[l] Qui *igitur convenit*] Vulgo *quid*; unde Gulielmius, probante Grutero, legit *qui id igitur convenit*. Sed recte Lambinus; cujus conjecturam diſerte firmat Pariſ. ſec. *Idem*.

[m] *Ut bacillum——ita natum*] Hæc laudat Nonius in *bacillum*; ita tamen ut voces *de induſtria* neſciat: ſed negligentia librariorum videntur excidiſſe; illas enim poſtulat oratio. *Idem*.

[n] *Sed natura ſua*] Feras itaque dicit *natura ſua depravatas*. At paullo ante docuerat quod ſit inter *depravata*, *pravaque* diſcrimen. *Quamvis enim*, inquit, depravatæ *non ſint*, pravæ *tamen eſſe poſſunt*. Lego, *Ferarum natura non eſt illa quidem depravata mala diſciplina, ſed* NATA PRAVA. *Idem*.

Digitized by Google

ſimul ut ortum eſt, et ſeipſum et omnes partes ſuas diligit: duaſque, quæ maxumæ ſunt, in primis amplectitur, animum et corpus; deinde utriuſque partes. Nam ſunt et in animo præcipua quædam et in corpore: quæ cum leviter agnovit, tunc diſcernere incipit, ut ea, quæ prima data ſunt natura, adpetat, adſperneturque contraria. In his primis naturalibus voluptas inſit necne, magna quæſtio eſt: nihil vero putare eſſe, præter voluptatem, non membra, non ſenſus, non ingenii motum, non integritatem corporis, non valitudinem, [o] ſummæ mihi videtur inſcitiæ. Atque ab iſto capite fluere neceſſe eſt omnem rationem bonorum et malorum. Polemoni, [p] et ante Ariſtoteli, ea prima viſa ſunt, quæ paullo ante dixi. [q] Ergo nata eſt ſententia veterum Academicorum et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent, ſecundum naturam vivere, id eſt, virtute adhibita, frui primis a natura datis. Callipho ad virtutem nihil adjunxit niſi voluptatem; Diodorus, niſi vacuitatem doloris. His omnibus, quos dixi, conſequentes ſunt fines bonorum. Ariſtippo ſimplex voluptas: Stoicis, conſentire naturæ; quod eſſe volunt [r] e virtute, id eſt, honeſtate vivere: quod ita interpretantur, vivere cum intellegentia earum rerum, quæ natura evenirent, [s] eligentem ea, quæ eſſent ſecundum naturam,

[o] *Summæ mihi videtur inſcitiæ*] Hoc eſt, ſummæ mihi videtur eſſe ſtultitiæ. Quod idcirco annotavi, quod audiam nonnullos hic legi velle *inſcientiæ:* in quo falluntur, cum præſertim omnes veteres codicos habeant *inſcitiæ*. Lambin.

[p] *Et ante Ariſtoteli*] Vulgo *etiam ante*. Nos MStum C. C. C. et editionem Victorianam ſequimur. De *primis* vero *naturalibus* vide quæ diximus ad Tuſc. v, 30. *Davies*.

[q] *Ergo nata eſt ſententia* &c.] Velim legi, *Hinc ergo nata eſt* &c. Quidam malunt ſic: *Ex quo nata eſt ſententia* &c. Lambinus.

[r] *E virtute, id eſt*, honeſtate *vivere*] Vulgo *honeſte*. Sed Pariſ. pr. ſec. lectionem, quam damus, repræſentant. Elienſ. *cum honeſtate*. Sed illud malo. Vide Laertium vii. 88. *Dav.*

[s] Eligentem *ea quæ eſſent ſecundum naturam*, rejicientemque *contraria*] Vulgo *eligente ea ——rejicienteque contraria*. Sed res ipſa ſcripturam quam reduximus flagitat, ac ſic lectum voluit H. Stephanus Schedi-

Digitized by Google

rejicientemque contraria. Ita tres ſunt fines expertes honeſtatis; unus Ariſtippi vel Epicuri, alter Hieronymi, Carneadis tertius: tres, in quibus honeſtas cum aliqua acceſſione, Polemonis, Calliphonis, Diodori: [t] una ſimplex, cujus Zeno auctor, poſita in decore tota, id eſt, honeſtate; nam Pyrrho, Ariſto, Herillus, jam diu abjecti. Reliqui ſibi conſtiterunt, ut extrema cum initiis convenirent: ut Ariſtippo voluptas, Hieronymo doloris vacuitas, Carneadi frui principiis naturalibus, eſſet extremum.

XII. Epicurus autem cum in prima commendatione voluptatem dixiſſet; ſi eam, quam Ariſtippus, idem tenere debuit ultimum bonorum quod ille; ſin eam, quam Hieronymus, feciſſet idem, [u] ut volup-

aſm. i. 10. Quin et Elienſ. pr. Moreliigue codex, teſte Guyeto, ſic habent. Hanc in rem inſignis eſt Stobæi locus Eclog. Ethic. pag. 171. Τὸ τέλος ὁ μὲν Ζήνων ὕτως ἀπέδωκε, τὸ ὁμολογουμένως ζῆν· τοῦτο δ' ἐστὶ καθ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν, ὡς τῶν μαχομένων ζώων (Lege τῶν μαχομένως ζώντων) κακοδαιμονούντων. — Κλεάνθης προσίθηκε τῇ φύσει —— ὅπερ ὁ Χρύσιππος σαφέστερον βουλόμενος ποιῆσαι, ἐξήνεγκε τὸν τρόπον τοῦτον, ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων. Διογένης δὲ εὐλογιστίαν (Leg. εὐλογιστεῖν) ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ καὶ ἀπεκλογῇ. Ἀρχίδημος δὲ, πάντα καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν, ἐκλεγόμενον (ſic lege, non ἐκλεγόμενος) μὲν τὰ κατὰ φύσιν, ἀπεκλεγόμενον (non ἀπεκλεγόμενος) δὲ τὰ παρὰ φύσιν διηνεκῶς. Clemens Alexandrinus Strom. ii. pag. 496. Ζήνων μὲν ὁ Στωικὸς τέλος ἡγεῖται τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν. Κλεάνθης δὲ τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν ἐν τῷ εὐλογιστεῖν (Lege ζῆν. Διογένης τὸ εὐλογιστεῖν, hæc enim Diogenis Babylonii fuit ſententia, quod præter Stobæum docet Laertius vii. 88. et Antipater hujus, non Cleanthis, fuit diſcipulus) ὃ ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ κεῖσθαι διελάμβανεν· ὅ τε Ἀντίπατρος, ὁ τούτου γνώριμος, τὸ τέλος κεῖσθαι ἐν τῷ διηνεκῶς καὶ ἀπαραβάτως ἐκλέγεσθαι μὲν τὰ κατὰ φύσιν, ἀπεκλέγεσθαι δὲ τὰ παρὰ φύσιν ὑπολαμβάνει &c. Hæc olim laudarunt Juſt. Lipſius Manud. ad Philoſ. Stoicam ii. 14. et Æg. Menagius in Laertii vii. 87. ſed neuter rectam tenuit eorum corrigendorum viam. *Idem.*

[t] *Una ſimplex* &c.] Vel ſubintelligendum *ſententia:* vel legendum, *unus ſimplex, cujus Zeno auctor, poſitus in decore totus.* Subintelligitur finis. Lambin. *Ibid.* At *finis* eſt tam feminini quam maſculini generis. Exempla dabit Nonius in *finem.* Davies.

[u] *Ut voluptatem illam Ariſtippi*] Videtur *Ariſtippi* nomen

tatem illam, non Ariſtippi, in prima commendatione poneret. Nam quod ait ſenſibus ipſis judicari, voluptatem bonum eſſe, dolorem, malum; plus tribuit ſenſibus, quam nobis leges permittunt. [x] Privatarum litium judices ſumus; nihil enim poſſumus judicare, niſi quod eſt noſtri judicii: in quo fruſtra Judices ſolent, cum ſententiam pronuntiant, addere, *Si quid mei judicii eſt:* ſi enim non fuit eorum judicii, nihilo magis, hoc non addito, [y] illud eſt judicatum. Quid judicatur ſenſibus? Dulce, amarum: lene, aſperum: prope, longe: ſtare, movere: quadratum, rotundum. [z] Quam igitur pronuntiabit ſententiam ratio? Ad-

σχολιαστικῶς fuiſſe ab aliquo poſitum: abeſt enim a vetere libro. *Urſin.*

Ib. *Ut voluptatem illam,* non *Ariſtippi*] Sic Elienſ. ſec. et optime quidem. Vulgo deeſt particula negans; quo modo fit ut exſurgat ſenſus a mente Ciceronis alienus. *Davies.*

[x] Privatarum *litium judices ſumus*] Pal. pr. habet *privarum.* Cicero videtur reliquiſſe *parvarum* vel *paucarum.* Idem.

[y] *Illud eſt judicatum. Quid judicatur ſenſibus?*] Vulgo *illud eſt judicatum, quod judicat ſenſus.* Senſu quidem nullo; prout Lambinus etiam vidit. Itaque doctiſſimus ille vir edidit *illud eſt judicatum. Quid* judicat *ſenſus?* Non male: ſed melius eſſet *judicant.* Cum tamen Elienſ. pr. haberet *quod judicat ſenſibus,* ſtatim legendum ſuccurrebat, *Quid judicatur ſenſibus?* Eamque conjecturam, quoniam certa videbatur, recepi. *Davies.*

Ib. *Quid judicat ſenſus? Dulce, amarum* &c.] Sic reſtituit hunc locum Petr. Faber Toloſanus, conſiliarius regius in ambulatorio conſilio, quod magnum appellant: quam emendationem poſtea veterum codicum auctoritas confirmavit. Quod autem ed illa ſuperiora verba attinet, *In quo fruſtra judices ſolent* &c. eorum hæc ſententia eſt: (nam video a nonnullis obſcura et impedita, ab aliis corrupta haberi, ut exiſtiment legendum *nihilo minus* pro *nihilo magis*) hoc igitur ſignificat Cicero, Cum judices ſententiam pronuntiant, fruſtra ſolent addere, *ſi quid mei judicii eſt:* nam, etiam ſi hæc verba non addiderint, ſi res non fuit eorum judicii, hoc eſt, ſi ad eorum cognitionem ſeu notionem non pertinuit, non propterea magis fuit judicatum: hoc eſt, res non eſt judicata, ſi non fuit eorum cognitionis et judicii, etiam ſi verba illa, *ſi quid mei judicii eſt,* non fuerint ab eis addita: ergo fruſtra addere ſolent. *Lambin.*

[z] Quam *igitur pronuntiabit ſententiam ratio? Adhibita* &c.] Si tenenda ſit hæc ſcriptura, paullo poſt cum Lambino reponas oportet, *harum adeo omnium ſententia pronuntiabit.* Cum ve-

Digitized by Google

hibita primum divinarum humanarumque rerum ſcientia, quæ poteſt adpellari rite Sapientia; deinde adjunctis virtutibus, quas ratio rerum omnium dominas, tu voluptatum ſatellites et miniſtras eſſe voluiſti; quarum adeo omnium ſententia pronuntiabit, primum de voluptate, nihil eſſe ei loci, non modo ut ſola ponatur in ſummi boni ſede, quam quærimus, ſed ne illo quidem modo, ut ad honeſtatem adplicetur. De vacuitate doloris [a] eadem ſententia eſt. Rejicietur etiam Carneades; [b] nec ulla de ſummo bono ratio aut voluptatis non dolendive particeps, aut honeſtatis expers, probabitur. Ita relinquet duas, de quibus etiam atque etiam conſideret: aut enim ſtatuet, nihil eſſe bonum niſi honeſtum, nihil malum niſi turpe; cetera aut omnino nihil habere momenti, aut tantum, ut nec expetenda nec fugienda, ſed eligenda modo aut rejicienda ſint: aut anteponet eam, quam cum honeſtate ornatiſſimam, tum etiam ipſis initiis naturæ et totius perfectione vitæ locupletatam videbit. Quod eo liquidius faciet, ſi perſpexerit, rerum inter eas verborumne ſit controverſia. Hujus ego nunc auctoritatem ſequens, idem faciam: quantum enim potero, minuam contentiones; omneſque ſimplices ſententias eorum, in quibus nulla ineſt virtutis adjunctio, omnino a philoſophia ſemovendas putabo: primum Ariſtippi Cyrenaicorumque omnium: [c] quos non eſt veritum, in ea voluptate, quæ

ro Pariſ. tert. exhibeat *æquam*; omnino locum ſic legendum diſtinguendumque puto, *Æquam igitur pronuntiabit ſententiam ratio, adhibita primum divinarum humanarumque ſcientia —— deinde adjunctis virtutibus——quarum adeo omnium* &c. *Dav.*

[a] *Eadem ſententia* eſt] Clare reponendum *erit*; quod etiam V. C. Th. Bentleius animadvertit. *Idem.*

[b] *Nec* ulla *de ſummo bono*] Vulgo *illa*. Sed recta prorſus eſt hæc Palatinorum pr. tert. et Med. ſcriptura; quæ Grutero fere adlubeſcebat. *Idem.*

[c] *Quos non eſt veritum*] Ait Aldus nepos, eſſe genus loquendi nimis antiquum. Quaſi Ciceronem loqui docere, tantilli ſint homuncionis partes! Guyetus legendum ſuſpicatur *quis non eſt veritum*. Sed Codicum lectionem tuetur Agellius, qui locum laudat Noct. Attic. xv. 13. *Davies.*

Digitized by Google

maxuma dulcedine ſenſum moveret, ſummum bonum ponere, contemnentes iſtam vacuitatem doloris. Hi non viderunt, ut ad curſum, equum; ad arandum, bovem; ad indagandum, canem; ſic hominem ad duas res, ut ait Ariſtoteles, [d] ad intellegendum et agendum eſſe natum, [e] quaſi mortalem Deum: contraque, ut tardam aliquam et languidam pecudem, ad paſtum et ad procreandi voluptatem [f] hi hoc divinum animal ortum eſſe voluerunt; quo nihil mihi videtur abſurdius. Atque hæc contra Ariſtippum, qui eam voluptatem non modo ſummam, ſed etiam ſolam ducit; quam omnes unam adpellamus voluptatem: aliter autem vobis placet. Sed ille, ut dixi, vitioſe: nec enim figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani ſignificat ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur voluptatibus. Nec vero audiendus Hieronymus; cui ſummum bonum eſt idem, quod vos interdum vel potius nimium ſæpe dicitis, nihil dolere: non enim, [g] ſi malum dolor, carere eo malo ſatis eſt ad bene vivendum. Hoc dixerit potius Ennius,

[d] Ad *intelligendum et agendum*] Sic optime Pariſ. pr. Vulgo prima vox omittitur. Vide Plutarchum de Plac. Philoſ. lib. i. pag. 874. E. *Idem.*

[e] *Quaſi mortalem Deum*] Hierocles in Aur. Carm. i. pag. 16. Εἰκότως ΘΕΟΙ ΘΝΗΤΟΙ λέγοιντο ἂν αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαί. Et homines quidem Θεοὺς θνητοὺς vocabat Heraclitus. Vide Maximum Tyrium Diſſ. xxix. et Lucianum Vit. auct. tom. i. pag. 379. Clemens Pædag. lib. iii. cap. i. pag. 251. Ὀρθῶς ἄρα εἶπεν Ἡράκλειτος, ἄνθρωποι, θεοί· θεοί, ἄνθρωποι. Effatum Heracliti de Diis et hominibus hoc fuit, ἄνθρωποι ἀθάνατοι, θεοὶ θνητοί· quod cauſæ ſuæ ſerviens ita mutavit Alexandrinus Catechiſtes, ut Heraclitum ipſo Heraclito σκοτεινότερον fecerit. *Idem.*

[f] *Hoc divinum animal*] Deeſt in antiquo particula *ſic*, quæ reperitur in MSto, in quo eſt *ſic hoc divinum animal.* Urſin.

Ib. Hi *hoc divinum animal.*] Vulgo deeſt vox prima, quam nos ex Pariſ. primo et editione Victoriana Ciceroni reddimus. MS. Urſin. *ſic hoc.* Elienſ. ſec. *ſic hi hoc,* utraque lectione conjuncta. Vera eſt ea quam recepimus. *Davies.*

[g] *Si malum dolor*] Vulgo *ſi malum dolor eſt.* Ultimam vocem neſciunt Elienſ. pr. C. C. C. Med. et Balliol. quibus parui. *Idem.*

Digitized by Google

——[h] *Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali.*

Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni judicemus: [i] nec eam ceſſando, ſive gaudentem, ut Ariſtippus, ſive non dolentem, ut hic, ſed agendo aliquid conſiderandove quæramus. Quæ poſſunt eadem contra Carneadeum illud ſummum bonum dici: [k] quod is non tam, ut probaret, protulit; quam ut Stoicis, quibuſcum bellum gerebat, opponeret. Id autem ejuſmodi eſt, ut additum ad virtutem, auctoritatem videatur habiturum, et expleturum cumulate vitam beatam; de quo omnis hæc quæſtio eſt. Nam qui ad virtutem adjungunt vel voluptatem, quam unam virtus minimi facit; vel vacuitatem doloris, quæ, etiam ſi malo caret, tamen non eſt ſummum bonum; acceſſione utuntur non ita probabili, nec tamen, cur id tam parce tamque reſtricte faciant, intellego: quaſi enim emendum eis ſit, quod addant ad virtutem, primum viliſſimas res addunt; deinde ſingulas potius, quam omnia [l] quæ prima na-

[h] *Nimium boni*] Ductum videtur ex illis Euripideis Hecub. vſ 627.

——Κεῖνος ὀλβιώτατος
Ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

Vide Muretum Var. Lect. v. 13. et Columnam ad Ennii Fragm. pag. 248. *Idem.*

[i] *Nec eam ceſſando, ſive gaudendo* &c.] Nihil vitii hæc ſcriptura habere videtur. Sed libri manuſcripti mendi ſuſpicionem mihi commovent. Sic enim habent, *nec eam ceſſando, ſive gaudentem, ut Ariſtippus, ſive non dolendo* &c. unde ſuſpicor ſic eſſe a Cicerone ſcriptum, et ſic legendum, *nec eam ſive gaudendo, ut Ariſtippus, ſive non dolendo* &c. Quærat aliquid probabilius lector ingenioſus. *Lambinus.*

[k] *Quod is non tam* ut probaret *protulit, quam ut Stoicis —— opponeret*] *Ut* in priore membro valet *quod*. Vide de Fato cap. xv. et Joan. Vorſtium ad Sulpicii Severi H. S. ii. 12. Iiſdem pæne verbis Acad. ii. 42. *Introducebat etiam Carneades*, non quo probaret, ſed ut opponeret Stoicis, *ſummum bonum eſſe frui bis rebus, quas primas natura conciliaviſſet.* Adeas etiam Tuſc. v. 30. *Davies.*

[l] *Quæ prima natura approbaviſſet*] Hoc totum, quod reperitur in libris vulgatis et nonnullis manuſcriptis, *ea cum voluptate conjungerent*; non comparet autem in uno longe optimo; funditus delevi, ut ſupervacaneum et alienum. *Lambin.*

Digitized by Google

tura adprobaviſſet, [m ea cum voluptate conjunge-rent:] Quæ cum Ariſtoni, et Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro nihilo, ut inter optume valere et graviſſime ægrotare nihil prorſus dicerent intereſſe, recte jam pridem contra eos deſitum eſt diſputari: dum enim in una virtute ſic omnia eſſe voluerunt, ut eam rerum ſelectione exſpoliarent; nec ei quidquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur; virtutem ipſam, quam amplexabantur, ſuſtulerunt. Herillus autem ad Scientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit; ſed nec optumum, nec quo vita gubernari poſſit: itaque hic ipſe jam pridem eſt rejectus: [n] poſt enim Chryſippum non ſane eſt diſputatum.

XIV. Reſtatis igitur vos: nam cum Academicis [o] incerta luctatio eſt, qui nihil adfirmant, et, quaſi deſperata cognitione certi, id ſequi volunt, quodcumque veri ſimile videatur. Cum Epicuro autem hoc eſt plus negotii, quod e duplici genere voluptatis conjunctus eſt; quodque et ipſe et amici ejus, et multi poſtea defenſores ejus ſententiæ fuerunt. Et neſcio quomodo, is, qui auctoritatem minimam habet, max-

[m] *Ea cum* voluptate *conjungerent*] Si quatuor hæ voces in libro vetuſtiſſimo non comparent, (ut Lambinus teſtatur, quem malæ fidei non temere poſtularim) omnino ſunt delendæ. Eas tamen retinent Gruteriani noſtrique Codices, niſi quod Pal. tert. et Balliol. *cum boneſtate*. Melius quidem. Lege modo, ſi ſuſpectiſſima, fateor, hæc verba retineas, *quam omnia* ea, *quæ prima natura adprobaviſſet, cum* boneſtate *conjungunt*. Sic ultimum illud dat Aldi nepotis editio, nec abit vetuſta quam Cl. Verburgius memorat. *Davies.*

[n] *Poſt enim Chryſippum non ſane eſt diſputatum*] Lego *poſt enim Chryſippum* in eum *non ſane eſt diſputatum*. Manifeſte deſunt vel hæc vel ejuſdem ſenſus vocabula. *Idem.*

[o] Incerta *luctatio*] Pal. pr. *uncta luctatio*, quod qui negaverit auctoris geminum germanum, negabit, ut Gruterus cenſet, et meridie lucere. O felix oculorum cui lux meridiana contigit, cum ſpiſſæ ſint aliis omnibus tenebræ! Lectione vulgata nihil melius, quam noſtri libri conſtanter exhibent. *Unctam luctationem* tamen *luctationem* ſatis conveniente metaphora dici cenſuit etiam Gifanius Syllog. Burmann. tom. ii. pag. 308. *Idem.*

Digitized by Google

unam vim, populus cum illis facit. Quos niſi arguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deſerenda eſt. Ita ceterorum ſententiis ſemotis, relinquitur non mihi cum Torquato, ſed virtuti cum voluptate certatio. Quam quidem certationem homo et acutus et diligens Chryſippus non contemnit, totumque diſcrimen ſummi boni [p] in eadem comparatione poſitum putat. Ego autem exiſtumo, ſi honeſtum aliquid oſtendero, quod ſit ipſum ſua vi propter ſeque expetendum, jacere veſtra omnia. Itaque eo, quale ſit, breviter, ut tempus poſtulat, conſtituto, accedam ad omnia tua, Torquate; niſi memoria forte defecerit. Honeſtum igitur id intellegimus, quod tale eſt, ut, detracta omni utilitate, ſine ullis præmiis fructibuſque, per ſe ipſum poſſit jure laudari: quod quale ſit, non tam definitione, qua ſum uſus, intellegi poteſt, (quamquam aliquantum poteſt) quam communi omnium judicio et optumi cujuſque ſtudiis atque factis: qui permulta ob eam unam cauſſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt; etſi nullum conſecuturum emolumentum vident. Homines enim, etſi aliis multis, tamen [q] hoc uno a beſtiis plurimum differunt, [r] quod rationem habeant a natura datam, mentemque et acrem et vigentem celerrimeque multa ſimul agitantem, et, ut ita dicam, ſagacem; quæ et cauſſas rerum et conſecutiones videat, et ſimilitudines transferat, et disjuncta conjungat, et cum præſentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ conſequentis ſtatum. [s] Eadem-

[p] *In* eadem *comparatione*] Guyeto legendum videtur *in ea*, vel *in ea demum comparatione*. Nonius in *diſcrimen*, habet *in eadem rerum comparatione*. Forſan *in* earum rerum *comparatione*; vel *in earum comparatione*, prout diſerte Med. *Davies*.

[q] *Hoc uno a beſtiis*] His et reliquis ad capitis uſque finem ſimillima ſunt ea quæ noſter habet Offic. i. 4. *Idem*.

[r] *Quod rationem habeant, a natura* menti *datam, et acrem et vigentem*] Ita legitur in antiquo; cum in vulgatis ſit *mentemque* pro *menti*. Urſin.

[s] *Eademque ratio* facit] Sic Elienſ. uterque; nec aliter veteres editi. Vulgo *fecit*, quomodo Latinitati parum conſulitur. *Davies*.

Digitized by Google

que ratio facit hominem hominum adpetentem, cumque his natura et ſermone et uſu congruentem, ut profectus a caritate domeſticorum ac ſuorum, ſerpat longius, [t] et ſe inplicet primum civium, deinde omnium mortalium ſocietate; atque, ut ad Archytam ſcribſit Plato, [u] *non ſibi ſe ſoli natum meminerit, ſed patriæ, ſed ſuis,* ut perexigua pars ipſi relinquatur. Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi; quod facillime adparet, cum vacui curis, etiam quid in cælo fiat, ſcire avemus; [x] his initiis inducti omnia vera diligimus, id eſt, fidelia, ſimplicia, conſtantia: tum vana, falſa, fallentia odimus, ut fraudem, perjurium, malitiam, injuriam. Eadem ratio habet in ſe quiddam amplum atque magnificum, ad imperandum magis quam ad parendum adcommodatum; omnia humana non tolerabilia ſolum, ſed etiam levia ducens; altum quiddam et excelſum, nihil timens, nemini cedens, ſemper invictum. Atque his tribus generibus honeſtorum notatis, quartum ſequitur, et in eadem pulcritudine, et [y] aptum ex illis tribus; in quo ineſt ordo et moderatio: [z] cujus ſimilitudine perſpecta in formarum ſpe-

[t] *Et ſe implicet primum civium, deinde omnium mortalium ſocietate*] Lambinus habet *ſocietati*, ut eſt in MSto, ſed male *implicet* retinuit pro *applicet*. Urſin.

Ib. *Et ſe* implicet——*omnium mortalium* ſocietate] Cur Urſino placuerit *applicet*, curve Lambinus maluerit *ſocietati*, nullus equidem video. Cicero Offic. i. 32. *Ante* implicatur *aliquo certo* genere curſuque *vivendi quam potuit quod optimum eſſet judicare*. Pro Ligario cap. 1. Nullo *ſe* implicari negotio *paſſus eſt*. Sic cum alibi paſſim, tum de Amic. cap. xxii. *Dav.*

[u] *Non ſibi ſe ſoli*] *Plato* ſic loquitur Epiſt. ix. pag. 726. A. Ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. Ad hæc eadem reſpicit Tullius Offic. i. 7. *Idem.*

[x] *His initiis inducti*] Fortaſſe *imbuti*, legendum: quamquam nihil muto. *Lambinus.*

[y] *Aptum ex illis tribus*] Auctius Pariſ. ſec *aptum* et coagmentatum *ex illis tribus*. Sed gloſſam ſapit. Vide Nonium in *aptum*. Davies.

[z] *Cujus ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie*, a *dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum atque factorum*] Mihi videtur omnino rectius hoc modo *formarum ſpecie* ac *dignitate*,

Digitized by Google

cie ac dignitate, tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum atque factorum: nam ex his tribus laudibus, quas ante dixi, et temeritatem reformidat, et non audet cuiquam aut dicto protervo aut facto nocere, vereturque quidquam aut facere aut loqui, quod parum virile videatur.

XV. Habes undique expletam et perfectam, Torquate, formam honeſtatis; quæ tota his quattuor virtutibus, quæ a te quoque commemoratæ ſunt, continetur. Hanc ſe tuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam aut qualem eſſe velint, qui honeſtate ſummum bonum metiantur: [a] ſi enim ad honeſtatem omnia referantur, neque in ea voluptatem dicant ineſſe, [b] ait eos *inani voce ſonare* (his enim ipſis verbis utitur) *neque intellegere, neque videre, ſub hac voce* honeſtatis *quæ ſit ſubjicienda ſententia: ut enim conſuetudo loquitur, id ſolum dicitur honeſtum, quod eſt populari fama glorioſum: quod*, inquit, *quamquam voluptatibus quibuſdam eſt ſæpe jucundius, tamen expetitur propter voluptatem.* Videſne quam ſit magna diſſenſio? Philoſophus nobilis, a quo non ſolum Græcia et Italia, ſed etiam omnis Barbaria conmota eſt, honeſtum quid ſit, ſi id non eſt in voluptate, negat ſe intellegere; niſi forte illud, quod multitudinis rumore laudetur. Ego autem hoc etiam turpe eſſe ſæpe judico: et, [c] ſi quando turpe non ſit, tamen non eſſe non

tranſitum eſt &c. ut ad *formas* referatur ſpecies ac dignitas. Aliter veteres libri: ego tamen mea conjectura delector. *P. Manucius.*

Ib. *In formarum ſpecie* ac *dignitate*] Ita legendum pro *a dignitate.* URSIN. *Ibid.* Sic recte Manucius, Lambinus, et Urſinus. Horum conjecturam firmat Elienſ. ſec. et temere Gruterus adverſatur. Vulgo *a dignitate.* Davies.

[a] *Si enim ad honeſtatem omnia* referantur, *neque in ea voluptatem* dicant *ineſſe*] Certiſſime reponendum *referant*; quod etiam Cl. Th. Bentleius monere non prætermiſit. *Idem.*

[b] *Ait eos* inani voce *ſonare*] Profecto legerim *ait eos* inanis voces *ſonare*; quod Tuſc. v. 26. *inanis ſonos fundere* nominat. *Idem.*

[c] *Si quando turpe non ſit, tamen non eſſe non turpe,* cum id *a multitudine laudetur*] An igitur in ea ſententia fuit Tullius, ut multitudinis approbatio rerum naturam mutaret, idque

Digitized by Google

turpe, cum id a multitudine laudetur. Quid si sit ipsum [d] per se rectum atque laudabile, non ob eam caussam tamen illud dici honestum esse, quia laudetur a multis, sed quia tale sit, ut, vel si ignorarent id homines, vel si obmutuissent, sua tamen esset pulcritudine specieque laudabile. Itaque idem natura victus, cui obsisti non potest, dicit alio loco id quod a te etiam paullo ante dictum est, non posse jucunde vivi, nisi etiam honeste. Quid nunc honeste dicit? idemne, quod jucunde? ergo ita, non posse honeste vivi, nisi honeste vivatur: [e] an nisi populari fama? Sine ea igitur jucunde [f] negat posse vivere? Quid turpius, quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? Quid ergo hoc loco intellegit honestum? certe nihil, nisi quod possit ipsum propter se jure laudari: nam si propter voluptatem; quæ est ista laus, quæ possit e macello peti? Non is vir est, ut, cum honestatem eo loco habeat ut sine ea jucunde neget posse vivi, illud honestum, quod populare sit, sentiat, et sine eo jucunde neget vivi posse; aut quidquam aliud honestum intellegat, nisi quod sit rectum, ipsumque per se, sua vi, sua sponte, sua natura laudabile.

XVI. Itaque, Torquate, cum diceres, clamare Epi-

faceret turpe, quod per se talem notam non merebatur? Haud opinor. Certe, quod olim Horatius lib. ii. Epist. i. 63.

Interdum volgus rectum videt: est ubi peccat.

Pal. pr. *tum esse non turpe.* Med. *tum non esse non turpe.* Lego *si quando turpe non sit, tamen non esse non-turpe* (per ὐφ' ἓν) quod *a multitudine laudetur.* Davies.

[d] *Per se rectum atque laudabile*] Sic malui secutus antiquum librum, quam, ut antea, *perfectum atque laudabile.* Et paullo post, *honestum* significat id solum esse, *quod sit rectum ipsum per se, sua vi, sua natura, sua sponte laudabile.* P. Manucius.

[e] *An nisi populari fama*] Lambinus edidit *an* sine *populari fama*; nec aliter C. C. C. Mihi nec hæc nec recepta lectio placet; scriboque, *an* cum *populari fama.* Davies.

[f] *Negat posse vivere*] Lego *negat posse vivi*, quod etiam Ch. Th. Bentleius vulgatæ prætulit. Sic Tusc. iii. 20. recte nunc editur, *Negat Epicurus jucunde* posse vivi, *nisi cum virtute vivatur*; at Med. Elienf. pluresque Codices ibi *posse vivere* repræsentant. *Idem.*

Digitized by Google

curum, *non posse jucunde vivi, nisi honeste et sapienter et juste viveretur*, tu ipse mihi gloriari videbare. Tanta vis inerat in verbis, propter earum rerum, quæ significabantur his verbis, dignitatem, [g] ut altior fieres, ut interdum insisteres, ut nos intuens, quasi testificarere, laudari honestatem et justitiam aliquando ab Epicuro. Quam te decebat iis verbis uti, quibus si philosophi non uterentur, Philosophia omnino non egeremus? istorum enim verborum amore, quæ perraro adpellantur ab Epicuro, sapientiæ, fortitudinis, justitiæ, temperantiæ, præstantissimis ingeniis homines se ad philosophiæ studium contulerunt. [h] *Oculorum*, inquit Plato, *est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus. Quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur!* Cur tandem? [i] an quod ita callida est, ut optume possit architectari voluptates? Cur justitia laudatur? aut unde est hoc contritum vetustate proverbium? *Quicum in tenebris*. Hoc dictum in una re, latissime patet; ut in omnibus factis, re, non teste moveamur. Sunt enim levia et perinfirma, quæ dicebantur a te, cum animi conscientia inprobos excruciari, tum etiam pœnæ timore; qua aut adficiuntur, aut semper sunt in metu, ne adficiantur aliquando. Non oportet timidum, aut inbecillo animo fingi, [k] non bonum illum virum, qui, quicquid fecerit, ipse se cruciet omniaque formidet; sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum, veteratorem, facile ut excogitet, quo modo occulte, sine teste, sine ullo conscio fallat. An tu me

[g] *Ut altior fieres*] Vide sis ad Acad. ii. 41. *Davies.*

[h] *Oculorum, inquit Plato*] In Phædro pag. 346. E. Ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἥκουσαι αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται· δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο, εἰς ὄψιν ἰόν. Ad eundem locum respicit noster Offic. i. 5. et infrà lib. v. cap. 24. *Idem.*

[i] *An quod ita——voluptates*] Hæc laudat Nonius in *architectari*. Idem.

[k] *Non bonum illum virum*] Penultimam vocem delendam censuit Lambinus: sed MSSti non addicunt, nec est cur, illis adversantibus, sedem suam perdat. *Idem.*

Digitized by Google

de L. Tubulo putas dicere? qui, cum Prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, ita aperte cepit pecunias ob rem judicandam, ut anno proxumo P. Scævola, Tribunus plebis, ferret ad plebem, vellentne de ea re quæri: quo plebiſſcito, decreta a ſenatu eſt Conſuli quæſtio [l] Cn. Cæpioni. Profectus in exſilium Tubulus ſtatim, nec reſpondere auſus: erat enim res aperta.

XVII. [m] Non igitur de inprobo, [n] ſed de callide inprobo quærimus; qualis Q. Pompeius in fœdere Numantino infitiando fuit; nec vero omnia timente, ſed primum qui animi conſcientiam non curet; quam ſcilicet conprimere nihil eſt negotii. Is enim, qui occultus et tectus dicitur, [o] tantum abeſt ut ſe indicet, perficiet etiam ut [p] dolere alterius inprobo facto videatur: quid eſt enim aliud, eſſe verſutum? Memini me adeſſe P. Sextilio Rufo, cum is ad amicos rem ita deferret, ſe eſſe heredem Q. Fadio Gallo; cujus

[l] *Cn. Scipioni*] Omnino reponendum Cæpioni ex hiſtoria. Cn. Servilius Cæpio conſul fuit cum Q. Pompeio Nepote: quibus Conſulibus decretum eſt, ut in Tubulum quæreretur. De Fin. lib. iv. in extremo, et lib. v. De N. D. lib. iii. ad Atticum lib. xii. Ep. 5. Pedianus. *P. Manucius.*

[m] *Non igitur de improbo* &c.] Si hanc lectionem vulgatam retinemus, a qua non diſcrepat antiqua, legendum eſt infra *nec vero omnia timente, ſed primum qui* &c. Contra ſi *timentem*: quod infra ſequitur, incorruptum et ſincerum eſt, legendum hic, *Non igitur improbum, ſed callidum improbum quærimus: qualis* &c. *Lambinus.*

[n] *Sed* de callide *improbo—nec vero omnia* timente; ſed *primum*] Vulgo *ſed* callido *improbo—nec vero omnia* timentem; *primum* &c. Nos ſecundam penultimamque voculam fide Pariſ. pr. ſec. interpoſuimus. Quin et *ſed primum* dant Elienſ. uterque, C. C. C. Med. et Balliol. ne libros editos memorem. *Callide improbo* favent Ven. 1471. et alii plures. In *timente* vero Lambinum ſequimur, eamque mutationem ſyntaxis ipſa flagitat. *Davies.*

[o] *Tantum abeſt ut ſe indicet, perficiet etiam*] Sic locutus eſt lib. xiii. ad Attic. Epiſt. 21. *Tantum porro aberant ut binos ſcriberent, vix ſingulos confecerunt.* Sic etiam infra lib. v. cap. 20. ubi P. Manucius nonnulla. *Idem.*

[p] *Dolere alterius* improbo *facto*] Sic Elienſ. ſec. et optime quidem; ut *factum* ſubſtantive ſit capiendum. Vulgo *dolere*

Digitized by Google

in teſtamento ſcribtum eſſet, [q] ſe ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perveniret. Id Sextilius factum negabat. Poterat autem inpune: quis enim redargueret? [r] Nemo noſtrum credebat; eratque veri ſimilius, hunc mentiri cujus intereſſet, quam illum, qui id ſe rogaſſe ſcribſiſſet quod debuiſſet rogare. Addebat etiam, ſe [s] in legem Voconiam juratum contra eam facere non audere; niſi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem aduleſcentes, ſed et multi ampliſſimi viri; quorum nemo [t] cenſuit plus Fadiæ dandum quam poſſet ad eam lege Voconia pervenire. Tenuit permagnam Sextilius hereditatem, unde, ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam qui honeſta et recta emolumentis omnibus et commodis anteponerent, ne nummum quidem unum adtigiſſet. Num igitur eum poſtea cenſes anxio animo aut ſollicito fuiſſe? Nihil minus; contraque, illa hereditate dives, ob eamque rem lætus: magni enim æſtimabat pecuniam, non

alterius improbe *facto*; quod parum Latine dictum videtur. *Davies.*

[q] *Se ab eo rogatum*] Omnino reſcribas oportet *eum ab ſe rogatum*, ſcilicet P. Sextilium Rufum a Q. Fadio Gallo. Per ſe clara res eſt, et patet inſuper ex ſequentibus: niſi malis eodem ſenſu, *ſe ab eo rogaſſe*; quod forſan rectius. *Idem.*

[r] *Nemo noſtrum* credebat] Sic *Scaliger* ex ſuo MSto legendum vidit, et Gruterus ex Pal. primo. His acceſſit Elienſ. ſec. nec fuit cur ſcriptura maniſeſte vera non reciperetur. Vulgo *negabat*, quod menti Ciceronianæ prorſus eſt contrarium. *Idem.*

[s] *In legem Voconiam*] Auguſtinus C. D. iii. 21. *Lata eſt etiam illa lex Voconia, ne quis heredem feminam faceret, nec unicam filiam.* Explicatius autem Dion lib. lvi. pag. 578. Τῶν δὲ γυναικῶν τισὶ καὶ παρὰ τὸν Οὐοκώνιειον νόμον, καθ' ὃν ἀδιμία αὐτῶν ἀδινὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν Auguſtus. Vult, ut opinor, lex iſta, mulieri relinqui non poſſe cenſum viginti quinque millibus denarium, ſeu centum millibus ſeſtertium, lautiorem; adeo ut nihil ultra vel ex locupletiſſima re queat capere. Præter P. Manucium, Ant. Auguſtinum, alioſque qui de Romanorum legibus ſcripſere, cum primis videas accuratiſſimum virum J. Fr. Gronovium de Pecun. Vet. lib. iii. c. xvi. p. 243. ſeqq. *Idem.*

[t] *Cenſuit plus filiæ dandum*] Alii, *plus Fadiæ*: quæ lectio ſi retineatur, ſupra legendum erit Fadio Gallo, non Fabio: cum Gallus cognomen Fadiorum ſit. *P. Manucius.*

Digitized by Google

modo non contra leges, ſed etiam legibus partam: quæ quidem vel cum periculo eſt quærenda vobis; eſt enim effectrix multarum et magnarum voluptatum. Ut igitur illis, qui, recta et honeſta quæ ſunt, ea ſtatuunt per ſe expetenda, adeunda ſunt quævis pericula, decoris honeſtatiſque cauſſa: ſic veſtris, qui omnia voluptate metiuntur, [u] pericula adeunda ſunt ut adipiſcantur magnas voluptates, ſi magna res, magna hereditas agetur; cum pecunia voluptates pariantur plurimæ. Idemque erit Epicuro veſtro faciendum, ſi ſuum finem bonorum ſequi volet, quod Scipioni, magna gloria propoſita, ſi Hannibalem in Africam retraxiſſet. Itaque quantum adiit [x] periculum? [y] ad honeſtatem enim ille omnem conatum ſuum referebat, non ad voluptatem. Sic veſter ſapiens magno aliquo emolumento conmotus, [z] cum cauſſa, ſi opus fuerit, dimicabit. Occultum facinus eſſe potuerit; gaudebit: deprehenſus, omnem pœnam contemnet: erit

[u] *Pericula adeunda ſunt*] Hoc ſi abſit, nihilo fiet obſcurior aut imperfectior ſententia: ſubaudietur enim, quod in proxime ſuperiore membro dictum eſt, *adeunda ſunt quævis pericula*. Nec vero cuiquam dubium eſſe puto, quin ea ſæpe, quæ gloſſemata vocant, inter verba Ciceronis locum occupaverint. P. Manuc. *Ibid.* Nihil hoc in loco contra librorum conſenſum mutarim. *Davies.*

[x] *Periculum*] Elienſ. pr. *periculorum*. Recte. *Idem.*

[y] *Ad honeſtatem enim* ille] Vulgo *illum*; quod Gruterus ex Pall. ſuis repoſuit. Aſt anteriores editi lectionem quam reduximus exhibent; ac ita dant Elienſ. Pariſ. ſec. tert. C. C. C. et Balliol. *Idem.*

[z] *Cum cauſa*] Hæc eſt omnium Codicum ſcriptura. Vulgo *animi cauſa*; ſed repugnat, ut aliquis *emolumento magno commotus* et *animi cauſa* dimicet. Is enim *animi cauſa* rem quampiam facit, qui ſolius eam delectationis temporiſve terendi gratia ſuſcipit. MSStorum tamen lectio non eſt fincera. Viri doctiſſimi conjecerunt *lucri cauſa* vel *cum fica* vel *cum caſu*. Sed ſcopum non videntur tetigiſſe. Mihi placet *ſua cauſa*. Infra cap. xix. *Ego dicerem nihil eum feciſſe* ſua cauſa, *omniaque reip. tu contra nihil niſi ſua*. Et cap. xxii. *Niſi eum perſpicerem* mea cauſa *mihi amicum fuiſſe*, non ſua. Lactantius de ſcitis Epicuri lib. iii. cap. xvii. 4. *Suis commodis ſerviens, jubetur nihil cuiquam tribuere: omnia enim* ſua cauſa *facere ſapientem*. Sic iterum §. 59. Nec male legas *ejus cauſſa*. Vide lib. iii. cap. 17. *Idem.*

Digitized by Google

enim instructus ad mortem contemnendam, ad exsilium, ad ipsum etiam dolorem: quem quidem vos, cum inprobis pœnam proponitis, [a] inpatibilem facitis; cum sapientem semper boni plus habere voltis, tolerabilem.

XVIII. Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid inprobe faciat, verum etiam præpotentem: ut M. Crassus fuit; qui tamen solebat uti suo bono: ut hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda: [b] esse enim quamvis vellet justus, iniquus poterat inpune. Quam multa vero injuste fieri

[a] Impatibilem *facitis*] *Impatibile* posuit Lactantius pro eo quod pati non potest. Vide Div. Inst. lib. ii. cap. viii. 38. et lib. vii. cap. xx. 9. At hoc in loco sensus *passivus* ei tribuitur denotatque, quod est intolerabile nec ferri potest. Pari modo *clades impatibiles exanclare* dixit *Plautus* in suppositis Amphitryoni pag. 59. quem locum laudat Nonius in *exanclare*. Symmachus lib. ii. Epist. 90. *Grave hoc et* impatibile *posset videri, nisi etiam consensus partium frustrationibus haberetur*. Sic etiam lib. ix. Epist. 107. Plura suppeditabit J. Fr. Gronovius ad Plinii xx. 18. qui legit *impetibilem*, duce MSto suo, ac ita Paris. pr. Sed perinde est. Hæc autem vox Guyeto tam displicuit, ut eam Cicerone prorsus indignam esse, totumque locum falsi arguere pronuntiarit. *Dav.*

[b] *Esse quamvis injustus poterat impune*] Sic antiquus liber; et recte. In omnibus autem impressis, excepto quem nunc emittimus, hoc modo: *Esse enim quamvis vellet justus, iniquus poterat impune*. P. Manucius.

Ib. *Esse enim quamvis vellet justus, iniquus poterat impune*] Pal. pr. *esse enim quam vellet iniquus, justus, poterat impune*. Hanc lectionem tenet J. Fr. Gronovius Observ. iii. 10. et explicat ut Pompeium *impune justum* esse potuisse dicat Cicero, quod incidunt tempora quibus hoc non sine damno periculisque liceat. At mihi nullo modo placet hæc interpretatio. C. C. C. et Ven. 1471. *esse enim quamvis* vellet *iniquus, injustus, poterat impune*. Sed Latine dicendum fuit *velit*, quemadmodum Lambinus, in reliquis vulgata retenta, dedit. Non refragabor, si proxime Pal. pr. et Elienſ. rescribas *esse enim quam vellet iniquus* et injustus *poterat impune*; nec aliter fere Gruterus. Iniquos et injustos pariter conjunxit Arnobius lib. i. pag. 14. Gifanius autem Sylleg. Burmann. tom. ii. pag. 308. librum memorat, qui dedit *esse enim quam vellet iniquus poterat impune*. Nec id male. Porro magna laus est

Non nocuisse ulli et fortunam habuisse nocendi,

ut loquitur Pedo Eleg. i. 47. Vide sis et Eleg. ii. 15. *Dav.*

poſſunt, [c] quæ nemo poſſit reprehendere? Si te amicus tuus moriens rogaverit, ut hereditatem reddas ſuæ filiæ, nec uſquam id ſcribſerit, ut ſcribſit Fadius, nec cuiquam dixerit; [d] quid facies? Tu quidem reddes: ipſe Epicurus fortaſſe redderet: ut Sex. Peducæus, Sex. F. is, qui hunc noſtrum reliquit effigiem et humanitatis et probitatis ſuæ filium, tum doctus, tum omnium vir optumus et juſtiſſimus, cum ſciret nemo eum rogatum a C. Plotio, equite Romano ſplendido, Nurſino, ultro ad mulierem venit, eique nihil opinanti viri mandatum expoſuit hereditatemque reddidit. Sed ego ex te quæro, (quoniam idem tu certe feciſſes), [e] nonne intellegis, eo majorem vim eſſe naturæ, quod ipſi vos, qui omnia ad veſtrum commodum, et, ut ipſi dicitis, ad voluptatem referatis, tamen ea faciatis, e quibus adpareat non voluptatem vos ſed officium ſequi? pluſque rectam naturam, quam rationem pravam valere? *Si ſcieris*, inquit Carneades, *aſpidem occulte latere uſpiam et velle aliquem inprudentem ſuper eam adſidere*, [f] *cujus mors tibi emolumentum futura ſit; inprobe feceris, niſi monueris, ne*

[c] *Quæ nemo poſſit* reprehendere] Commodius, ut opinor, legas *deprehendere*. Davies.

[d] *Quid* facies? *Tu quidem* reddes: *ipſe Epicurus fortaſſe redderet*] Med. *tu quidem* redderes. Lego, *quid* faceres? *Tu quidem* redderes: *ipſe Epicurus* &c. *Idem.*

[e] *Nonne* intelligis] Vulgo *intelligas*, et ita Victorius edidit. Sed Elienſ. pr. Pariſini tres, Med. et C. C. C. *intelligis*, quos expreſſi; nec aliter quidam libri formulis excuſi. *Idem.*

[f] *Cujus mors tibi* emolumentum *futura ſit*] Lambinus *emolumento*; nec dubitari poteſt quin ea ſit Latina, magiſque protrita loquendi ratio. Non tamen alteram, quam præſtant Pal. pr. Elienſ. et editio Victorii, prorſus exſulare juſſerim. Livius de Aveloce xxii. 22. *Transfugam ſine magnæ rei proditione venientem ad hoſtes nihil aliud quam unum vile atque infame corpus eſſe ratus, id agebat ut quam maximum* emolumentum *novis* ſociis eſſet. Pari modo xliv. 6. *Auratis ſtatuis omnibus raptim, ne* præda hoſti eſſent, *in claſſem congeſtis ocius demigrare Pydnam cogit.* Agellius iv. 13. *Docet plurimis hominum morbidis* medicinam fuiſſe *incentiones tibiarum.* Ubi tamen nonnulli Codices *medicinæ fuiſſe*; quod etiam rectum. C. C. C. Med. Balliol., aliique quidam MSSti

Digitized by Google

adſideat: [g] *ſed impunite tamen*; *ſciſſe enim te quis coarguere poſſit?* Sed nimis multa: perſpicuum eſt enim, niſi æquitas, fides, juſtitia proficiſcantur a natura, et ſi omnia hæc ad utilitatem referantur, virum bonum non poſſe reperiri; deque his rebus ſatis multa in noſtris *de republica* libris ſunt dicta a Lælio.

XIX. Transfer idem ad modeſtiam vel temperantiam, quæ eſt moderatio cupiditatum, rationi obediens. Satiſne ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat? an eſt aliquid per ſe ipſum flagitioſum, etiam ſi nulla comitetur infamia? Quid fortes viri? voluptatumne calculis ſubductis, prœlium ineunt, [h] et ſanguinem pro patria profundunt, an quodam animi ardore atque inpetu concitati? Utrum tandem cenſes, Torquate, Imperioſum illum, ſi noſtra verba audiret, tuamne de ſe orationem libentius auditurum fuiſſe, an meam? cum ego dicerem, nihil eum feciſſe ſua cauſſa, omniaque reipublicæ; tu con-

dant *emolumentum* factura *ſit*; unde Gulielmius reſcripſit *emolumentum* latura *ſit*. Sed ſi Codices hoſce ſequamur, nulla forſan opus mutatione. *Idem.*

[g] *Sed impune tamen: feciſſe enim quis coarguere* poſſit?] Vel ex hoc loco quam valde depravati ſint libri vulgati, intelligere licet: depravatos enim dico, qui tam longe diſcedant a manuſcriptis. Sic igitur habent vulgati, *ſed impune tamen id te confiat feciſſe*; *quis enim coarguere poſſit?* At manuſcripti ſic, *ſed impune tamen: feciſſe enim quis coarguere poſſit?* quam lectionem quis non videt vulgata multis partibus eſſe concinniorem? Sententia autem plana eſt: hoc enim ſignificat M. Tullius, Improbe feceris, niſi moueris, ne adſideat: ſed impune tamen; repete ἀπὸ κοινοῦ, feceris: quis enim coarguere poſſit te ſciviſſe aſpidem occulte latere, et non monuiſſe? vel, quis te, etiam ſi fatearis te ſciviſſe, neque illum monuiſſe, reum facere, et ſceleris convincere queat? *Lambinus.*

Ib. *Sed* impunite *tamen*; *ſciſſe enim te quis coarguere poſſit*] Ita optime Gruterus ex Pal. pr. niſi quod is *impune*. Nos *impunite* dedimus ex Pariſ. pr. ſec. Balliol. Med. et Ven. 1471. Quin et J. Fr. Gronovius ex ſuo MS. to locum ſic eſſe componendum vidit. Hæc autem Carneadea, niſi fallor, ex ejus diſputatione contra juſtitiam ſunt deſumpta. Vide Lactantium Div. Inſtit. v. 16. et Epitomes cap. lvi. *Davies.*

[h] Et *ſanguinem*] Vulgo deeſt prima vox. Eam nos, Elienſi ſec. volente, reſtituimus. *Idem.*

Digitized by Google

tra nihil, nisi sua. Si vero id etiam explanare velles, apertiusque diceres, nihil eum fecisse, nisi voluptatis caussa, quo modo eum tandem laturum fuisse existumes? Esto: fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas [i] utilitates; malo enim dicere, quam voluptates, in tanto præsertim viro: num etiam ejus collega P. Decius, princeps in ea familia consulatus, [k] cum se devoveret et equo admisso in mediam aciem Latinorum inruebat, aliquid de voluptatibus suis cogitabat? [l] nam ubi eam caperet, aut quando, cum sciret confestim esse moriendum, eamque mortem ardentiore studio peteret, quam Epicurus voluptatem petendam putat? Quod quidem ejus factum nisi esset jure laudatum, non esset imitatus quarto consulatu suo filius: neque porro ex eo natus, cum Pyrrho bellum gerens, consul cecidisset in prœlio, [m] seque e continenti genere tertiam victimam reipublicæ præbuisset. [n] Contineo me ab exemplis. Græcis hoc modicum est: Leonidas, Epaminondas, tres aliqui aut quattuor: ego, si nostros conlegere cœpero, perficiam illud quidem, ut se virtuti tradat constringendam voluptas: sed dies me deficiet; et, ut A. Varius, qui est habitus judex

[i] *Utilitates; malo enim*] Forsan *utilitates*; sic *malo enim* &c. *Davies.*

[k] *Cum se* devoveret *et equo admisso in mediam aciem Latinorum* irruebat] Lambinus *irrueret*, ut ante *devoveret*. At me variatio *modorum* non nimis turbat; hac enim licentia veteres usos esse scio. Vide Terentium Andr. Act. iv. Sc. i. 25, 26. Verum tamen hoc in loco malim *cum se* devoverat *et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat:* nam prius se conceptis verbis devoverat, quam medios in hostes irruebat. Inter alios vide Livium viii. 9. *Idem.*

[l] *Nam ubi eam caperet*] Paris. pr. tert. *nisi ut eam.* Pal. pr. *ubi ut eam.* Forsan *ubi autem caperet.* Alioquin *eas* potius scripsisset Cicero. *Idem.*

[m] *Seque e continenti genere tertiam victimam*] Scriptores fere duos tantum Decios memorant qui se pro patria devovere. Cum nostro tamen facit Zonaras. Vide nos ad Tusc. i. 37. *Idem.*

[n] *Contineo me ab exemplis. Græcis hoc modicum est: Leonidas, Epaminondas, tres alii aut quattuor*] Ita interpungendus hic locus ex libro MSto: male enim habent vulgati, *contineo me ab exemplis Græcis* &c. Ursin.

Digitized by Google

durior, dicere conſeſſori ſolebat, cum, datis teſtibus, alii tamen citarentur, *aut hoc teſtium ſatis eſt, aut neſcio quid ſatis ſit*, ſic a me ſatis datum eſt teſtium. Quid enim? Te ipſum, digniſſimum majoribus tuis, voluptaſne induxit, ut aduleſcentulus eriperes P. Sullæ conſulatum? quem cum ad patrem tuum retuliſſes, fortiſſimum virum, qualis ille vel conſul, vel civis cum ſemper, tum poſt conſulatum fuit? quo quidem auctore nos ipſi ea geſſimus, ut omnibus potius [o] quam ipſis nobis conſuluerimus. At quam pulchre dicere videbare, cum ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis et maxumis voluptatibus, nullo nec præſenti nec futuro dolore; ex altera autem, cruciatibus maxumis toto corpore, nulla nec adjuncta nec ſperata voluptate; et quærebas, quis aut hoc miſerior aut ſuperiore illo beatior foret? deinde concludebas, ſummum malum eſſe dolorem, ſummum bonum voluptatem?

XX. [p] L. Thorius Balbus fuit Lanuvinus; quem meminiſſe tu non potes: is ita vivebat, ut nulla tam exquiſita poſſet inveniri voluptas, qua non abundaret: erat et cupidus voluptatum, et cujuſvis generis ejus intellegens et copioſus: ita non ſuperſtitioſus, ut illa plurima in ſua patria ſacrificia et fana contemneret: ita non timidus ad mortem, ut in acie ſit ob rempublicam interfectus: cupiditates non Epicuri diviſione finiebat, ſed ſua ſatietate: habebat tamen rationem valitudinis: utebatur iis exercitationibus, ut ad cenam et eſuriens et ſitiens veniret; eo cibo, qui et ſuaviſſimus eſſet et idem facillimus ad concoquendum; vino, et ad voluptatem, et ne noceret: cetera illa adhibebat, quibus demptis negat ſe Epicurus in-

[o] *Quam* ipſis *nobis conſuluerimus*] Forte *quam* ipſi *nobis conſuluerimus*. Lambin.

[p] *L. Thorius Balbus fuit Lanuvinus*] Exſtat L. Thorii hujus Balbi denarius argenteus; in quo Junonis Soſpitæ ſimulacrum, quale Lanuvii colebatur, cum pelle caprina ſignatum eſt, adjecta inſcriptione, L. THORIUS BALBUS I. S. M. R. hoc eſt, *Juno Soſpiti, maxima Regina*. Urſin.

Digitized by Google

tellegere quid ſit bonum: aberat omnis dolor; qui ſi adeſſet, nec molliter ferret; et tamen medicis plus quam philoſophis uteretur: color egregius, integra valitudo, ſumma gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate. [q] Hunc vos beatum; ratio quidem veſtra ſic cogit. At ego, huic quem anteponam, non audeo dicere: [r] dicet pro me ipſa virtus; nec dubitabit iſti veſtro beato M. Regulum anteponere: quem quidem, cum ſua voluntate, nulla vi coactus, [s] propter fidem quam dederat hoſti, ex patria Karthaginem revertiſſet, [t] eum ipſum, cum vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuiſſe, quam [u] potantem in roſa Thorium. [x] Bella magna geſſerat; bis conſul fuerat; triumpharat; [y] nec tamen ſua ſuperiora illa, tam magna, neque tam

[q] *Hunc* vos *beatum:* ratio *quidem veſtra ſic* cogit: at *ego*] Vulgo *hunc* vero *beatum* oratio *quidem veſtra ſic* cogitat: *ego &c.* Nullo plane ſenſu. Pal. pr. *hunc vos beatum oratio quidem veſtra ſic cogitat:* unde Gruterus, *Hunc* vos *beatum*, ratio *quidem veſtra ſic* cogitat. Optime quidem; ſi diviſa voce legerat, *cogit: at ego* &c. Sed quod illum fugit, recte monuit Cl. Th. Bentleius. Elienſ. porro ſec. utramque Gruteri correctionem firmat, ratamque facit. *Davies.*

[r] Dicet *pro me ipſa virtus*] Sic recte C. C. C. Med. aliique MSSti ſimul ac editi; non *dicit*, ut vulgo. *Idem.*

[s] Propter *fidem*] Sic optime C. C. C. Ven. 1471. et Aldi nepotis editio. Paullo poſt: *Quem* (caſum) *propter fidem conſtantiamque ſuſceperat.* Præſtantiſſimus enim hicce vir *ad ſupplicium redire maluit, quam* fidem *hoſti datam fallere.* Verba ſunt Ciceronis Offic. i. 13. Vulgo *præter fidem*; incommode. *Idem.*

[t] Eum *ipſum*] Sic bene Pal. pr. Vulgo *tum ipſum.* Idem.

[u] *Potantem in roſa Thorium*] Vide J. Fr. Gronovium ad Senecæ de vit. beata c. xi. *Dav.*

[x] *Bella magna geſſerat is: bis conſul fuerat*] Antiquus liber *geſſerat bis.* Ego *bis* minime Ciceronis eſſe puto: ſed primo fortaſſe illud *bis*, quod proxime ſequitur, per errorem a librario cum eſſet iteratum, factum eſt poſtea *bis*, poſtremo *is.* Omnino quaſi currere proclivius oratio videtur, ſi legamus *bella magna geſſerat; bis conſul fuerat.* P. Manuc. *Ib.* Hujus conjecturam firmat Pal. primus. *Dav.*

[y] *Nec tamen* ſua *ſuperiora illa*] Hunc ordinem præſtant Codices et editio Victoriana. Supervacaneum tamen puto tertium vocabulum, legoque *nec tamen ſuperiora illa* &c. *Idem.*

Digitized by Google

præclara ducebat, quam illum ultimum caſum, quem propter fidem conſtantiamque ſuſceperat. Qui nobis miſerabilis videtur audientibus, illi perpetienti [z] erat voluptarius: non enim hilaritate, nec laſcivia, nec riſu, aut joco, comite levitatis, ſed ſæpe etiam [a] triſtes firmitate et conſtantia ſunt beati. Stuprata per vim Lucretia a regis filio, [b] teſtata cives, ſeipſa interemit. [c] Hic dolor populi Romani, duce et auctore Bruto,

[z] *Erat* voluptarius] Vulgo *voluntarius*, quod Gruterus ex Pall. ſuis Victorium Camerariumque ſecutus, introduxerat. Nos vero lectionem recepimus quam præſtant C. C. C. et vetuſtiores editi, quamque loci mens omnino flagitat. *Idem.*

[a] Triſtes *firmitate et conſtantia ſunt beati*] Lego *triſti firmitate et conſtantia ſunt beati*; quod orationis, niſi fallor, concinnitas exigit. *Triſtis firmitas* eſt ſeria; et facetiis jociſque nunc opponitur, nec ſemper eſſe perhibetur in vitio. Terentius Andr. Act. v. Sc. ii. 16. *Triſtis ſeveritas ineſt in vultu atque in verbis fides.* Ubi *Donatus:* Triſtis *ad laudem interdum ſumitur, non ad amaritudinem.* Cicero, Judex triſtis et integer. Hoc extat Act. pr. in Verrem cap. x. idque laudat etiam Servius ad Æn. vi. 275. Seneca Hippolyto vſ. 453.

Lætitia juvenem, frons *decet*
triſtis *ſenem.*

Vide ſis et vſ. 799, 917, 984. Noſter pro Quintio cap. xviii. *Natura* triſti *ac recondita fuit* —— *id egit, ut amicos obſervantia, rem parſimonia retineret.* Sic *triſtem et ſeverum philoſophum* dixit Lucilius lib. xxviii. et falſus eſt Nonius, cui triſtis ibi pro docto ponitur; licet alios quoſdam locos huc pertinentes recte ceperit in *triſte.* Idem.

[b] *Teſtata cives*] Maffei liber, *Teſtata crimen.* Probo ex hiſtoria: viro enim et patri, non civibus, Lucretia crimen expoſuit. *P. Manucius.*

Ib. *Teſtata civeis*] Alii legunt *teſtata crimen:* et ita ſcriptum eſt in quibuſdam libris manuſcriptis. *Lambinus.*

Ib. *Teſtata cives*] Maffei liber *teſtata crimen,* probante P. Manucio. Scaligeri vetus et Elienſ. pr. *teſtata vim.* Reliqui Codices exhibent *teſtata cives* vel *civis,* niſi quod Pal. ſextus *ejus vi.* Ciceronis manum dant plerique MSSti. Nam quamvis pater tantum marituſque cum P. Valerio et Junio Bruto præſentes aderant; Lucretia tamen intelligitur cives eſſe teſtata, quia voluit ut quatuor hi viri fidem darent haud impune adultero fore. Hoc enim pacto provocaſſe cenſetur ad populum; ſin aliter ſe res haberet, tam paucis hominibus ultionem fruſtra demandaſſet. Vide Livium i. 58. 59. *Davies.*

[c] *Hic dolor populi R. duce et auctore Bruto, cauſa* civitati *libertatis fuit*] Abundat vox *civitati,* quæ nec in MSto reperitur. *Urſin.*

Digitized by Google

cauſſa civitati libertatis fuit; ob ejuſque mulieris memoriam primo anno et vir et pater ejus, conſul eſt factus. Tenuis L. Virginius, unuſque de multis, ſexageſimo anno poſt libertatem receptam, virginem filiam ſua manu occidit, potius quam ea [d]App. Claudii libidini, qui tum erat [e] ſummo in imperio, dederetur.

XXI. Aut hæc tibi, Torquate, ſunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. Quod autem patrocinium, aut quæ iſta cauſſa eſt voluptatis, quæ nec teſtes ullos e claris viris nec laudatores poterit adhibere? Ut enim nos ex annalium monumentis [f] teſtes excitamus eos, quorum omnis vita conſumpta eſt in laboribus glorioſis, qui voluptatis nomen audire non poſſent: ſic in veſtris diſputationibus hiſtoria muta eſt. Numquam audivi in Epicuri ſchola Lycurgum, Solonem, Miltiadem, Themiſtoclem, Epaminondam nominari; qui in ore ſunt ceterorum omnium philoſophorum. [g] Nunc vero, quo-

[d] *App. Claudii*] Sic emendavi. Male antea P. Claudii: nam Livius libro iii. Appium nominat, et Maffei liber confirmat. *P. Manucius.*

[e] *Summo in imperio*] Pall. quatuor, C. C. C. Med. Elienſ. pr. et Ven. 1471. *ſummo imperio*, quod Grutero melius videtur. Male, prout arbitror: nam qui *ſummo imperio* eſt, omnibus præficitur, dignitateque maxima cohoneſtatur. Hic autem unus e Decemviris, adeoque fuit *in imperio ſummo*; ſed id non ſolus obtinuit, ut *ſummo* non fuerit *imperio*. Hiſtoriam, quam tangit noſter, referunt cum alii, tum Livius iii. 48. Florus i. 24. et Quinctilianus Decl. iii. p. 36. *Davies.*

[f] *Teſtes* excitamus *eos*] *Citamus* habet liber MStus. Et paullo poſt legendum *at cum tuis ſi diſſeras* pro *at cum tuis cum diſſeras*. Urſin.

Ib. *Teſtes* excitamus] Urſini liber *teſtes citamus*, et hoc, ſive fit ex conjectura ſeu MSto debeatur, lubens accipio. Supra cap. xix. *Cum, datis teſtibus, alii tamen citarentur.* Phædrus lib. i. Fab. xvii. 4. *Lupus* citatus teſtis *non unum modo Deberi dixit, verum affirmavit decem.* Arnobius lib. iv. pag. 173. Si teſtem *ipſum* citetis *Jovem*. Lactantius Div. Inſt. lib. i. cap. v. 2. *Veniamus ad auctores, et eos ipſos ad veri probationem* teſtes citemus, *quibus contra nos uti ſolent.* Sic etiam lib. vii. cap. xiii. 1. *Davies.*

[g] *Nunc vero*] Aptius ad ſententiam *nec vero*; itaque ſcriptum video in antiquo libro. Nec

Digitized by Google

niam hæc nos etiam tractare cœpimus, ſuppeditabit nobis Atticus noſter ex theſauris ſuis [h] quos et quantos viros! [habere teſtium ſat eſt.] Nonne melius eſt de his aliquid, quam tantis voluminibus [i] de The-

vero, inquit, Atticus licet Epicuro deditus de ſuis hiſtoriarum libris promere poterit claros viros, qui ſummum bonum in voluptate poſuerint. Epicuri autem in hæreſi Atticum fuiſſe lib. v. de Fin. et lib. xiii. Epiſt. i. et ex Epiſtolis ad ipſum docemur. *P. Manucius.*

Ib. Nunc *vero—ſuppeditabit nobis Atticus noſter* ex *theſauris ſuis*] Aptius eſt ad ſententiam *nec vero*, quemadmodum putat P. Manucius. Ita ſane dant Pall. quatuor, Pariſ. tres, Elienſ. C. C. C. Balliol. et Ven. 1471. Mihi tamen ſollicitanda non videtur recepta lectio, quæ ſola loco convenit, quamque firmant Pall. pr. tert. et Med. Hoc ſcilicet εἰρωνικῶς eſt intelligendum. Ceterum vulgo legitur *de theſauris ſuis:* ſcripturam vero quam damus exhibent Elienſ. ſec. Med. et Pariſini tres. Cicero de Orat. ii. 53. *Jam illud perſpicuum eſt, omnium rerum in contrarias partes facultatem* ex iiſdem ſuppeditari locis. Ad Atticum lib. viii. Epiſt. i. *Si rem frumentariam ſibi* ex provinciis ſuppeditari *vellet.* Ita paſſim. Vide Lucretium i. 995. et Quinctilianum ii. 2. *Davies.*

[h] *Quos et quantos viros habere teſtium ſat eſt*] Quatuor ultimæ voces non comparent in Pal. pr. Scalig. Morel. ac Elienſ. et omnino delendæ ſunt, ut etiam Gruterus ſuſpicatus eſt. Nonnulli legunt *quot et quantos viros habere teſtes ſat eſt*, ut Latinitati conſulatur. Sed Codices non favent et frigidum prorſus eſt illud additamentum. *Idem.*

[i] *De Themiſta loqui*] Semper hic locus mihi fuerat antea ſuſpectus, non ſolum propterea quod quæ hic dicuntur, juxta vulgatam lectionem, pugnabant cum ſuperioribus, ut lector attentus facile et continuo perſpexerit: verum etiam quia veteres codices habent, pro *Themiſtocle, Themiſtio.* Itaque non dubitabam, quin aliud nomen, quam Themiſtoclis, hic eſſet reponendum. Sed cum, quo tempore prima Ciceronis editio a me tractabatur, nondum Themiſtam illam, mulierem Epicuream, quam commemorat Cicero in oratione in Piſonem, antea incognitam aperuiſſem; factum eſt, ut hic locus manſerit incuratus, minimeque purgatus. Nuper autem cum in eo eſſem, ut hanc ſecundam editionem molirer ac pararem, commodum Claudius Puteanus me admonuit, ſe, cum Romæ eſſet, a Mureto accepiſſe, ita a quodam, cujus nomen tacetur, eſſe emendatum ex v. c. *Themiſta*; quo modo certo ſcio, me, cum ad hunc locum perveniſſem, fuiſſe mea ſponte repoſiturum: facile cum vidiſſem, hic ſignificari mulierem illam, de qua tam multa collegiſſem in commentationibus in Æmilium Probum, et in his ipſis notis Ciceronianis, ad locum illum,

Digitized by Google

mista loqui? Sint ista Græcorum; quamquam ab his philosophiam et omnes ingenuas disciplinas habemus: sed tamen est aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis. Pugnant Stoici cum Peripateticis. Alteri negant quicquam esse bonum, nisi quod honestum sit: alteri, plurimum se, et longe longeque plurimum tribuere honestati, sed tamen et in corpore et extra esse quædam bona. Et certamen honestum et disputatio splendida: omnis est enim de virtutis dignitate contentio. [k] At cum tuis cum differas, multa sunt audienda etiam de obscœnis voluptatibus, de quibus ab Epicuro sæpissime dicitur. Non potes ergo ista tueri, Torquate, mihi crede, si te ipse, [l] si tuas cogitationes et studia perspexeris: pudebit te, inquam, illius tabulæ, quam Cleanthes, sane commode, [m] verbis pingere solebat. Jubebat eos, qui audiebant, secum ipsos [n] cogitare pictam in tabula

qui est in orat. in Pisonem [c. 26.] *Nec vero contemsisti, licet sis Themista sapientior.* Quem locum alii corruptum esse existimarunt, in his Turnebus: alii inepte, et ridicule explicarunt. *Lambinus.*

lb. *De* Themista *loqui*] Sic optime restituit Lambinus; ac ejus emendationem stabiliunt MSS. Scalig. et Pal. pr. isque quem memorat Gisanius tom. ii. Syll. Burm. p. 308. At Elienf. C. C. C. et Balliol. *de* Themistocle *loqui*; nec aliter editi veteres: Pall. autem quinque, cum Parisinis tribus, *de Themistio*, quod vero proximum. De Themista vide Menagium in Hist. Mulierum Philos. §. lxix. *Davies.*

[k] *At cum tuis* cum *differas*] Hæc est omnium Codicum lectio, nisi quod Pal. pr. ab emendatoris manu det *tu desseras*, quod Grutero placet. Ursinus autem reponit *at cum tuis si disseras.* Non equidem video cur quicquam novaretur. *Davies.*

[l] Si *tuas cogitationes et studia*] Vulgo *et tuas cogitationes.* Multo concinnior est ea lectio, quam nos Elienfi pr. debemus. *Idem.*

[m] *Verbis* pingere *solebat*] Vulgo *depingere*; quod nolunt Elienf. Med. et Balliol. *Idem.*

[n] *Cogitare pictam in tabula voluptatem*] Augustinus C. D. lib. v. cap. 20. *Solent philosophi, qui finem boni humani in ipsa virtute constituunt, ad ingerendum pudorem quibusdam philosophis, qui virtutes quidem probant sed eas voluptatis corporalis fine metiuntur, et illam per seipsam putant appetendam, istas propter ipsam, tabulam quamdam verbis pingere, ubi voluptas in sella regali quasi delicata quædam regina considat, eique virtutes famulæ subjiciantur, observantes ejus*

Digitized by Google

voluptatem, pulcherrimo veſtitu et ornatu regali, in ſolio ſedentem; præſto eſſe virtutes, ut ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum ſuum officium ducerent, niſi ut voluptati miniſtrarent, [o] et eam tantum ad aurem admonerent, (ſi modo id pictura intellegi poſſet) ut caveret, [p] nequid faceret inprudens quod offenderet animos hominum, aut quicquam e quo oriretur aliquis dolor: nos quidem virtutes, ſic natæ ſumus, ut tibi ſerviremus; aliud negotii nihil habemus.

XXII. At negat Epicurus (hoc enim veſtrum lumen eſt) quemquam, qui honeſte non vivat, jucunde poſſe vivere. [q] Quaſi ego id curem, quid ille aiat aut neget: illud quæro, quid ei, [r] qui in voluptate ſummum bonum ponat, conſentaneum ſit dicere. Quid adfers, [s] cur Thorius, cur C. Hirrius Poſtumius,

mutum, ut faciant quod illa imperaverit &c. Ad hanc tabulam tectius adludit Seneca de vit. beat. capp. xi. et xiv. *Davies.*

[o] *Et eam tantum ad aurem admonerent*] Corrigendum, auctore libro manuſcripto, *et ea tamen ad aurem* &c. *Urſin.*

[p] *Ne quid* faceret *imprudens*] Vulgo *perficeret*. Lectionem noſtram dant optimus ille Pal. pr. Elienſ. ſec. et C. C. C. *Davies.*

[q] *Quaſi ego——neget*] Laudat Nonius in *aiat*. Idem.

[r] *Qui in voluptate ſummum bonum* ponat] Sic. Pal. pr. approbante Grutero; quod ob Codicis illius præſtantiam recepi. Vulgo *putat*, et hoc omnes noſtri retinent, unde facili conjectura legi potuit, *qui* voluptatem *ſummum bonum putat*. Sed, ut dixi, lancem deprimit optimi MSti pondus. Vide cap. xxvii. *Idem.*

[s] *Cur Thorius, Poſtumius, Curius, cur omnium magiſter Orata*] Huic loco ſtellula in Aldinis appoſita eſt. Putavi autem aliquando commode corrigi poſſe, ſi pro *Curchius* legeretur *Orchius*; quod eſt familiæ Romanæ nomen ſatis notum. Sed incidi poſtea in manuſcriptum librum qui haberet *cur Chirus*, unde conjecturam feci *cur C. Hirrus* emendari debere. C. enim Hirrus murænarum vivarium primus excogitavit, ut ſcribit Varro lib. iii. R. R. [c. 17.] et Plinius lib. ix. cap. 55. *Urſin.*

Ib. *Cur Chius*] Appoſui notam, quam ad mendas indicandas conſuetudo jam recepit. Antiquus liber nihil mutat; hiſtoria nihil, equidem quod meminerim, ſuppeditat. Quattuor puto colligi Epicureos, L. Thorium Balbum Lanuvinum, de quo proxime mentio facta eſt; Poſtumium, quem ignoramus; Curium tertio loco ſi ponamus, (nec tamen *Curius a*

Digitized by Google

cur [t] omnium horum magister, Orata, non jucundissime vixerit? Ipse negat, ut ante dixi, luxuriosorum vitam reprehendendam, nisi plane fatui sint, id est, [u] nisi aut cupiant aut metuant: quarum ambarum rerum cum medicinam pollicetur, luxuriæ licentiam pollicetur; [x] his enim rebus detractis, negat se reperire in asotorum vita quod reprehendat. Non igitur potestis voluptate omnia dirigentes, aut tueri aut retinere virtutem: nam nec vir bonus ac justus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab injuria. Nosti credo illud,

[y] *Nemo pius est, qui pietatem——*

Cave quicquam putes esse verius: nec enim, dum metuit, justus est; et certe, si metuere destiterit, non

cur Chius longe distat) eum esse dicemus de quo legimus in Pediano versiculum istum Calvi,

Et talis Curius pereruditus.

C. vero Sergius Orata nominatur a Cicerone lib. iii. Offic. [cap. 16.] et Valerio lib. ix. cap. 1. *P. Manucius.*

Ib. *Cur Thorius, cur C. Hirrius Postumius*] Vulgo *cur Thorius Postumius, cur Chius.* At cum Pal. pr. habeat *cur Thorius, cur Chius Postumius*; Elienf. autem fec. *cur Chireus Postumius*; qua de caussa vitiosam plane scripturam locum suum paterer obtinere, nec optimam Jos. Scaligeri διόρθωσιν reciperem, equidem fui nescius. *Davies.*

[t] *Omnium horum magister*] Secundam vocem male prætermittunt C. C. C. Med. et Baliol. Legerim vero *hominum horum magister* &c. *Idem.*

[u] *Nisi* aut *cupiant* aut *metuant*] M. Meibomius ad Laertii x. 142. reponit, *nisi* et *cupiant* et *metuant*. Non accedo, renitentibus MSStis: licet enim qui cupit et metuit, utique sit infelix; non tamen, opinor, pro Epicuri mente beatus est, qui vel hac vel illa sit affectus perturbatione. Vide supra cap. vii. *Idem.*

[x] *His enim* rebus *detractis*] Vox *rebus* non est in MSto, neque videtur necessaria. *Ursin.*

[y] *Nemo pius est, qui pietatem cavet*] *Qui pie metu aget* legebat amicus meus, homo doctissimus. *Idem.*

Ib. Nemo pius est qui pietatem—*Cave quicquam* &c.] Expressi fidenter quod erat in Pal. pr. quod meminissem Tullium sæpe dimidiatos laudare versus, quasi proverbiales. Et alioquin illud *cavet*, quod addebant editiones aliæ, nihil in se continet, quo sensui melius sit. Fulvii Ursini amicus conjiciebat, *qui pie metu aget*: Gulielmius vero, *qui pietatem metu capit*: Scaliger, *Nemo pius est, qui piet. Atem cavet.* GRUTERUS.

Digitized by Google

erit: [z] non metuet autem, sive celare poterit, sive opibus magnis, quicquid fecerit, obtinere; certeque malet existumari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur. Ita, [a] quod certissimum est, pro vera certaque justitia simulationem nobis justitiæ traditis; præcipitisque quodammodo, ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. Quæ dici eadem de ceteris virtutibus possunt: quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tamquam in aqua, ponitis. Quid enim? fortemne possumus dicere eundem illum Torquatum? delector enim, (quamquam te non possim, ut ais, corrumpere) delector, inquam, et familia vestra et nomine: [b] et hercule mihi vir optumus noströque amantissimus, A. Torquatus, versatur ante oculos;

[z] *Non metuet autem, sive celare poterit, sive,* &c.] Sequor sententiam, et emendo: *Non metuet autem, sive celare poterit, sive opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere; certeque malet existimari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur.* Hanc correctionem ego in antiquo libro non vidi, sed Joannes Scala, homo gravis et certus, se vidisse testatur. Est autem hic *obtinere* pro tueri et defendere, ut in oratione pro Quintio. *Non ad mendacium obtinendum, sed ad verum probandum auctoritas adjuvat.* Omnino et Maffei vetustum exemplar habet, *sive opibus magnis*, non, *sive opibus majus*. P. Manucius.

Ib. *Sive celare poterit, sive opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere: certeque malet existimari*] Sic hunc locum ex antiquo codice emendavit Jo. Scala, ut refert Manutius: quam scripturam testificor me quoque in nostris antiquis codic. reperisse. In verbo *obtinere* repetendum ἀπὸ κοινοῦ *poterit*. Vulgata lectio porro, *sive celare poterit, sive opibus majus quidquam fecerit: certeque malet obtinere existimari* &c. plane mendosa est, oletque manum emendatoris audacis et imperiti, hoc est, corruptoris. *Lambinus.*

[a] *Quod* certissimum *est*] Lego *quod* nocentissimum *est*, quo modo sententiæ vis additur: nam *certissimum* jacet torpetque. Certe, *si omnium quæ in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est præstabilius, quam plane intelligi nos ad justitiam esse natos, neque opinione sed natura esse constitutum jus*, ut ait noster lib. i. Legg. cap. 10. qui *pro vera justitia simulationem justitiæ tradunt*, nocentissimam ferunt opinionem. *Davies.*

[b] *Et hercule* modo *vir optimus* &c.] Quidam legi volunt, *Et hercule* mihi *vir optimus* &c. quibus assentior. *Lambinus.*

cujus quantum ſtudium et quam inſigne fuerit erga me temporibus illis, quæ nota ſunt omnibus, ſcire neceſſe eſt utrumque veſtrum: quæ mihi ipſi, qui volo et eſſe et haberi gratus, grata non eſſent, niſi eum perſpicerem mea cauſſa mihi amicum fuiſſe, non ſua: niſi hoc dicis ſua, quod intereſt omnium recte facere: ſi id dicis, vicimus: id enim volumus, id contendimus, ut officii fructus, ſit ipſum officium. Hoc ille Tuus non volt, omnibuſque ex rebus voluptatem, quaſi mercedem, exigit. Sed ad Illum redeo. Si voluptatis cauſſa cum Gallo apud Anienem depugnavit provocatus, et ex ejus ſpoliis [c] ſibi et torquem et cognomen induit, [d] ullam aliam ob cauſſam, niſi quod ei talia facta digna viro videbantur; fortem non puto. Jam ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi, uno verbo, temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coercebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur; [e] quod adulterium, quod ſtuprum, quæ libido non ſe pro-

[c] *Sibi et torquem et cognomen induit*] Boetius Conſ. Phil. lib. ii. Proſ. 7. *Qui non ad veræ virtutis uſum, ſed ad ſuperbam gloriam, falſum ſibi philoſophi* nomen induerat. Sic etiam Florus lib. iv. cap. iv. 4. *Octavius Cæſar, ætate et injuria favorabilis, et* nominis *majeſtate* quod ſibi induerat, *revocatis ad arma veteranis, privatus* (*quis crederet?*) *Conſulem aggreditur.* Idem lib. i. cap. xi. 9. *Coriolos quoque* (*pro pudor*) *victos adeo gloriæ fuiſſe, ut* captum oppidum C. Marcius Coriolanus *quaſi* Numantiam *aut* Africam nomini *induerit.* Plures MSSti *nomen induerit.* Lego *ut*, capto oppido, C. Marcius Coriolani, *quaſi* Numantini *aut* Africani, *nomen induerit.* Davies.

[d] Nullam *aliam ob cauſſam*] Admonitus ab ipſa ſententia *ullam* repoſui. *P. Manucius.*

Ib. Ullam *aliam ob cauſam*] Vulgo *nullam*, quod Gruterus peſſime tuetur. *Ullam* certe, prout edidimus P. Manucium Lambinumque duces ſecuti, poſtulant ratio loquendique conſuetudo. *Davies.*

[e] Quod *adulterium*, quod *ſtuprum*, quæ *libido non ſe proripiet*] Opinor legendum, *quo adulterium, quo ſtuprum, quo libido non ſe proripiet.* Virgilius Eclog. iii. 19.

Et cum clamarem, Quo *nunc* ſe proripit *ille?*
Ubi Servius: Proripit, *ingerit, immittit.* Et Æn. v. 741.

Æneas, *Quo deinde ruis?* quo proripis? *inquit.*

Plautus Capt. Act. iii. Sc. iv. 1. *Quo illum nunc hominem proripuiſſe foras ſe dicam ex ædibus?* Hinc emendandus videtur Agellius N. A. xv. 22. *Ea cerva —— feſtinatione et tumul-*

Digitized by Google

ripiet ac projiciet, [f] aut occultatione propoſita, aut inpunitate et licentia? Quid? Illud, Torquate, quale tandem videtur, te iſto nomine, ingenio, gloria, quæ facis, quæ cogitas, quæ contendis, quo referas, cujus rei cauſſa perficere, quæ conaris, velis, [g] quid optumum denique in vita judices, non audere in conventu dicere? quid enim mereri velis jam, [h] cum tu magiſtratum inieris, et in concionem adſcenderis, (eſt enim tibi edicendum, quæ ſis obſervaturus in jure dicendo: et fortaſſe etiam, ſi tibi erit viſum, aliquid de majoribus tuis et de te ipſo dices, more majorum) quid merearis igitur, ut te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſſa facturum eſſe, teque nihil feciſſe in vita, niſi voluptatis cauſſa. An me, inquis, tam amentem putas, ut apud inperitos iſto modo loquar? At tu eadem iſta dic in judicio, aut, ſi coronam times, dic in ſenatu. Numquam facies. [i] Cur? niſi turpis eſt oratio. Mene ergo et Triarium dignos exiſtumas, apud quos turpiter loquare?

XXIII. Verum eſto: verbum ipſum voluptatis non habet dignitatem; [k] nec nos fortaſſe intellegimus: hoc enim identidem dicitis, non intellegere nos, voluptatem quam dicatis. [l] Rem vides diffici-

tu conſternata in fugam ſe prorupit. Lego *proripuit*. Vide ſis Cæſarem B. C. ii. 12. *Davies*.

[f] *Aut occultatione propoſita, aut impunitate* et *licentia*] Vulgo *aut licentia*. Sed illud a Tullii manu fuiſſe docet ipſe Tullius. Sic in Bruto cap. xci. *Superfluentes juvenili quadam dicendi* impunitate et licentia *reprimeret*. Et pro Milone c. xxxi. *Vinceretur que ab eo, quem ſi viciſſet, habiturus eſſet* impunitatem et licentiam *ſempiternam*. Agellius N. A. xi. 18. *De* impunitate *peculatus* atque licentia *conqueritur*. Quin et Lambinus edidit *impunitate* ac *licentia*, quod eodem redit. *Idem*.

[g] Quid *optimum denique*] Vulgo *quod*. Sed Lambinus recte *quid* edidit; ac ita diſerte Pariſ. tert. *Idem*.

[h] *Cum* tu *magiſtratum inieris*] Vulgo deeſt vocula ſecunda quam nos ex Elienſ. Med. et editione Victoriana recepimus. *Idem*.

[i] *Cur? niſi turpis eſt oratio*] Vulgo *cur, niſi* quod *turpis eſt oratio?* Nos fide trium Pariſinorum *quod* expunximus. *Idem*.

[k] *Nec* nos *fortaſſe intelligimus*] Lego *nec* vos *fortaſſe intelligimus*, ut habet editio Victoriana. *Idem*.

[l] *Rem vides*] Pro *vides* ſi *videlicet* legatur, concinnius erit:

lem et obſcuram. Individua cum dicitis et intermundia, quæ nec ſunt ulla nec poſſunt eſſe, intellegimus; voluptas, quæ paſſeribus omnibus nota eſt, a nobis intellegi non poteſt? Quid ſi efficio ut fateare me non modo, quid ſit voluptas, ſcire, (eſt enim jucundus motus in ſenſu) ſed etiam quid eam tu velis eſſe? tum enim eam ipſam vis, quam modo ego dixi; et nomen inponis, in motu ut ſit, et faciat aliquam varietatem; tum aliam quandam ſummam voluptatem, cui addi nihil poſſit: eam tum adeſſe, eum dolor omnis abſit, eamque ſtabilem adpellas. Sit ſane iſta voluptas. Dic in quovis conventu, te omnia facere, ne doleas; ſi ne hoc quidem ſatis ample, ſatis honeſte dici putas, dic te omnia et in iſto magiſtratu et in omni vita utilitatis tuæ cauſſa facturum, nihil niſi quod expediat, nihil denique niſi tua cauſſa; quem clamorem concionis, aut quam ſpem conſulatus ejus, qui tibi paratiſſimus eſt, futuram putes? [m] Eamne rationem igitur ſequere, qua tecum ipſe et cum tuis utare, profiteri autem et in medium proferre non audeas? At vero illa, quæ Peripatetici, quæ Stoici dicunt, ſemper tibi in ore ſunt, in judiciis, in ſenatu; [n] officium, æquitatem, dignitatem, fidem, recta, honeſta, digna imperio, digna populo Romano, [o] omnia pericula pro republica, mori pro patria. Hæc

neque tamen magna mutatio fiet: nam in antiquis libris pro *videlicet* ſcriptum quandoque animadverti *videl.* quandoque etiam *vid.* P. Manucius.

Ib. *Rem* vides *difficilem*] Forte *rem* video *difficilem*. Davies.

[m] *Eamne rationem* igitur ſequere] Hæc eſt Pal. primi ſcriptura, quam commendat libri præſtantia. Vulgo *eamne rationem ſequare*. Sed Elienſ. ſec. *eamne* igitur *rationem ſequare*: quod a noſtro legendi modo non multum diſtat. *Idem.*

[n] *Officium, æquitatem, dignitatem, fidem*] Lambino placet *officium, æquitas, dignitas, fides*; nec aliter pro communi ſyntaxeos ratione ſcribere potuit Cicero. Forſan tamen interpunctione juvandus eſt locus, diſtinguendumque, *At vero illa, quæ Peripatetici, quæ Stoici dicunt, ſemper tibi in ore ſunt in judiciis, in ſenatu. Officium, æquitatem, dignitatem, fidem——mori pro patria, hæc cum loqueris, nos* &c. *Idem.*

[o] *Omnia pericula pro rep.*] Legendum puto, *omnia pericula* adire *pro rep.* Lambinus.

Digitized by Google

cum loqueris, [p] nos barones ſtupemus; tu videlicet tecum ipſe rides: nam inter iſta tam magnifica verba tamque præclara non habet ullum voluptas locum, non modo illa, [q] quam in motu eſſe dicitis, quam omnes urbani, ruſtici, omnes, inquam, qui Latine loquuntur, voluptatem vocant; ſed ne hæc quidem ſtabilis, quam, præter vos, nemo adpellat voluptatem.

XXIV. [r] Vide igitur, ne non debeas verbis noſtris uti, ſententiis tuis. Quod ſi voltum tibi, ſi inceſſum fingeres, quo gravior viderere, non eſſes tui ſimilis; [s] verba tu fingas, et ea dicas quæ non ſentias, aut etiam, ut veſtitum, ſic ſententiam habeas aliam domeſticam, aliam forenſem, ut in fronte oſtentatio ſit, intus veritas occultetur? Vide, quæſo, rectumne ſit. Mihi quidem hæ veræ videntur opiniones, quæ honeſtæ, quæ laudabiles, quæ glorioſæ, quæ in ſenatu, quæ apud populum, quæ [t] in omni cœtu concilioque

[p] *Nos* varones *ſtupemus*] *Rivius* legendum putabat *nos bardi*, cum ſe in veteribus libris *nos barones* ſcriptum reperiſſe teſtaretur. Ad extremum tamen *varrones* probabat. Ego Turnebi ſententiam ſecutus, *varones* edendum curavi. *Varones* autem, id eſt, tardi, pingues, hebetes. Licet tamen legere etiam *varrones*. Lambinus.

Ib. *Nos* varrones *ſtupemus*] *Barones* Ven. de quo vocabulo in annotationibus ſuis ad Epiſtolas Ciceronis P. Victorius copioſe diſſeruit. *Camerarius.*

Ib. *Nos* barones *ſtupemus*] Sic recte MSSti. *Baro* ſtupidum ſtultumque denotat. Vide Petr. Victorium ad lib. ix. Fam. Epiſt. 26. J. G. Græv. in lib. v. ad Attic. Epiſt. xi. et nos ad Hirtii B. Alex. cap. 53. *Dav.*

[q] *Quam in motu eſſe dicitis*] Haſce voces non agnoſcit Elienſ. pr. eaſque gloſſema puto. Vide ſupra cap. vii. *Idem.*

[r] *Vide* igitur, *ne non debeas*] Vulgo deeſt *igitur*; quod nos ex Pal. pr. et Elienſ. ſec. adjecimus. *Idem.*

[s] *Verba* tu *fingas—rectumne ſit*] Locus ab interpunctione, niſi fallor, laborat, et librariorum vitio minus recte legitur. Reſcribo, *verba* ut *fingas et ea dicas quæ non ſentias*; *aut etiam ut veſtitum*, (Lambinus *ut veſtem*) *ſic ſententiam habeas aliam domeſticam, aliam forenſem, ut in fronte* (forſan *et in fronte*) *oſtentatio ſit, intus veritas occultetur*; *vide quæſo rectumne ſit.* In editione quidem Victoriana diſtinctionem recte poſitam video. Sed Lambinus, Brutus et Aldus nepos, ut recentiores. *Davies.*

[t] *In omni cœtu concilioque* profitendæ *ſint*] Vulgo *proferendæ*; quod nec ipſum male ſe habet. Cum vero Tullii verba dare ſtudeamus; exprimendus videba-

Digitized by Google

profitendæ sint; ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere. Amicitiæ vero locus ubi esse potest, aut quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter ipsum? [u] quid autem est amare, e quo [x] nomen amicitiæ ductum est, nisi velle bonis aliquem adfici quam maxumis, etiam si ad se ex iis nihil redeat? [y] Et prodest, inquit, mihi eo esse animo. Immo videri fortasse; [z] esse enim, nisi eris, non potes. Qui autem esse poteris, nisi te amor ipse ceperit? quod non [a] subducta utilitatis ratione effici solet, sed [b] ipsum ex se oritur et sua sponte nascitur. At enim sequor utilitatem. Manebit ergo amicitia tam diu, quam diu sequetur utilitas; et, si utilitas amicitiam constituet, tollet eadem. Sed quid ages tandem, si utilitas ab amicitia (ut fit sæpe) defecerit? relin-

tur emendatissimus et vetustissimus ille Pal. primus; nec aliter habent MS. Scalig. et Elienſ. pr. *Davies.*

[u] *Quid* autem *est amare*] Lego *quid* enim *est* &c. *Idem.*

[x] *Nomen amicitiæ ductum est*] Vulgo *nomen ductum amicitiæ est.* Ordinem quem damus, retinent Elienſ. uterque, Pariſ. tres, Med. Balliol. et editio Victoriana. *Idem.*

[y] *Et quidem prodest*] Antiqui libri alii habent, *Quid prodest*; alii, *Et quid prodest.* Emendo, *Ecquid prodest:* ut periodus interrogationis nota terminetur. *P. Manucius.*

Ib. *Et prodest*, inquit, *mihi*] Vulgo *et* quidem *prodest*, inquis, *mihi.* Sed meliores Pall. et Balliol. ut edidimus. De penultimæ vocis usu plurima notaverunt viri doctissimi. Vide J. Fr. Gronovium ad Livii xxxiv. 3. ac ad Senecæ de Ira ii. 12. Rich. Bentleium ad Horatii lib. i. Eclog. iv. 79. et interpretes ad Phædri lib. iii. Prol. vs. 4. Victorius edidit. *Quid? prodest* &c. Sane *quid* exhibent Elienſ. uterque. Sic etiam Med. ac C. C. C. in quibus porro legitur *inquit.* Unde reſcribi queat, *Quin prodest, inquit, mihi.* Sed parum refert utram ſequamur rationem. *Davies.*

[z] *Esse enim*, nisi eris, *non potes*] *Nisi fis* habet MStus liber. *Urſin.*

[a] Subducta *utilitatis ratione*] Vulgo *sub dubia*, nec diſcrepant MSSti. Lambinum tamen ſequor. Is enim prior *subducta* dederat; et recte quidem, ut res ipſa docet. Ne vero poſthac in dubium vocetur hæc emendatio, ſic diſerte laudat Nonius in *subducere*; qui plura locutionis hujuſce ſuppeditabit exempla. *Davies.*

[b] *Ipsum* ex *se oritur*] Vulgo *a se*, contra quam volunt C. C. C. Med. Balliol. aliique MSSti ſimul ac editio Victoriana. *Idem.*

Digitized by Google

queſne? Quæ iſta amicitia eſt? retinebis? Qui convenit? [c] quid enim de amicitia ſtatueris [d] utilitatis cauſſa expetenda] vides. Ne in odium veniam, ſi amicum deſtitero tueri. Primum [e] cur iſta res digna odio eſt, niſi quod eſt turpis? Quod ſi, ne quo incommodo adficiare, non relinques amicum; [f] tamen, ne ſine fructu adligatus ſis, ut moriatur optabis. Quod ſi non modo utilitatem tibi nullam adferet, ſed jacturæ rei familiaris erunt faciundæ, labores ſuſcipiendi, adeundum vitæ periculum; ne tum quidem te reſpicies, et cogitabis ſibi quemque natum eſſe et ſuis voluptatibus? vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, [g] ut Pythagoreus ille fecit Siculo ty-

[c] *Quid enim de amicitia ſtatueris, vides*] Hæc verba, *utilitatis cauſa expetenda*, quæ deinceps poſt *ſtatueris* leguntur in libris vulgatis et nonnullis manuſcriptis, deleri juſſi, ut aliena et ex annotatione nata. *Lambinus.*

[d] *Utilitatis cauſa expetenda*] Tolle hoc: intelliges eſſe concinnius. Nec ſane requiritur a ſententia; et gloſſema puto fuiſſe. *P. Manucius.*

Ib. *Utilitatis cauſa expetenda*] Ineptum gloſſema, quod olim P. Manucius et D. Lambinus recte monuerunt. Iſthæc tamen verba Grutero tollere videntur, invitis MSStis et auctoris mente; quod Epicureorum hoc erat nihil facere niſi utilitatis ſuæ cauſa. Sed Epicureorum ſententiam paullo ante declararat noſter, ut hic eam repetere putidum fuerit; et hoc totum prætermittit Elienſ. pr. *Davies.*

[e] *Num quid eſt, niſi quod turpe eſt?*] Sic legendum eſt, libris omnibus invitis, ſententia ipſa flagitante, quæ talis eſt: num quid eſt odio dignum, inquit, niſi quod turpe eſt? Lambin. *Ibid.* Nimirum veteres editi dabant *cur iſta res digna odio eſt? Numquid eſt turpe niſi quod eſt? Si, ne quo* &c. Sed optime Gruterus ex Pal. primo locum reſtituit. Elienſ. etiam ſec. habet *cur iſta res digna odio eſt, niſi quod eſt turpis? Quod* ſive tuo *incommodo* &c. pro *ſi ne quo.* Vitioſe. *Davies.*

[f] *Tamen, ne ſine fructu alligatus ſis, ut moriatur optabis*] A comitate Ciceronis abhorret hæc oratio; nec tam ruſticus erat noſter et inhumanus, ut amicum talibus inſectaretur conviciis. Vide cap. xxv. Lego *tamen ne ſine fructu alligatus ſis, ut moriatur* non *optabis?* Hæc ἐρωτηματικῶς ſunt efferenda. *Idem.*

[g] *Ut Pythagoreus ille fecit Siculo tyranno*] Dicto poſtrema Grutero videtur adnotamentum ſcholiaſtis. Ego legerim, *ut Pythagoreus ille fecit?* deletis illis *Siculo tyranno.* Lactantius Div. Inſt. lib. v. cap. xvii. 22. *Quia ergo illi familiares Pythagorei lau-*

Digitized by Google

ranno? aut Pylades cum ſis, dices te eſſe Oreſtem, ut moriare pro amico? aut, ſi eſſes Oreſtes, Pyladem refelleres, te indicares? et, ſi id non probares, [h] quo minus ambo una necaremini, non precarere?

XXV. Faceres tu quidem, Torquate, hæc omnia: nihil enim arbitror magna laude dignum, quod te prætermiſſurum credam aut mortis aut doloris metu. Non quæritur autem, quid naturæ tuæ conſentaneum ſit, ſed quid diſciplinæ. Ratio iſta quam defendis; præcepta quæ didiciſti, quæ probas, funditus evertunt amicitiam; quamvis eam Epicurus, ut facit, in cælum efferat laudibus. At coluit ipſe amicitias. [i] Quaſi quis illum neget et bonum virum et comem et humanum fuiſſe! De ingenio ejus, in his diſputationibus, non de moribus quæritur. Sit iſta in Græcorum levitate perverſitas, qui maledictis inſectantur eos, a quibus de veritate diſſentiunt. Sed quamvis comis in amicitiis tuendis fuerit, tamen, ſi hæc vera ſunt, (nihil enim adfirmo) non ſatis acutus fuit. At multis ſe probavit. Et quidem jure fortaſſe: ſed tamen non graviſſimum eſt teſtimonium multitudinis: [k] in omni enim arte, vel ſtudio, vel quavis ſcientia,

dantur a vobis? quorum alter ſe tyranno vadem mortis pro altero dedit, *alter ad præſtitutum tempus* &c. De Damone loquuntur et Phintia, de quibus fuſe nos ad Tuſc. v. 22. *Davies.*

[h] *Quo minus ambo una necaremini non precarere*] Sententia poſtulat *aut, ſi id non probares, quo vos ambo una necaremini, comprecarere?* hoc enim modo ſe geſſiſſe perhibebatur Oreſtes: Vide ſis infra lib. v. cap. 22. Totam vero ἐπῳδὴν, *et ſi id—non precarere.* more ſuo Guyetus ſuppoſiticiam cenſet. *Idem.*

[i] *Quaſi quis illum neget*] Pariſ. tert. *qui quaſi illum negat.* Et ſic ultimam vocem dat Balliol. Med. *Quis* quaſi *illum negat.* Forte *quis*, quæſo, *illum* negat *et bonum virum et comem et humanum fuiſſe?* Idem.

[k] *In omni enim arte, vel ſtudio, vel* quavis *ſcientia,* vel *in ipſa virtute, optimum quidque rariſſimum* eſt] Librariorum flagitia, niſi fallor, hic video: cum enim prius dixerat *in* omni *arte vel ſtudio*; quid eſt cur in ſequentibus verbis *quavis* inferciatur? Deinde *vel in ipſa virtute* mihi non placet, quod languidum videatur. Lego *in omni enim arte vel ſtudio vel ſcientia,* ut *in ipſa virtute, optimum quidque rariſſimum.* Illud *eſt,* quod annectitur, recte prætermittunt Elienſ. uterque nec non editio Victoriana. *Idem.*

Digitized by Google

vel in ipsa virtute, optumum quidque rariſſimum eſt. Ac mihi quidem, quod et ipſe bonus vir fuit, et multi Epicurei fuerunt et hodie ſunt et in amicitiis fideles et in omni vita conſtantes et graves, nec voluptate, ſed officio conſilia moderantes, hoc videtur major vis honeſtatis, et minor voluptatis: ita enim vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio: atque ut ceteri exiſtumantur dicere melius, quam facere; ſic hi mihi videntur facere melius, quam dicere. Sed hæc nihil ſane ad rem.

XXVI. Illa videamus, quæ a te de amicitia dicta ſunt: e quibus unum mihi videbar ab ipſo Epicuro dictum cognoſcere, [l] amicitiam a voluptate non poſſe divelli, ob eamque rem, colendam eſſe, quod ſine ea tuto et ſine metu vivi non poſſet, [nec jucunde quidem poſſet.] Satis eſt ad hoc reſponſum. Adtulisti aliud humanius horum recentiorum, numquam dictum ab ipſo illo, quod ſciam: [m] primo utilitatis cauſſa amicum expeti; cum autem uſus acceſſiſſet, tum ipſum amari propter ſe, etiam [n] omiſſa ſpe voluptatis.

[l] *Amicitiam a voluptate non poſſe divelli, ob eamque rem colendam eſſe, quod ſine ea tuto et ſine metu vivi non poſſet, nec jucunde quidem poſſet*] Quanto rectius hoc modo, *quod* si *ſine ea tuto et ſine metu vivi non poſſet, nec jucunde quidem poſſet*. Prosedit enim argumentum: Ubi tuto non vivitur, jucunde vivi non poteſt: Sed ſine amicitia tuto non vivitur: Ergo ſine amicitia jucunde vivi non poteſt. *P. Manucius.*

Ib. *Quod ſine ea tuto et ſine metu vivi non poſſet, nec jucunde quidem poſſet*] P. Manucius legit, *quod*, ſi *ſine ea tuto et ſine metu vivi non poſſet, nec* (potius *ne*) *jucunde quidem poſſet*. Hanc tamen conjecturam, licet ut ſe verba nunc habent, admodum probabilis ſit, eſſe vanam docuit Pariſ. ſec. qui voces illas, *nec jucunde quidem poſſet*, omnino neſcit. Iis itaque deletis, lege, *amicitiam a voluptate non poſſe divelli, ob eamque rem colendam eſſe, quod ſine ea tuto et ſine metu vivi non poſſet. Satis eſt* &c. Nihil, videas, ſententiæ deeſt, et illa quæ cinximus uncinis importunum ſunt gloſſema. Vide lib. i. cap. 20. *Davies.*

[m] *Primo utilitatis cauſa* &c.] Aut legendum eſt hic *voluptatis*, aut paullo poſt, *ſpe utilitatis*. Lambinus.

[n] *Omiſſa ſpe* voluptatis] Elienſ. pr. *utilitatis*, ut voluit Lambinus. At paullo poſt omnes Codices habent *nulla exſpectata nec quæſita* voluptate, non *utilitate*, quod vir ille doctiſſi-

Digitized by Google

Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen [o] accipio quod dant: mihi enim satis est, ipsis non sátis: nam aliquando posse recte fieri dicunt, nulla exspectata nec quæsita voluptate. Posuisti etiam, dicere alios, fœdus quoddam inter se facere sápientes, ut quemadmodum sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos: id et fieri posse et sæpe esse factum, et ad voluptates percipiendas maxume pertinere. Hoc fœdus facere si potuerunt, [p] faciant et illud, ut æquitatem, modestiam, virtutes omnes per se ipsas gratis diligant. At vero si fructibus et emolumentis et utilitatibus amicitias colemus; si nulla caritas erit, quæ faciat amicitiam ipsam sua sponte, vi sua, ex se et propter se expetendam; [q] dubium est, quin fundos, et insulas amicis anteponamus? Licet hic rursus ea commemores, quæ optumis verbis ab Epicuro de laudibus amicitiæ dicta sunt; non quæro, quid dicat, sed quid convenienter possit rationi et sententiæ suæ dicere. Utilitatis caussa amicitia est quæsita. Num igitur utiliorem tibi hunc Triarium putas esse posse, [r] quam tua sint Puteolis granaria? Conlege omnia,

mus reponebat. Revera *voluptas* et *utilitas* Epicuro voces sunt ἰσοδύναμοι, et iis promiscue Tullius utitur cum de Gargettii philosophi dogmatibus agit. Vide modo supra i. 20. et infra cap. 35. Nihil itaque contra plerorumque Codicum fidem mutaverim. *Davies.*

[o] *Accipio quod dant*] Sic optime Pall. ille primus. Vulgo *dat*. Incommode. Si tamen ex Med. legas *accipio quod datur*, haud equidem reniterer. *Idem.*

[p] *Faciant* et *illud*] Sic Paris. tert. Vulgo *faciant* etiam *illud*. C. C. C. dat *faciant* et etiam *illud*, utraque lectione conjuncta. *Idem.*

[q] *Dubium est*] Elienf. unus et Med. *dubium* non *est*; ac tum demum tollenda est interrogationis nota. Sed perinde est utro modo legas. *Idem.*

[r] *Quam sint tua Puteolis granaria?*] Muretus lib. vii. cap. xx. Var. Lect. ex codicis veteris auctoritate corrigit *granaria*, ubi vulgati habent *gramina*. Et vero etiam in aliquot codicibus antiquis sic scriptum reperi. *Lambinus.*

Ib. *Quam si tua sint Puteolis gramina*] Sic omnes, quos ego quidem viderim, antiqui libri: nec mihi tamen ulla ratio persuaserit scripsisse Ciceronem *gramina*. Cur ita credam, elegantiore præditis ingenio et accurata legendi Ciceronis consuetudine tritas aures habentibus non arbitror obscurum esse pos-

Digitized by Google

quæ ſoletis; præſidium amicorum. Satis eſt tibi in te, ſatis in legibus, [s] ſatis et in mediocribus amicitiis præſidii: jam contemni non poteris: odium autem et invidiam facile vitabis; ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur. [t] Et tamen tantis vectigalibus ad liberalitatem utens, etiam ſine hac Pyladea amicitia, multorum te benevolentia præclare et tue-

ſe. Fateor autem, cum emendare ſim conatus, minime rem e ſententia ſucceſſiſſe; et eſt omnino difficilius, verum invenire quam falſum indicare. Tantum illud, ſtudio veritatis, aperte ſignificandum putavi, nec mihi locum videri carere mendo, neque eorum, qui emendare conati ſunt, ſententiam valde probari. *P. Manucius.*

Ib. *Quam tua ſint Putéolis granaria*] Vulgo *quam ſi tua ſint* &c. Sed illud *ſi* non agnoſcit Pariſ. ſec. ideo cum Mureto Lambinoque delevi. Licet autem plerique MSSti *gramina* repræſentent, tamen Pal. tert. et Elienſ. *granaria*. Recte. Vide J. Fr. Gronovium Obſerv. ii. 2. *Davies.*

[s] *Satis et in mediocribus amicitiis præſidii: contemni jam non poteris*] Aliter eſt in MSto, ſed non ita recte, *ſatis et in mediocribus amicitiis: præſidium jam contemnere poteris.* Urſin.

Ib. *Satis et in mediocribus amicitiis præſidii: jam contemni non poteris*] Noſtri codices, ut Urſinianus ille, dant *ſatis et in mediocribus amicitiis:* præſidium *jam* contemnere *non poteris*; niſi quod Pariſ. tres *precium contemnere.* Omnes tamen male. Cum vero Pal. pr. in reliquis vulgata lectione ſervata det *ſatis et in mediocribus amicitiis præſidium*; illius auctoritati non equidem repugnarim. Eadem fuit Gruteri mens. Hujuſce locutionis exempla congeſſimus ad lib. i. Legg. cap. 10. *Davies.*

[t] *Et tamen tantis vectigalibus ad liberalitatem utens, etiam ſine hac* &c.] Vulgo *et tamen* non *tantis vectigalibus ad* libertatem *utens, etiam ſine hac* &c. At *non* deeſt in Pal. pr. Scalig. et Elienſ. eamque particulam furcillis ejiciendam recte ſtatuit Gruterus. At idem vir doctus male rem geſſit, cum *libertatem* fide Pall. ſuorum dederit. Nam *liberalitatem* flagitat ſenſus, ac ſic habent Elienſ. ſec. et Pariſ. tert. ne libros editos Victorii, Lambini, aliorum memorem. Fruſtra vero J. Fr. Gronovius ex iis Codicibus, qui *libertatem* repræſentant, *ubertatem* repoſuit: nam *libertas* et *liberalitas* in MSStis non raro confunduntur. Sic Tuſc. v. 32. recte legitur, *ne aſpernari regis* liberalitatem *videretur.* At Med. aliique nonnulli *libertatem* præ ſe ferunt. Mirum tamen videatur quod omnes noſtri pertinaciter exhibeant *utens eis ſine hac Pyladea amicitia*, prout etiam Victorius in ſuis reperit. Forte Cicero ſcripſit, *et tamen tantis vectigalibus ad liberalitatem* uti viſ, *ſine hac*, &c. *Idem.*

Digitized by Google

here et munies. At quicum [u] joca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? tecum optume: deinde etiam cum mediocri amico. Sed fac ista esse [x] non inopportuna; quid ad utilitatem tantæ pecuniæ? Vides igitur, si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates [y] prædiorum fructuosorum mercede superari. Me ipsum igitur ames oportet, non mea, [z] si veri amici futuri sumus.

XXVII. Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus: perfecto enim et concluso neque virtutibus neque amicitiis usquam locum esse, si ad voluptatem omnia referantur; nihil præterea magno opere dicendum: attamen, ne cui loco non videatur esse responsum, pauca etiam nunc dicam ad reliquam orationem tuam. Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beate vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt; beate autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item contra, [a] miseriam omnem in dolore; id primum videamus, beate vivere vestrum quale sit. Atque hoc

[u] *Joca, seria, ut dicitur*] Hoc proverbium scriptoribus non est infrequens. Livius i. 4. *Cum his, crescente indies grege juvenum*, seria ac jocos *celebrare*. Plinius lib. ii. Epist. 13. *Cum hoc* seria, *cum hoc* joeos *miscui*. Ausonius Prof. Burdig. xvi. 4.

Tam seriorum *quam* jocorum *particeps*.

Vide sis et Minucium Felicem cap. 1. ac Prudentium Cathem. iii. 18. *Davies*.

[x] *Non inopportuna*] Sic optime conjecit Lambinus, eamque divinationem firmavit Pal. pr. Prius editi *non importuna*; quod et nostri Codices retinent. Vide de Orat. iii. 5. *Idem*.

[y] *Prædiorum* fructuosorum] Vulgo *pretiosorum*. Nostram lectionem repræsentant Parisi. tres, Med. Elienf. pr. Balliol. et editio Victoriana. Cicero pro S. Roscio c. xv. *Quid ais, Eruci? tot* prædia *tam pulchra, tam* fructuosa, *Sext. Roscius filio suo, relegationis ac supplicii gratia, colenda ac utenda tradiderat?* Vide Tuscul. ii. 5. pro Quintio c. 3. et Senecam Ep. xlii. *Id*.

[z] *Si veri amici* futuri *sumus*] Penultimam vocem non agnoscunt C. C. C. et Balliol. nec eam postulat oratio. *Idem*.

[a] *Miseriam omnem in dolore*] Sic Pal. pr. Scalig. Lambini vetus codex, ac Elienf. sec. eoque modo dedit Aldus nepos. Vulgo *omnem infelicitatem in dolore*. Idem.

Digitized by Google

dabitis, ut opinor, si modo sit aliquid [b] esse beatum, id oportere totum poni in potestate sapientis: nam, si amitti vita beata potest, beata esse non potest. Quis enim confidit [c] semper illud sibi stabile et firmum permansurum quod fragile et caduceum sit? Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando, amissis illis, sit miser: beatus autem esse in maximarum rerum timore nemo potest: nemo igitur esse beatus potest. Neque enim in aliqua parte, sed [d] in perpetuitate temporis vita beata dici solet: neque adpellatur omnino vita beata, nisi confecta atque absoluta: nec potest quisquam alias beatus esse, alias miser. Qui enim existumabit posse se miserum esse, beatus non erit: nam cum semel est suscepta beata vita, tam permanet, quam ipsa illa effectrix beatæ vitæ Sapientia; neque exspectat ultimum tempus ætatis: [e] quod Crœso scri-

[b] *Esse beatum*] C. C. C. *beatum esse.* Hæc autem verba suspicor ex adnotatione marginali nata. Certe si deleta sint, nihil desiderabit lector. *Videamus* beate vivere *vestrum quale sit. Si sit aliquid, id oportet poni in potestate sapientis.* Fatuus sit necesse est, qui, dempta prorsus illa cauda, de *beate vivendo* non videat agi. *Davies.*

[c] *Semper illud sibi stabile*] Vulgo *semper sibi illud stabile.* Nos ex C. C. C. meliorem dedimus ordinem verborum. *Idem.*

[d] *In perpetuitate temporis vita beata* dici *solet*] Vulgo *dusi*, quod Gruterus ex Pall. suis intrusit; ac ita dant Paris. tres, Elienf. Med. Balliol. et editio Victoriana. Cum tamen ea lectio sit incommoda, nos MStum C. C. C. et editos veteres plerosque cenfuimus exprimendos. *Idem.*

[e] *Quod Crœso scribit Herodotus*] Lib. i. cap. 32. et ex eo Tzetzes Chil. i. 43. Adde Plutarchum in Solone p. 94. Aristotelem Ethic. Nicom. i. 10. ac Eudem. ii. 1. Valerium Maximum lib. vii. cap. ii. 2. ext. Juvenalem x. 274. ac ibi Scholiasten, ut et ad xiv. 328. Euripides Androm. vs. 120.

Χρὴ δ' ὅστ' εἰπεῖν ὄλβιον ὀδύνας βροτῶν,
Πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς
Ὅπως περάσας ἡμέραν ἤξει κάτω.

Legitur et apud Stobæum Serm. ciii. pag. 561. Ausonius in Ludo vii. Sapientum vs. 114.

Spectandum dico terminum vitæ prius,
Tum judicandum, si manet felicitas.

Sophocles Trachin. vs. 1.

Λόγος μὲν ἐκ παλαιῶν ἀνθρώπων φανείς

bit Herodotus præceptum a Solone. [f] At enim, quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate vivendum aliquid adferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna. Hæc dicuntur inconstantissime: cum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri majorem, quam finito atque modico. Qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere perfici beatam vitam perfectione virtutis; negat enim summo bono adferre incrementum diem: qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui sibi is conveniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate? igitur ne dolorem quidem. An dolor longissimus quisque, miserrimus? voluptatem non optabiliorem diuturnitas facit? Quid est igitur, cur ita semper Deum adpellet Epicurus, [g] beatum et æternum? dempta enim æternitate nihilo beatior Jupiter, quam Epicurus; uterque enim summo bono fruitur, id est, voluptate. [h] At enim hic etiam dolore. At eum

Ὡς ἐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, ἔτ' εἰ χρηστὸς ἔτ' εἰ τῷ κακός.

Ibi vide Scholiasten, ac ad ejusdem Œdip. Tyran. vs. 1550. insuper Ovidium Met. iii. 135. et Eusebium de vit. Constantini lib. i. cap. xi. *Davies.*

[f] *Etenim, quemadmodum tute dicebas*] Non reddit rationem superioris sententiæ, quod beatam appellari vitam perpetuitate temporis dixerat; sed apponit Epicuri opinionem, negantis diuturnitate temporis augeri beatam vitam: quod refellit infra in eo loco, *Hæc dicuntur inconstantissime.* Videant igitur eruditi, an sit aptius, quod mihi quidem videtur, *at enim* pro *etenim*, verecunda, ut ita dicam, correctione, quæ unam modo litteram mutet. *P. Manucius.*

Ib. At enim, *quemadmodum tute dicebas*] Vulgo *etenim*. Sed certa P. Manucii videtur conjectura, quam recepi. Vide lib. i. cap. 19. *Davies.*

[g] *Beatum et æternum*] Μακάριον καὶ ἄφθαρτον. Laertius x. 123. Τὸν θεὸν ζῶον ἄφθαρτον καὶ μακάριον νομίζων, ὡς ἡ κοινὴ τοῦ θεοῦ νόησις ὑπογράφη. Vide nos ad lib. i. N. D. cap. 17. *Idem.*

[h] *At enim hic etiam dolore*] C. C. C. *at eum.* Facile possem *at* est *hic etiam* in *dolore*; nam frui, *de rebus tantum bonis dicimus*, ut observavit Servius ad Æn. vii. 90. Nihil tamen immutarim; cum passim fit ut nni rei verbum proprium, pluribus adhibeatur. Cicero ad At-

Digitized by Google

nihili facit: [i] ait enim se, si uratur, *Quam hoc suave!* dicturum. Qua igitur re a Deo vincitur, si æternitate non vincitur? [k] in qua quid est boni præter summam voluptatem, et eam sempiternam? Quid ergo adtinet glorioſe loqui, nisi constanter loquare? In voluptate corporis (addam, si vis, animi, [l] dum ea ipsa, ut voltis, sit e corpore) situm est vivere beate. Quid? istam voluptatem perpetuam quis potest præstare sapienti? nam quibus rebus efficiuntur voluptates, hæ non sunt in potestate sapientis; non enim in ipsa sapientia positum est beatum esse, sed in his rebus, quas sapientia comparat ad voluptatem: totum autem id externum: et, quod externum, id in casu est: ita fit beatæ vitæ domina fortuna; quam Epicurus ait *exiguam intervenire sapienti.*

XXVIII. Age, inquies, ista parva sunt. Sapientem locupletat ipsa natura; [m] cujus divitias Epicu-

tic. x. 4. *Horum ego summorum Imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi* florentissima, *nos duriore* conflictati *sumus.* At nemo dicit Imperatorem *fortuna florentissima conflictari.* Virgilius Æn. xii. 435.

Discе, puer, virtutem ex me verumque laborem;
Fortunam ex aliis ——

Ibi Servius: *subaudimus* opta: *neque enim fortuna discitur.* Permulta sunt hujusmodi; de quibus, inter alios, Sanctius et Perizonius Minerv. iv. 8. ac nos ad lib. i. N. D. cap. 17. *Dav.*

[i] *Ait enim se, si uratur,* Quam hoc suave, *dicturum*] Epicurus sensit, auctore Laertio x. 118. καὶ τρισόλωθῆ ὁ σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. Lactantius lib. iii. cap. xxvii. 5. *Epicurus multo fortius,* Sapiens, *inquit,* semper beatus est; et vel inclusus in Phalaridis tauro hanc vocem emittet: *Suave est, et nihil curo.* Vide nos ad Tusc. ii. 7. *Idem.*

[k] *In* qua *quid est boni*] Pronomen ad *Deum,* non ad *æternitatem* spectat; ideoque legas oportet, *in* quo *quid est boni.* Hoc olim vidit. V. C. Joan. Walkerus noster. *Idem.*

[l] *Dum ea ipsa, ut vultis, sit e corpore*] Vulgo *dum ea ipsa, ut vultis, sit* quod et in *corpore.* Cum vero Pal. ille primus daret *dum ea ipsa, ut vultis, sit* et *corpore*; vera lectio menti meæ se statim obtulit. Epicuri sententiam satis declaravimus ad lib. i. c. 17. Pall. vero quatuor, C. C. C. Med. et Paris. sec. habent, *sit,* quod et *corpore.* Quapropter non male rescribatur, *sit* quoque e *corpore.* Lambinus edidit, *sit quoque* in *corpore*; Gruterus autem mavult, *sit* et in *corpore.* Neuter bene. *Idem.*

[m] *Cujus divitias Epicurus pa-*

Digitized by Google

rus parabiles esse docuit. Hæc bene dicuntur, nec ego repugno: sed inter sese ipsa pugnant. [n] Negat enim tenuissimo victu, id est, contemptissimis escis et potionibus, minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum. Huic ego, si negaret quicquam interesse ad beate vivendum, quali uteretur victu, concederem; laudarem etiam, verum enim diceret: idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, [o] *cibi condimentum esse famem, potionis sitim.* Sed qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piso, non audio: nec enim eum, quod sentiat, dicere existumo. Naturales divitias dixit parabiles esse, quod parvo esset natura contenta. Certe, nisi voluptatem tanti æstimaretis. *Non minor*, inquit, *voluptas* [p] *percipitur ex vilissimis rebus, quam ex pretiosissimis.* Hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem: [q] qui enim voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere, se acipenserem menæ non anteponere;

rabiles esse docuit] Vulgo *cujus divitias Epicurus* ipse *parabiles esse docuit*. Sed in Paris. pr. sec. Eliens. utroque, C. C. C. Med. ac editione Victoriana non comparet *ipse*; qua de causa pronomen illud delevimus. Vide quæ diximus ad lib. i. c. 16. *Dav.*

[n] *Negat* enim *tenuissimo victu*] Lambinus reponit *negat enim e tenuissimo victu*. Nihil opus. Sic infra cap. 30. *Quam* (lætitiam) *capiebam memoria rationum* &c. Ego vero cujus rei ratio reddatur haud intelligo. Itaque legerim *Negat* idem *tenuissimo victu—minorem voluptatem percipi quam rebus exquisitissimis ad epulandum*. De re ipsa sic Epicurus paullo post: *Non minor*, inquit, *voluptas percipitur ex vilissimis rebus quam ex pretiosissimis*. Et apud Laertium x. 130. Οἵ τε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν προσφέρουσιν. Alia ejus hanc in rem dicta suppeditabit Stobæus Serm. xvii. pagg. 158, 159. *Idem.*

[o] *Cibi condimentum*] Porphyrius de Abstin. iii. 26. Σωκράτης ὄψον τροφῆς τὸ πεινῆν ἔλεγεν. Vide Xenophontem Memor. lib. i. cap. iii. 5. *Idem.*

[p] *Percipitur ex vilissimis*] Est a Pal. pr. Vulgati *percipitur* tam *ex vilissimis*; quod displicuit et Lambino, expunxitque: sed sine auctoritate librorum plutearium. *Gruter.*

[q] *Qui enim voluptatem—non anteponere*] Hæc laudat Nonius in *Menæ*; nec abit a Tullii Codicibus nisi quod *voluptates ipsas* habeat. Vide Nic. Heinsium ad Ovidii Fast. ii. 578. *Davies.*

Digitized by Google

cui vero in voluptate ſummum bonum eſt, huic omnia ſenſu, non ratione ſunt judicanda, eaque dicenda optuma, [r] quæ ſint ſuaviſſima. [s] Verum eſto: conſequatur ſummas voluptates non modo parvo, ſed per me nihilo, ſi poteſt; ſit voluptas non minor in naſturtio illo, [t] quo veſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon, quam in Syracuſanis menſis, quæ a Platone graviter vituperantur; ſit, inquam, tam facilis, quam voltis, comparatio voluptatis; quid de dolore dicemus? cujus tanta tormenta ſunt, ut in his beata vita, ſi modo dolor ſummum malum eſt, eſſe non poſſit: ipſe enim Metrodorus, pæne alter Epicurus, beatum eſſe deſcribit his fere verbis; [u] *cum corpus bene conſtitutum ſit, et ſit exploratum, ita futurum.* [x] An id

[r] *Quæ* ſint *ſuaviſſima*] Sic C. C. C. Med. aliique Codices, ut et editio Victoriana; non *ſunt*, ut vulgo. *Idem.*

[s] *Verum* iſto modo *conſequatur ſummas voluptates*] Placet, *Verum* eſto: *conſequatur ſummas voluptates.* P. Manuc.

Ib. *Verum eſto*] Cum ab omnibus libris manuſcriptis abſit vox *modo*; non dubito quin aliunde huc invecta ſit, et ita factum *iſto modo* ab aliquo ſemidocto. At quanto rectius et facilius erat ex *iſto*, quod erat corruptum, facere *eſto?* Sic igitur emendamus, *Verum eſto: conſequatur* &c. deleta voce *modo*, quæ, ut dixi, in libris veteribus non reperitur. Eſt autem conceſſio. Sic ſæpe Horatius; ut in epiſt. i. lib. i.

Multis occulto creſcit res fenore: verum
Eſto, *alies aliis rebus ſtudiiſque teneri.*

Sic et ipſe M. Tullius. Exempla ſunt in promptu. LAMBIN. Ibid. Manucii Lambinique conjecturam firmant Pal. pr. et Elienſ. ſec. *Davies.*

[t] *Quo veſci Perſas—graviter vituperantur*] Perſas naſturtio veſci teſtatur Xenophon Cyropæd. lib. i. pag. 5. Syracuſanas vero menſas graviter vituperat Plato Epiſt. vii. pag. 712. Vide nos ad Tuſc. v. 34, 35. *Davies.*

[u] *Cum corpus bene conſtitutum ſit*] Clemens Alexandrinus Strom. ii. pag. 498. Ὅτι Μητρόδωρος ἐν τῷ Περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων, Ἀγαθόν, φησὶ, ψυχῆς τί ἄλλο ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα; Sic et alii plures. Vide nos ad Tuſc. ii. 6. *Idem.*

[x] *An id exploratum cuiquam eſſe poteſt*] Sententia ſumpta ex Sophoclis verſibus in Trachiniis [vſ. 960. ſeqq.] quam expreſſit etiam in Catone:

——Ὥρᾳ' εἴ τις δύο
Ἢ καὶ πλείους τις ἡμέρας λογίζεται,

Digitized by Google

exploratum cuiquam poteſt eſſe, quo modo ſeſe habiturum ſit corpus non dico ad annum, ſed [y] ad veſperam? Dolor igitur, id eſt, ſummum malum, metuetur ſemper, etiam ſi non aderit; jam enim adeſſe poterit. Qui poteſt igitur habitare in beata vita ſummi mali metus? Traditur, inquit, ab Epicuro ratio neglegendi doloris. [z] Jam ipſum abſurdum, maximum malum neglegi. Sed quæ tandem iſta ratio eſt? Maximus dolor, inquit, brevis eſt. [a] Primum, quid tu dicis breve? deinde dolorem quem maximum? Quid enim? ſummus dolor plures dies manere non poteſt? vide ne etiam menſes: niſi forte eum dicis, qui, ſimulatque adripuit, interficit. Quis iſtum dolorem timet? illum mallem levares, quo optumum atque humaniſſimum virum, Cn. Octavium, M. filium, familiarem meum, confici vidi; nec vero ſemel nec ad breve tempus, ſed et ſæpe plane et diu. Quos, Dii inmortales! ille, cum omnes artus ardere

Μάταιός ἐστιν· ὃ γὰρ ἴσθ' ἥγ' αὔριον,
Πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν. Urſin.

[y] *Ad veſperam*] C. C. C. *ad veſperum*, quod etiam recte dicatur. Sic certe Gruterus ex Pall. edidit infra iii. 2. Vide Nonium in *veſpera*. Davies.

[z] *Jam* ipſum *abſurdum*] Forte *jam* iſtud *abſurdum*. Idem.

[a] *Primum quid tu dicis breve? deinde dolorem* tam *maximum*] Statui jam, quicquid in mentem venit, cum ſtudioſis communicare; ut, ſi judicium minus probabunt, voluntatem ſaltem ament. Malim igitur ſic, *dolorem* quem *maximum?* Quod enim poſuerat Epicurus, *Maximus dolor brevis eſt*, id examinat dupliciter, quæritque, ecquid breve dicat, ecquem dolorem maximum? A ſententia igitur minimum diſcedo; a litterarum ſimilitudine magis quam vellem et quam noſtrum poſtulat inſtitutum. Nec tamen ita ſumus in hac emendandi ratione rudes, ut ab iis libris, quibus nunc utimur, impreſſis, eos, qui olim ſcripti ſunt, inſigni quadam differentia nonnunquam diverſos eſſe neſciamus. Placet igitur ἐποχὴ illa, quoties aliquid opinor aut pronuntio de corruptis locis; cum nonnulli ſuas opiniones improbantibus ita ſuccenſeant, ut inimicitias indicant. *P. Manucius.*

Ibid. *Deinde dolorem quem maximum?* Sic hunc locum corrigo in libris vulgatis corruptum; in quibus legitur *tam maximum?* Lambin. *Ibid.* Emendationem Manucii præſtant Pal. pr. et Elienſ. ſec. *Davies.*

Digitized by Google

viderentur, cruciatus perferebat? Nec tamen miſer eſſe, quia ſummum id malum non erat, tantummodo laborioſus videbatur: at miſer, ſi in vitioſa et flagitioſa vita adflueret voluptatibus.

XXIX. Quod autem magnum dolorem brevem, longinquum levem eſſe dicitis; id non intellego, quale ſit: video enim et magnos et eoſdem bene longinquos dolores. [b] Quorum alia toleratio eſt verior; qua uti vos non poteſtis, qui honeſtatem ipſam per ſe non amatis. Fortitudinis quædam præcepta ſunt ac pæne leges, quæ effæminari virum vetant in dolore. Quamobrem turpe putandum eſt, non dico dolere (nam id quidem eſt interdum neceſſe) ſed ſaxum illud Lemnium clamore Philocteteo funeſtare,

Quod ejulatu, queſtu, gemitu, fremitibus
[c] *Reſonando, mutum flebiles voces refert.*

[d] Huic Epicurus comparet ſe, ſi poteſt,

[b] *Alia* toleratio *eſt verior*] *Ratio* pro *toleratio* habet MStus liber. *Urſin.*

Ib. *Quorum alia* toleratio *eſt verior*] Urſini Codex et Med. *quædam*, vel *quænam alia* ratio *eſt verior*. Nihilo melius. Legendum videtur, *quorum alia* tolerandi ratio *eſt verior*. Eodem redit ac ſi dixerat, quorum tolerandorum alia ratio eſt verior. Sic ſupra lib. i. cap. 18. *Nullas autem conſequuntur voluptates*, quarum potiendi *ſpe inflammati, multos labores magnoſque ſuſceperant*. Præter ea quæ de loquendi ratione notavimus ad Acad. ii. 41. vide Joſ. Mercerum ad *Dictyn* Cretenſem iv. 8. *Davies.*

[c] *Reſonando*, mutum] Vulgo *multum*, ſenſu vix ullo. Sed elegantiſſimus eſt ille, quem præbet lectio nobis recepta. Sane, prout edidimus, habent Pall. quatuor, probante Grutero, Ç. C. C. Med. Elienſ. uterque, Balliol. et editio Victoriana. Vide Tuſc. ii. 13. et Joſ. Scaligerum ad Varronis lib. vi. L. L. p. 102. *Idem.*

[d] *Huic Epicurus comparet ſe, ſi poteſt* &c.] Antea mendoſe, *huic Epicurus competenter, et ſi qui poteſt*. P. Manuc. Ib. *Comparet, ſi quid poteſt*, eſt in MSto. *Urſin.*

Ib. *Huic Epicurus* comparet ſe, *ſi poteſt* &c.] Sic a multis annis edi fecit P. Manucii conjectura; quæ tamen levior eſt, quam ut recipi debeat. Codices fere dant *huic Epicurus* competenter et *ſi poteſt*. At Pal. pr. *huic Epicurus* et *ſi poteſt*. Reſcribendum videtur, *huic Epicurus* aiat, *ſi poteſt*, Cui viperino——cient.; *aiat Epicurus Philoctetæ*, ſi gravis dolor, brevis *&c.* Vide Tuſc. ii. 7. Cum tamen Elienſ. ſec. aliique nonnulli libri repræſentent, *ſi* qui

Digitized by Google

Cui viperino morſu venæ viſcerum
Veneno inbutæ tætros cruciatus cient.

Sit Epicurus Philocteta, *Si gravis dolor, brevis.* At jam decimum annum in ſpelunca jacet. *Si longus, levis*; dat enim intervalla et relaxat. Primum non ſæpe. Deinde quæ eſt iſta relaxatio? cum et præteriti doloris memoria, recens eſt, et futuri atque impendentis torquet timor. Moriatur, inquit. Fortaſſe id optumum: ſed ubi illud, *plus ſemper voluptatis?* ſi enim ita eſt; vide ne facinus facias, cum mori ſuadeas. Potius ergo illa dicantur, turpe eſſe viro [e] debilitari dolore, frangi, ſuccumbere: nam iſta veſtra, *Si gravis, brevis, ſi longus, levis*, dictata ſunt. Virtutis, magnitudinis animi, patientiæ, fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet.

XXX. Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus; [f] ut intellegas, facta ejus cum dictis diſcrepare. Epicurus Hermacho Salutem. [g] *Cum ageremus*, inquit, *vitæ beatum et eundem ſupremum diem, ſcribebamus hæc. Tanti autem morbi aderant* [h] *veſicæ*

poteſt, legi queat *ſi* qua *poteſt*. Porro *competenter* inferioris ævi ſcriptoribus idem valebat, ac congruenter, conſentanee, convenienter; et adſcriptum margini, tandem ſe Tullii verbis immiſcuit. *Davies.*

[e] *Debilitari dolore, frangi*] Vulgo *debilitari, dolore frangi.* Recte vero locum diſtinxere J. M. Brutus et Aldus nepos. Bonæ autem notæ MS. qui quondam fuit J. Fr. Gronovii, dabat *turpe eſſe*, viri non eſſe, *debilitari dolore.* Quin et *viri non eſſe*, prætermiſſis illis *turpe eſſe viro*, legebatur in Elienſ. ſec. Noſter Tuſc. ii. 12. *Nam dum tibi* turpe nec dignum viro *videbitur gemere, ejulare, lamentari, frangi, debilitari dolore* &c. Equidem Gronoviani Codicis ſcripturam non aſpernor. *Idem.*

[f] *Ut intelligas*] Vulgo *et intellige.* Nos Pal. primum ſequimur. *Idem.*

[g] *Cum ageremus*—poſſit *accedere*] Lege *poſſet accedere.* Græce vero ſic Epicurus apud Laertium x. 22. Τὴν μακαρίαν ἄγοντες ἡμῶν ἅμα τελευτῶντες (Lege τελευταίαν) ἡμέραν τοῦ βίου, ἐγράφομεν ὑμῖν ταῦτα· γραγγουρία τε παρηκολουθήκει καὶ δυσεντερικὰ πάθη, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. Adi quæ diximus ad Tuſcul. ii. 18. *Idem.*

[h] *Veſicæ et viſcerum*] In exemplo hujus Epiſtolæ expoſito a Laertio [x. 22.] ſcriptæ quidem, ut ille vult, non ad Hermachum ſed ad Idomenea, legitur δυσεντερικὰ πάθη, in quo verbo *viſcerum* certe eſt ſignificatio. Ven. tamen *torminum* habent. *Camerar.*

Digitized by Google

et viſarum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſit accedere. [i] Miſerum hominem, ſi dolor ſummum malum eſt! dici aliter non poteſt. Sed audiamus ipſum. [k] *Compenſabatur tamen,* inquit, *cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam memoria rationum inventorumque noſtrorum: ſed tu, ut dignum eſt tua erga me et erga philoſophiam* [l] *voluntate ab aduleſcentulo ſuſcepta, fac ut Metrodori tueare liberos.* Non ego jam Epaminondæ, non Leonidæ mortem hujus morti antepono: quorum alter cum viciſſet Lacedæmonios apud Mantineam, ſimulque ipſe gravi vulnere exanimari ſe videret; [m] ut primum diſpexit, quæſivit, ſalvuſne eſſet clypeus? cum ſalvum eſſe flentes ſui reſpondiſſent; rogavit, eſſentne fuſi hoſtes? cumque id quoque, ut cupiebat, audiviſſet; evelli juſſit eam, qua erat transfixus, haſtam. Ita multo ſanguine profuſo, in lætitia et in victoria eſt mortuus. Leonidas autem, rex Lacedæmoniorum, ſe in Thermopylis, trecentoſque eos, quos eduxerat Sparta, cum eſſet propoſita aut fuga turpis aut glorioſa mors, oppoſuit hoſtibus. præclaræ mortes ſunt imperatoriæ: philoſophi autem in ſuis lectulis plerumque moriuntur. Refert tamen, [n] quod ſibi videtur eſſe morienti

[i] *Miſerum hominem*] Vulgo *ecce miſerum hominem.* Verum primam vocem neſcit optimus ille Pal. cui lubens obtemperavi. *Dav.*

[k] *Compenſabatur——tueare liberos*] Ipſa Epicuri verba legere ſi geſtis, ea reperies apud Laertium x. 22. *Idem.*

[l] *Voluntate ab* adoleſcentia *ſuſcepta*] In Ven. *ab adoleſcentulo,* quod cum Græcis conſentit: illa enim ſic habent, Σὺ δὲ ἀξίως τῆς ἐκ μειρακίου πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν ἐπιμελοῦ τῶν παίδων Μητροδώρου. Intelligendum autem διαθέσεως ſimileve aliquid. CAMERAR. *Ibid.* Exemplaria Laertii x. 22. exhibent τῆς ἐκ μειρακίου παραστάσεως πρὸς ἐμέ. Recte. *Davies.*

Ib. *Ab adoleſcente ſuſcepta*] *Ab adoleſcentulo* eſt in vetere libro, quam lectionem confirmant Græca Epicuri verba apud Laertium, unde hæc Ciceronis tranſlata ſunt, ἐκ μειρακίου. *Urſinus.*

[m] *Ut primum* deſpexit] Libri vett. habent, *ut primum diſpexit.* Lambinus.

[n] Quod *ſibi videtur eſſe* morienti *magna laus*] Elienſ. pr. *quo ſibi.* Pal. autem primus *quo modo ſibi videtur eſſe moriens magna laus.* Forſan *quo modo ſibi* videatur *eſſe* oriens *magna laus.* Lambinus edidit, *in quo ſita videatur eſſe morienti magna laus.* Contra Codices. *Dav.*

Digitized by Google

magna laus. *Compenſabatur*, inquit, *cum ſummis doloribus lætitia.* Audio equidem philoſophi vocem, Epicure: ſed, quid tibi dicendum ſit, oblitus es. Primum enim, ſi vera ſunt ea, quorum recordatione te gaudere dicis, hoc eſt, ſi vera ſunt tua ſcripta et inventa; gaudere non potes: nihil enim jam habes, quod ad corpus referas: eſt autem a te ſemper dictum, nec gaudere quemquam, niſi propter corpus, nec dolere. *Præteritis*, inquit, *gaudeo.* Quibuſnam præteritis? ſi ad corpus pertinentibus; rationes tuas te video compenſare cum iſtis doloribus, non memoriam corpore perceptarum voluptatum: ſi autem ad animum; falſum eſt, quod negas animi ullum eſſe gaudium, quod non referatur ad corpus. Cur deinde Metrodori liberos commendas? [o] Quid iſto tuo egregio officio et tanta fide (ſic enim exiſtumo) ad corpus refers?

XXXI. Huc et illuc, Torquate, vos verſetis licet; nihil in hac præclara epiſtola ſcribtum ab Epicuro congruens et conveniens decretis ejus reperietis. Ita redarguitur ipſe a ſeſe, [p] vincunturque ſcribta ejus probitate ipſius ac moribus: nam iſta commendatio puerorum, memoria et caritas amicitiæ, ſummorum officiorum in extremo ſpiritu conſervatio, indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam, [q] non invita-

[o] *Quid iſto tuo egregio officio*] Vulgo *quid* ex *iſto tuo egregio officio.* Illam vero *præpoſitionem* non agnoſcunt Pall. ſex. Elienſ. uterque, Pariſ. pr. ſec. C. C. C. Med. Balliol. aut editio Victoriana. *Idem.*

[p] *Veneuntque ſcripta ejus*] Quidam legi volunt *vincunturque.* Lambinus.

Ib. Vincunturque *ſcripta ejus*] Vulgo *veneuntque.* Putidiſſime. Elienſ. pr. *veneruntque.* Sec. autem, Med. et Pal. pr. *vincunturque*; quod recepi, nec eſt incommodum. Sic *naturæ bonitate vinci* dixit Tullius Offic. i. 2. Malim tamen *convincunturque*, hoc eſt, refelluntur, redarguuntur, confutantur. Supra cap. xxv. *Ita enim vivunt quidam, ut eorum vita* refellatur *oratio.* Diodorus Siculus in Excerpt. Peireſc. pag. 234. Τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων τὰς πλείστας ἰδεῖν ἐστὶ λέγοντας μὲν τὰ κάλλιστα, πράττοντας δὲ τὰ χείριστα, καὶ τὴν ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτῶν σεμνότητα καὶ σύνεσιν διὰ τῆς πείρας ΕΛΕΓΧΟΜΕΝΗΝ. Forſan ἐν ταῖς ἀπαγγελίαις. Vide Philoſtratum i. 3, 14. *Davies.*

[q] *Non invitatam voluptatibus*] Sic legendum cenſeo, libris om-

Digitized by Google

tam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus evocatam. Quod enim teſtimonium majus quærimus, quæ honeſta et recta ſint, ipſa eſſe optabilia per ſeſe, cum videamus tanta officia morientis? Sed, ut epiſtolam laudandam arbitror eam, quam modo totidem fere verbis interpretatus ſum (quamquam ea cum ſumma ejus philoſophi nullo modo congruebat) ſic ejuſdem teſtamentum non ſolum a philoſophi gravitate, ſed etiam ab ipſius ſententia judico diſcrepare. Scribſit enim, et multis ſæpe verbis, et breviter apteque in eo libro quem modo nominavi, [r] *mortem nihil ad nos pertinere: quod enim diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu: quod autem ſine ſenſu ſit, id nihil ad nos omnino pertinere.* Hoc ipſum elegantius poni meliuſque potuit; nam quod ita poſitum eſt, *quod diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu*, id ejuſmodi eſt, ut non ſatis plane dicat, quid ſit diſſolutum: ſed tamen intellego quid velit. Quæro autem, quid ſit, quod, cum diſſolutione, id eſt, morte ſenſus omnis exſtinguatur; et cum reliqui nihil ſit omnino, quod pertineat ad nos; tam adcurate tamque diligenter caveat et ſanciat, [s] *ut Amynomachus et Timocrates, heredes ſui, de Hermachi*

nibus invitis: nam manuſcripti habent *mutatam*; quod nonnulli probant, et interpretantur *emtam*: ego non probo: impreſſi *mutuatam*, quod perſpicue depravatum eſt. *Invitatam* omnino rectum eſt, et eſt ſimile ei, quod ſequitur, *evocatam*. LAMBIN. Ibid. *Invitatam* prior dederat Victorius. Et ne forte putes ſoli conjecturæ deberi, ſic dant Pall. pr. tert. ſext. Pariſ. ſec. C. C. C. et Elienſ. uterque. *Davies.*

[r] *Mortem nihil ad nos pertinere: quod enim diſſolutum—— pertinere*] Epicurus κυρίων δοξῶν ii. apud Laertium x. 139. Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Habent id etiam Stobæus Serm. cxvii. p. 600. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypot. lib. iii. cap. xxiv. §. 229. aliique. *Idem.*

[s] *Ut Amynomachus et Timocrates—colatur*] Græce: Ἐκ δὲ τῶν γινομένων προσόδων τῶν διδομένων ἀφ' ἡμῶν Ἀμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτει κατὰ τὸ δυνατὸν μεριζίσθωσαν μεθ' Ἑρμάχου σκοπουμένοις εἴς τε τὰ ἐναγίσματα—— ἡμῖν εἰς τὴν εἰθισμένην ἄγεσθαι γενέθλιον ἡμέραν, ἑκάστου ἕτους τῇ πρώτῃ δεκάτῃ τοῦ Γαμηλιῶνος· ὥστε καὶ εἰς τὴν γινομένην σύνοδον ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν, εἰς τὴν ἡμῶν τε καὶ Μητροδώρου μνήμην κατατεταγμένην. Apud Laertium x. 18. *Idem.*

Digitized by Google

ſententia dent, quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannis, menſe Gamelione: itemque omnibus menſibus, viceſimo die lunæ, dent ad eorum epulas, qui una ſecum philoſophati ſint, ut et ſui et Metrodori memoria colatur. Hæc ego non poſſum dicere non eſſe [t] hominis quamvis et belli et humani: ſapientis vero nullo modo, Phyſici præſertim, [u] quem ſe ille volt, putare ullum eſſe cujuſquam diem natalem. Quid? [x] idemne poteſt eſſe dies ſæpius qui ſemel fuit? Certe non poteſt. An ejuſdemmodi? Ne id quidem, [y] niſi multa annorum interceſſerint millia, ut omnium ſiderum eodem, unde profecta ſint, fiat ad unum tempus reverſio. Nullus eſt igitur cujuſquam dies natalis. At habetur. Et ego id ſcilicet neſciebam. Sed ut ſit, etiamne poſt mortem coletur? idque teſtamento cavebit is, [z] qui nobis quaſi oraculum ediderit,

[t] *Hominis* quamvis *et belli et humani*] Vulgo deeſt *quamvis*. Id nos ex Pal. pr. Elienſ. ſec. ac editione Victoriana recepimus. *Davies.*

[u] *Quem ſe ille vult*] Vulgo *quem ſe ille* eſſe *vult*. Cum vero penultimam voculam non agnoſcant Elienſ. pr. Pariſ. ſec. C. C. C. et editio Victoriana, delendam cenſuimus. Fatendum tamen omnes hoſce libros, præter Elienſem primum, dare, *quem ſe ille vult* putari, *ullum eſſe cujuſquam* &c. Male vero: nam tum demum aliquid orationi deeſt. *Idem.*

[x] Verene *poteſt eſſe dies*] J. Fr. Gronovii MS. *itemne poteſt*; unde legit, *idemne poteſt*, ejuſque conjecturam repræſentat Elienſ. ſec. Ea ſane lectio receptæ videtur præferenda. *Idemne poteſt eſſe dies? an ejuſdemmodi?* Immo tam placet, ut admiſerim. *Idem.*

[y] *Niſi multa annorum interceſſerint millia*] Vulgo *niſi* cum *multa*. Sed Pal. primo vocem mediam rejicienti paruimus. Porro noſter ad *annum magnum* reſpicit, *iſque annus horum quos vocamus annorum* xii. M.DCCCLIV. *complectitur*. Verba ſunt Ciceronis in Hortenſio; quæ ſervavit auctor de Cauſis Corr. Eloq. cap. xvi. Sed ex Servio ad Æn. i. 273. iii. 284. reponendum xii. M.DCCCCLIV. ut alibi diximus. Huc ſpectantia veterum loca congeſſit Henr. Lindenbrogius ad Cenſorini cap. xviii. *Idem.*

[z] *Qui* nobis *quaſi oraculum ediderit*] Vulgo *qui* vobis *quaſi oraculum ediderit*. Incommode; nam non Epicureis ſolis, ſed omnibus hominibus hoc edidit oraculum. Nos igitur Pariſ. tribus, Balliol. Med. et editione Victoriana nixi ſumus. Vide Laertium x. 125. et Lactantium lib. iii. cap. xvii. 30. ſeqq. *Idem.*

Digitized by Google

nihil ad nos poſt mortem pertinere? Hæc non erant ejus, qui innumerabiles mundos infinitaſque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragraviſſet. Numquid tale Democritus? ut alios omittam. Hunc adpello, quem ille unum ſecutus eſt. Quod ſi dies notandus fuit, eumne potius quo natus, an eum quo ſapiens factus eſt? Non potuit, inquies, fieri ſapiens, niſi natus eſſet. Et iſto modo ne ſi avia quidem ejus nata non eſſet. Res tota, Torquate, non doctorum hominum, velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis: quos quidem dies quemadmodum agatis, et in quantam hominum facetorum urbanitatem incurratis, non dico. Nihil opus eſt litibus: tantum dico, [a] magis fuiſſe veſtrum agere Epicuri diem natalem, quam illius, teſtamento cavere ut ageretur.

XXXII. Sed, ut ad propoſitum revertamur, (de dolore enim cum diceremus, ad iſtam epiſtolam delati ſumus) nunc totum illud concludi ſic licet, Qui in ſummo malo eſt, is tum cum in eo eſt, non eſt beatus: ſapiens autem ſemper beatus eſt, et eſt aliquando in dolore: non eſt igitur ſummum malum dolor. Jam illud quale tandem eſt? *Bona præterita non effluere ſapienti, mala meminiſſe non oportere.* Primum in noſtrane poteſtate eſt, quid meminerimus? [b] Themiſtocles quidem, cum ei Simonides, an quis alius, artem memoriæ polliceretur, *Oblivionis*, inquit,

[a] *Magis fuiſſe* veſtrum—— *quam* illius] Victorius edidit *magis fuiſſe* verum——*quam* illum. Sic etiam Pariſ. pr. tert. niſi quod *illam* repræſentent. Sed illi perperam; certaque eſt ea ſcriptura, quam Gruterus ex Pall. pr. ſext. dedit. Eandem retinent Elienſ. uterque, Pariſ. ſec. Med. et C. C. C. *Davies.*

[b] *Themiſtocles quidem, cum ei Simonides,* an *quis alius, artem memoriæ polliceretur,* Oblivionis, *inquit,* mallem] Vulgo *aut quis alius.* Nos Pal. pr. ſequimur. Idem vero Themiſtoclis reſponſum memorat noſter Acad. ii. 1. et eodem reſpicit de Orat. ii. 86. De Simonide vero ſic Suidas. Τὴν μνημονικὴν τέχνην εὗρεν ἔτος. Martianus Capella de memoria lib. v. pag. 177. *Simonides hujus rei præcepta inveniſſe perhibetur, poſita idemque philoſophus.* Sic, inter alios, Plinius H. N. lib. vii. §. 24. et Quinctilianus Inſt. Orat. xi. 2. pag. 685. *Idem.*

Digitized by Google

mallem: nam memini etiam quæ nolo, oblivisci non possum quæ volo. Magno hic ingenio: sed res se tamen sic habet, ut nimis imperiosi philosophi sit, vetare meminisse. [c] Vide, ne ista sint Manliana vestra aut majora etiam, si imperes quod facere non possim. Quid, si etiam jucunda memoria est præteritorum malorum? ut proverbia nonnulla veriora sint, quam vestra dogmata: vulgo enim dicitur, *Jucundi acti labores:* nec male Euripides, (concludam, si potero, Latine: [d] Græcum enim hunc versum nostis omnes)

[e] *Suavis laborum est præteritorum memoria.*

Sed ad bona præterita redeamus: quæ si a vobis talia dicerentur, qualibus C. Marius uti poterat, ut expulsus, egens, in palude demersus, tropæorum recordatione levaret dolorem suum; audirem et plane probarem: nec enim absolvi beata vita sapientis, neque ad exitum perduci poterit, si prima quæque, bene ab eo consulta atque facta, ipsius [f] oblivione obruueren-

[c] *Vide ne Manliana sint ista vestra*] Sic habent omnes, quos quidem viderim, libri veteres: sed quidam legi volunt, *Vide ne Manliana sint jussa vestra:* alii, *ne Manliana sint ista castra:* alii, *ne Manliana sint imperia vestra* &c. *Lambinus.*

[d] *Græcum enim* hunc *versum nostis omnes*] Mallem, *Græcum enim* hujus *versum nostis omnes*; si per Codices liceret. *Davies.*

[e] *Suavis est præteritorum* malorum *memoria*] Alii *laborum.* Sed prior lectio ad Græca respondet: est enim versus in Oreste,

Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς σὶ γλυκύ. *Camerar.*

Ib. *Suavis laborum est præteritorum memoria*] Sic Pal. pr. at reliqui Codices *suavis* est *laborum*; unde cum Gulielmio legerim *suave est laborum.* Camerarius autem respici putat ad illud Euripideum Oreſt. vſ. 213.

Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς σὶ σοφή·

sic enim Codices, non γλυκὺ, prout ille posuit. Sed ad rem nihil facit iste versiculus. Revera voluit hunc ex Andromeda, quem habent Aristoteles Rhet. lib. i. cap. xi. 12. et Stobæus Serm. xxix. pag. 200.

Ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Vide doctissimum Gatakerum ad Antonini viii. 36. Idem in mentem fuit Themistio Orat. iv. pag. 55. Λέγει που ὁ τραγῳδία, ὅτι φέρει πολλὴν ἡδονὴν καὶ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι πόνων παροιχομένων. Hoc ideo notandum videbatur, quod Petavius et Harduinus locum silentio transeunt. *Davies.*

[f] *Oblivione* obruerentur] Lambinus edidit *obruentur.* Non

tur. Sed vobis voluptatum perceptarum recordatio vitam beatam facit, et quidem corpore perceptarum: nam si quæ sunt aliæ, falsum est, omnes animi voluptates esse e corporis societate. Corporis autem voluptas si etiam præterita delectat; non intellego, cur Aristoteles Sardanapali epigramma tanto opere derideat: in quo [g] ille rex Assyriæ glorietur, *se omnes secum libidinum voluptates abstuliſſe: quod enim ne vivus quidem*, inquit, *diutius ſentire poterat, quam dum fruebatur; quo modo id potuit mortuo permanere?* Fluit igitur voluptas corporis, et [h] prima quæque avolat, sæpiusque relinquit [i] causam pœnitendi quam recordandi. Itaque beatior Africanus cum patria illo modo loquens,

[k] *Deſine Roma tuos hoſtes——*

reliquaque præclare,

Namque tibi monumenta mei peperere labores.

male. Quin et ita dant C. C. C. et Med. *Davies.*

[g] *Ille rex* Assyriæ] *Rex Syriæ* legitur in Elienſ. utroque C. C. C. et editione Victoriana. Mutatum videtur ab iis, qui voces hasce bonis auctoribus synonymas esse nescierunt. Talis certe fuit Ursinus, quem confutavimus ad Tusc. v. 35. ubi Sardanapali epigramma simul ac Aristotelis de eo judicium reperiri queat. Auctoribus ibi laudatis adde Curtium lib. v. cap. i. 35. Arrianum Exped. ii. 5. et L. Allatium ad Eustathii Hexaem pag. 7. *Idem.*

[h] Prima *quæque avolat*] Elienſ. uterque, Pariſ. sec. C. C. C. Balliol. Med. et editio Victoriana dant *prona quæque*. Sed qui voluptas *avolet prona*, mihi quidem latet; nec melius intelligo quid sibi velit hac in re *prima quæque avolat*. Ultima vox in Pariſ. pr. tert. locum non habet; nec probabile videtur ut in una re Tullius duas diverſi generis adhibeat metaphoras. Præterea C. C. C. Balliol. Med. editio Victoriana pluresque libri tam manu quam typis exscripti dant, *avolat*, vel, *advolat ut aiebat*. Forsan, *Fluit igitur voluptas corporis, et prona* quidem aqua, *ut* aiunt; *sæpiusque relinquit* &c. Vide Virgilium Æn. viii. 548. et Symmachum lib. iii. Ep. 43. *Idem.*

[i] Causam *pœnitendi*] Vulgo *causas*. Nos Pal. primi lectionem damus. *Idem.*

[k] *Deſine, Roma, tuos hoſtes*] Hanc Enniani versus particulam laudat etiam lib. iii. de Orat. cap. 42. Defectum supplere conati sunt viri doctiſſimi: sed eos ipsis poetæ verbis usos esse nec constat nec constabit. Vide sis Hieronymum Columnam ad Ennii Fragm. p. 168. *Idem.*

Digitized by Google

Laboribus hic præteritis gaudet; tu jubes voluptatibus: hic se ad ea revocat, e quibus nihil umquam retulerit ad corpus; tu totus hæres in corpore.

XXXIII. Illud autem ipsum qui obtineri potest, quod dicitis, omnes animi et voluptates et dolores, ad corporis [l] voluptates ac dolores pertinere? Nihilne te delectat umquam? video, quicum loquar: te igitur, Torquate, ipsum per se nihil delectat? Omitto dignitatem, honestatem, speciem ipsam virtutum, de quibus ante dictum est: [m] hæc leviora ponam: poema, orationem, cum aut scribis aut legis; cum omnium factorum, cum regionum conquiris historiam; signum, tabula, locus amœnus, ludi, venatio, villa Luculli, (nam si tuam dicerem, latebram haberes: ad corpus diceres pertinere) sed ea quæ dixi, ad corpusne refers, an est aliquid quod te sua sponte delectet? Aut pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris, ad corpus ea, quæ dixi, referre; aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaveris. Quod vero a te disputatum est, majores esse voluptates et dolores animi quam corporis, quia trium temporum particeps animus sit, corpore autem præsentia solum [n] sentiantur; qui probari potest? ut is qui propter me aliquid gaudeat, plus quam ego ipse gaudeat? [o] Animo vo-

[l] *Voluptates* ac *dolores*] Vulgo *et dolores*. Sic habent, ut edidimus, Paris. pr. tert. Med. et editio Victoriana. *Davies.*

[m] *Hæc leviora* ponam—*signum, tabula, locus amœnus, ludi, venatio, villa Luculli*] Licet quæ de veterum solœcismis dicantur haud ignoro; simile tamen exemplum dari non puto. Legerim *hæc leviora* ponantur, *poema, orationem cum aut scribis aut legis, cum omnium factorum, cum regionum perquiris historiam, signum, tabula, locus amœnus—villa Luculli* &c. Ita recte procedit oratio parvaque fit mutatio. *Idem.*

[n] *Sentiantur, qui probari potest? ut is qui propter me aliquid gaudeat, plus quam ego ipse gaudeat?*] Vulgo *sentiantur? Qui probari potest, ut is qui propter me aliquid, plus quam ego ipse gaudeat?* Nullo quidem sensu. Nos rectis distinctionibus positis et verbo, quod suppeditat editio Victoriana, restituto, locum persanavimus. Pall. tamen, nostrique voces ultimas quinque præterennt; quod ob illud *gaudeat* repetitum contigisse norunt harum rerum periti. *Idem.*

[o] Animo *voluptas oritur*] Vul-

Digitized by Google

luptas oritur propter voluptatem corporis, et major eſt animi voluptas quam corporis: ita fit, ut gratulator lætior ſit, quam is [p] cui gratulatur. Sed dum efficere voltis beatum ſapientem, cum maximas animo voluptates percipiat, omnibuſque partibus majores quam corpore; quid occurrat, non videtis: animi enim quoque dolores percipiet omnibus partibus majores, quam corporis. Ita miſer ſit aliquando neceſſe eſt is, quem vos beatum ſemper voltis eſſe. Nec vero id, dum omnia ad voluptatem doloremque referetis, efficietis umquam. Quare aliud aliquid, Torquate, hominis ſummum bonum reperiendum eſt: voluptatem beſtiis concedamus, quibus vos de ſummo bono teſtibus uti ſoletis. Quid, ſi etiam beſtiæ multa faciunt, duce ſua quæque natura, partim indulgenter vel cum labore; ut in gignendo, in educando perfacile adpareat, aliud quiddam iis propoſitum, non voluptatem? partim curſu et peregrinatione lætantur: congregatione aliæ cœtum quodammodo civitatis imitantur. Videmus [q] in quodam volucrium genere nonnulla indicia pietatis, cognitionem, memoriam: [r] in multis etiam diſciplinam videmus. Ergo in beſtiis erunt ſecreta a voluptate humanarum quædam ſimu-

go *animi*. Lectionem vero, quam damus, una voce probant Pall. Pariſ. tres, Elienſ. uterque, C. C. C. Med. et Balliol. *Davies.*

[p] *Cui* gratulatur] Sic Pariſ. pr. ſec. Med. et Elienſ. pr. Vulgo *gratuletur*. *Idem.*

[q] *In quodam* volucrium *genere* &c.] Sic edendum curavi, libris omnibus invitis, Chariſii auctoritatem ſecutus, qui lib. i. [col. 119.] admonet, Ciceronem lib. ii. *de finibus* uſurpaſſe *volucrium* in patrio caſu. Nullus autem alius locus eſt in hoc libro, in quo hæc vox ſcripta ſit, præter hunc. *Lambinus.*

[r] *In multis etiam* diſciplinam *videmus*] Vulgo *deſideria videmus*, quod exhibent omnes Pall. Elienſ. uterque, C. C. C. Med. et Balliol. Adeo tamen inepta eſt ea lectio, ut aliquando ſuſpicatus ſim Tullium ſcripſiſſe, *Videmus in quodam volucrium genere nonnulla indicia pietatis, cognitionem, memoriam in multis etiam*; librariumque margini vel inter lineas adnotaſſe *deſideratur videmus*; unde tandem *deſideria videmus* naſcebatur. Sed ne nimis ingenio viderer indulgere; ſcripturam recepi quam præſtant Pariſ. pr. ſec. ac oditi veteres, eaque non eſt incommoda. *Davies.*

Digitized by Google

lacra virtutum; in ipſis hominibus virtus, niſi voluptatis cauſſa, nulla erit? et homini, qui ceteris animantibus plurimum præſtat, præcipui a natura nihil datum eſſe dicemus?

XXXIV. Nos vero, ſi quidem in voluptate ſunt omnia, longe multumque ſuperamur a beſtiis; quibus ipſa terra fundit ex ſeſe [s] paſtus varios atque abundantes nihil laborantibus: nobis autem aut vix, aut ne vix quidem, ſuppetunt multo labore quærentibus. Nec tamen ullo modo ſummum pecudis bonum et hominis, idem mihi videri poteſt. Quid enim tanto opus eſt inſtrumento in optumis artibus comparandis, quid tanto concurſu honeſtiſſimorum ſtudiorum, tanto virtutum comitatu, ſi ea nullam ad aliam rem niſi ad voluptatem conquiruntur? Ut, ſi Xerxes, cum tantis claſſibus tantiſque equeſtribus et pedeſtribus copiis, Helleſponto juncto, [t] Athone perfoſſo, [u] maria ambulaviſſet, terram navigaviſſet; [x] ſi, cum

[s] *Paſtus varios* atque *abundantes*] Vulgo *paſtus varios* varieque *abundantes*. Suam Ciceroni manum reſtituit Elienſ. ſec. ac ſic Aldus nepos edidit. *Dav.*

[t] *Athove perfoſſo*] Quid ſi, *Athone perfoſſo?* quo modo eum locutum eſſe etiam in tertio *de republica* auctor eſt Priſcianus libro vi. *P. Manucius.*

Ib. *Athone profoſſo*] Secutus hic ſum Paulli Manucii conjecturam, ut item ſæpe alibi; quod velim lectorem, ſi interdum tacitus præteribo, non exiſtimare, me rei alienæ involandæ aut inuncandæ gratia, id facere. *Lambinus.*

Ib. Athone *profoſſo*] Pall. tres, Elienſ. pr. et Pariſ. pr. tert. *Athove profoſſo.* Sed illos libros ſequor, in quibus alterum legitur; quod et prior fecerat Gruterus. Nec erat cur id male fieri cenſeret Iſ. Verburgius. Lucilius apud Agellium xvi. 9. Αἰγίλιπποι *montes, Ætnæ omnes, aſperi* ATHONES. Priſcianus lib. vi. col. 710. *Quod mirabilius eſt,* Athos Athonis *protulit* Cicero in iii. de Rep. Quid ergo illa ſibi vult abſurda exceptio, niſi quis *Athonem* pro monumento vult funditus efficere &c. Sic etiam vetus Scholiaſtes ad Juvenalis Satir. x. 174. ad Lucani ii. 667. ac Amm. Marcellinus xxxi. 4. *Davies.*

[u] *Maria ambulaviſſet terramque navigaſſet*] Iſocrates in Panegyrico [pag. 84.] Ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας. Huc reſpexit Lucretius lib. iii. [vſ. 1042.]

Ille quoque ipſe, viam qui quondam per mare magnum
Stravit.

Digitized by Google

tanto inpetu in Græciam veniſſet, cauſſam ejus quis ex eo quæreret tantarum copiarum tantique belli, mel ſe auferre ex Hymetto voluiſſe diceret, certe ſine cauſſa videretur tanta conatus: ſic nos ſapientem, plurimis et graviſſimis artibus atque virtutibus inſtructum et ornatum, non, ut illum, maria pedibus peragrantem, claſſibus montes, ſed omne cælum totamque cum univerſo mari terram mente complexum, voluptatem petere ſi dicemus, mellis cauſſa dicemus tanta molitum. Ad altiora quædam et magnificentiora, mihi crede, Torquate, nati ſumus: nec id ex animi ſolum partibus, in quibus ineſt memoria rerum innumerabilium, [y] vitæ quidem infinita; ineſt conjectura conſequentium, non multum a divinatione differens; ineſt moderator cupiditatis pudor; ineſt ad humanam ſocietatem juſtitiæ fida cuſtodia; ineſt in perpetiendis laboribus adeundiſque periculis firma et ſtabilis doloris mortiſque contemptio. Ergo hæc in animis. Tu autem etiam membra ipſa ſenſuſque conſidera; [z] qui tibi ut reliquæ corporis partes, non

Dubium autem non eſt quin Xenophontis [ſcribere debuit Iſocratis] locum Cicero exprimere voluerit. *Urſin.*

Ib. *Maria ambulaviſſet, terram navigaviſſet*] Sic Elienſ. Med. et editio Victoriana. Vulgo *terramque navigaſſet*. Dav.

[x] *Si cum tanto impetu in Græciam veniſſet, cauſſam* ejus *quis ex eo quæreret tantarum copiarum tantique belli, mel ſe auferre ex Hymetto voluiſſe diceret*] Lege *cauſſam* vero *quis*. Alioqui pendet orationis ſeries. *Idem.*

Ib. *Mel ſe* afferre *ex Hymetto voluiſſe*] Cur non *auferre?* Certe id poſtulat ſententia. *P. Manucius.* [*Auferre* Pal. pr.]

[y] *Vitæ quidem infinita*] Corruptus locus; quem ita puto eſſe emendandum, *Et ea quidem infinita:* nam et libro primo Tuſc. quæſt. [cap. 24.] de animo loquens, *Habet,* inquit, *memoriam,* et eam infinitam, *rerum innumerabilium.* P. Manucius.

Ibid. Vitæ *quidem infinita*] Lambinus, conjecturam Manucii ſequens, edidit, *et ea quidem infinita*; nec aliter legendum puto. Vide Tuſc. i. 24. *Davies.*

[z] *Qui tibi, ut reliquæ corporis partes, non comites ſolum* virtutum, *ſed miniſtri etiam* videbuntur] *Videbantur* Pariſ. tres, Elienſ. uterque, C. C. C. et editio Victoriana. Omnino legendum, *Qui tibi, ut reliquæ corporis partes, non comites ſolum* VOLUPTATUM, *ſed etiam miniſtri* VIDEBANTUR. Nam ad voluptatem omnia referebant Epicu-

Digitized by Google

comites ſolum virtutum, ſed miniſtri etiam videbuntur. Quid, ſi in ipſo corpore multa voluptati præponenda ſunt, ut vires, valitudo, velocitas, pulcritudo; quid tandem in animis cenſes? in quibus doctiſſimi illi veteres ineſſe quiddam cæleſte et divinum putaverunt. Quod ſi eſſet in voluptate ſummum bonum, (ut dicitis) optabile eſſet in voluptate maxuma, nullo intervallo interjecto, dies noctesque verſari; cum omnes ſenſus dulcedine omni quaſi perfuſi moverentur. Quis eſt autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit eſſe in iſto genere voluptatis? Cyrenaici quidam non recuſant. Veſtri hæc verecundius: illi fortaſſe conſtantius. Sed luſtremus animo non has maxumas artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus nominabantur: ſed quæro, num exiſtumes non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, ſed Phidiam, Polycletum, Zeuxin, ad voluptatem artes ſuas direxiſſe? Ergo opifex plus ſibi proponet ad formarum, quam civis excellens ad factorum pulcritudinem? Quæ autem eſt alia cauſſa erroris tanti, tam longe lateque diffuſi, niſi quod is, qui voluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi, in qua ineſt ratio atque conſilium, ſed cum cupiditate, id eſt, cum animi leviſſima parte deliberat? Quæro enim de te, ſi ſunt Dii, ut vos etiam putatis, qui poſſunt eſſe beati, cum voluptates corpore percipere non poſſint? aut ſi ſine eo genere voluptatis beati ſunt, cur ſimilem animi uſum in ſapiente eſſe nolitis?

XXXV. Lege laudationes, Torquate, non eorum, qui ſunt ab Homero laudati, non Cyri, non Ageſilai, non Ariſtidis, non Themiſtoclis, non Philippi, non Alexandri; lege noſtrorum hominum, lege veſtræ familiæ. Neminem videbis ita laudatum, ut artifex callidus [a] comparandarum voluptatum diceretur; non

rei. Vide lib. i. cap. 9. et lib. ii. cap. 21. *Davies.*

[a] *Cõparandarum* voluptatum] Elienſ. ſec. Pariſ. ſec. tert. C. C. C. Med. et Balliol. *utilitatum.* Nec id abſurde. Vide nos ad hujuſce libri cap. xxvi. *Idem.*

Digitized by Google

elogia monumentorum id significant, [b] velut hoc ad portam [c] unicum, PLURIMÆ CONSENTIUNT GENTES, POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM. Idne consensisse de Calatino plurimas gentes arbitramur, primarium populi fuisse, quod præstantissimus fuisset in conficiendis voluptatibus? Ergo in iis adulescentibus bonam spem esse dicemus et magnam indolem, quos suis commodis inservituros, et quicquid ipsis expediat [d] facturos arbitramur? nonne videmus, quanta perturbatio rerum omnium consequatur? quanta confusio? tollitur beneficium, tollitur gratia, quæ sunt vincula concordiæ: nec enim, si tuam ob caussam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed feneratio; nec gratia deberi videtur ei, qui suam ob caussam commodaverit. Maxumas vero virtutes

[b] *Velut hoc ad portam* unicum, PLURIMÆ] Vulgo *velut hoc ad portam?* UNO ORE CUI PLURIMÆ. Siquidem vero Codices hoc in loco dent, *velut hoc ad portam uno cum* vel *cui plurimæ*; et in libro de Senect. cap. xvii. *in quem illud elogium* unicum, PLURIMÆ CONSENTIUNT GENTES POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM; hanc lectionem restituendam putavi. *Unicus* est singularis, ut adnotavit Cl. Græv ius, quem vide. Ovidius Metam. iii. 454.

——*Quid me, puer unice, fallis?*

Juvenalis Sat. viii. 110.

——*Si quod spectabile signum:*
Si quis in ædicula Deus UNICUS——

Sic Archimedes, *unicus spectator cæli siderumque* dicitur Livio xxiv. 34. *Davies.*

[c] *Uno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum*] Fortasse legendum, *Uno ore* quem *plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum.* In libro etiam de Senectute [cap. 17.] ubi est, *In quem illud elogium, Unicum plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum*; eodem modo legerem *Ore uno quem plurimæ* &c. cum veteres libri alii habeant *ore uno plurimæ*; alii *ore uno cum plurimæ.* Verbum autem *unicum* opinor inde natum, quod librarius in describendo omisisset *ore*; cumque remansisset *uno quem*, unde elici sententia nulla poterat, factum est *unicum*: ut, quod negligentia mutilaverat, impudentia depravaret. Nisi dicamus *cui* pro *ad cujus laudem* usurpatum esse; quod mihi quidem non displicet, qui non libenter ab antiquis libris discedam. *P. Manucius.*

[d] *Facturos* arbitramur] Paris. pr. tert. *arbitrabimur.* Non incommode. *Davies.*

Digitized by Google

jacere omnes neceſſe eſt, voluptate dominante. Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ, niſi honeſtas natura plurimum valeat, cur non cadant in ſapientem, non eſt facile defendere. Ac, ne plura complectar (ſunt enim innumerabilia) bene laudata virtus [e] voluptatis aditus intercludat neceſſe eſt: quod jam a me exſpectare noli. Tute introſpice in mentem tuam ipſe, eamque omni cogitatione pertractans, percunctare ipſe te, [f] perpetuiſne malis voluptatibus perfruens, in ea, quam ſæpe uſurpabas, tranquillitate degere omnem ætatem ſine dolore, adſumpto etiam illo, quod vos quidem adjungere ſoletis, ſed fieri non poteſt, ſine doloris metu; an, cum de omnibus gentibus optume mererere, cum opem indigentibus ſalutemque ferres, vel Herculis perpeti ærumnas? ſic enim majores noſtri labores non fugiendos triſtiſſimo tamen verbo [ærumnas] etiam in Deo nominaverunt. Exigerem ex te, cogeremque ut reſponderes, niſi vererer, ne Herculem ipſum ea, quæ pro ſalute gentium ſummo labore geſſiſſet, voluptatis cauſſa geſſiſſe diceres. Quæ cum dixiſſem, Habeo, inquit Torquatus, ad quos iſta referam; et, quamquam aliquid ipſe poteram, tamen invenire malo paratiores familiares noſtros. Credo, [g] Syronem dicis et Philodemum, cum optumos viros, tum doctiſſimos homines. Recte, in-

[e] Voluptatis *aditus intercludat*] Lambinus reponit *voluptati*. Sed nihil, invitis Codicibus, hoc in loco tentandum videtur; cum utraque loquendi ratio proba ſit et recta. *Davies.*

[f] *Perpetuiſne malis voluptatibus* perfruens] Sic legendum, non, ut habent libri vulgati, *perfluens*. LAMBIN. Ibid. *Perfruens* in Pall. quatuor Grutero repertum placuit. In omnibus tamen noſtris *perfluens* legitur. Et *fluere luxu, mollicia* ſimilibuſque vitiis paſſim dicitur. Paullo poſt *ærumnas* otioſe repetunt Codices, eamque vocem ibi delendam puto. *Idem.*

[g] Syronem *dicis et Philodemum*] Sic etiam Fam. lib. vi. Epiſt. xi. At Acad. ii. 33. *Omnia meminit* Scyron *Epicuri dogmata*. Servio ad Virgilii Eclog. vi. 13. *Siron* hic Epicureus dicitur. Pro *Philodemo* Victorius, Aldus nepos aliique *Polydemum* repræſentant. Male; contraque quam volunt noſtri Codices, præter unum Med. Vide Menagium ad Laertii x. 3. *Idem.*

Digitized by Google

quit, intellegis. Age ſane, inquam: ſed erat æquius, Triarium aliquid de noſtra diſſenſione judicare. [h] Immo, inquit adridens, iniquum, hac quidem de re: tu enim iſta lenius; hic Stoicorum more nos vexat. Tum Triarius, Poſthac quidem, inquit, audacius: nam hæc ipſa mihi erunt in promptu, quæ modo audivi; nec ante adgrediar, quam te ab iſtis, quos dicis, inſtructum videro. Quæ cum eſſent dicta, finem fecimus et ambulandi et diſputandi.

[h] Immo, *inquit arridens, iniquum*] Pariſini tres, Med. et Balliol. *juro inquit arridens.* Forte, *vero, inquit arridens, iniquum.* Hic elegans eſt iſtius particulæ uſus, de quo vide doctiſſimum Clericum Art. Crit. Part. iii. cap. xvi. 19. Veri tamen eſt ſimilius ab his innui Codicibus *imo,* quo modo ſcribere ſolebant. *Davies.*

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

ÀD

BRUTUM

LIBER TERTIUS.

I. [a] VOLUPTATEM quidem, Brute, si ipsa pro se loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, concessuram arbitror, convictam superiore libro, dignitati: et enim sit inpudens, si virtuti diutius repugnet, aut si honestis jucunda anteponat, aut pluris esse contendat [b] dulcedinem corporis et titillationem; ex

[a] *Voluptatem* quidem, *Brute*] Vulgo *equidem*, quod nolunt Elienſ. uterque, Pariſ. pr. ſec. Med. C. C. C. Balliol. et editio Victoriana. *Davies.*

[b] *Dulcedinem corporis* et utilitatem *ex eave natam*] Verum omnino videtur *dulcedinem corporis* titillantem, *ex eave natam*. Camerar.

Ib. *Dulcedinem corporis titillantem, ex eave natam lætitiam*] Sic emendavi ex auctoritate librorum manuſcriptorum: quod et olim Rivio in mentem video veniſſe. *Lambin.*

Ib. *Et titillantem ex ea re natam lætitiam*] Ita cum Lambino legit Manucius, et commode, ut videtur. Debeo tamen admonere lectores, in uno apud me MSto reperiri, *et titillationem, ex eave natam lætitiam*. Urſinus.

Ib. *Dulcedinem corporis* et titillationem, *ex eave natam lætitiam*] Vulgo *dulcedinem corporis* titillantem, *ex eave natam lætitiam*. At Pall. quinque, C. C. C. Elienſ. pr. Med. Balliol. et Ven. 1471. *dulcedinem corporis* et *titillantem*, prout etiam Victorius edidit. Igitur cum MS. Urſiniano et Elienſ. ſec. darent *dul-*

Digitized by Google

eave natam lætitiam, quam gravitatem animi atque conſtantiam. Quare illam quidem dimittamus et [c] ſuis ſe finibus tenere jubeamus, ne blanditiis ejus inlecebriſque inpediatur diſputandi ſeveritas. Quærendum eſt enim, ubi ſit illud ſummum bonum, quod reperire volumus; quoniam et voluptas ab eo remota eſt, et eadem fere contra eos dici poſſunt, qui vacuitatem doloris finem bonorum eſſe voluerunt. Nec vero ita ullum probetur ſummum bonum, ut virtute careat; [d] qua nihil poſſit eſſe præſtantius. Itaque quamquam in eo ſermone, qui cum Torquato eſt habitus, non remiſſi fuimus: tamen hæc acrior eſt cum Stoicis parata contentio. Quæ enim de voluptate dicuntur, ea neç acutiſſime nec abſcondite diſſeruntur: neque enim qui defendunt eam, verſuti in diſſerendo ſunt, nec qui contra dicunt, [e] cauſſam difficilem repellunt. Ipſe etiam dicit Epicurus, ne argumentandum quidem eſſe de voluptate, quod ſit poſitum ejus judicium in ſenſibus, ut commoneri nos ſatis ſit, nihil adtineat doceri. Quare illa nobis ſimplex fuit in utramque partem diſputatio: nec enim in Torquati ſermone quiequam inplicatum aut tortuoſum fuit; [f] noſtraque, ut mihi videtur, dilucida ora-

cedinem corporis et titillationem; lectionem recepi quæ loco belle congruit. Alioqui cum Pal. pr. reponerem *dulcedinem corporis ex eave natam lætitiam*; quæ ſcriptura Grutero quoque recta videbatur. *Davies.*

[c] *Suis ſe finibus* tenere *jubeamus*] Turbant hoc in loco Codices. Pall. quatuor et Pariſ. pr. tert. *ſuis ſe finibus* cedere *jubeamus*. Pal. ſext. *ſuos ſe fines* petere *jubeamus*. At primus ille *ſuis ſe finibus* petere *jubeamus*; quem ſecuti ſunt Jac. Gronovius et Iſ. Verburgius. Hæc tamen oratio parum videtur Latina: quapropter illam revocavi lectionem, quam, præter editos, præſtant Elienſ. uterque, Med. C. C. C. et Balliol. *Idem.*

[d] *Qua nihil* poſſit *eſſe præſtantius*] Vulgo *poteſt*. Med. *poſſet*. Noſtræ lectionis auctores ſunt Pariſ. pr. ſec. et Elienſ. ſec. *Idem.*

[e] *Cauſam difficilem repellunt*] Fortaſſe legendum *refellunt*: quamquam hæc lectio ferri poteſt. *Lambin.*

[f] Noſtraque, *ut mihi videtur, dilucida oratio*] Infelix hoc in loco conjector fuit Lambinus, cui placuit *totaque, ut mihi videtur, dilucida oratio*. Quamvis enim primi non minus ac ſe-

Digitized by Google

tio. Stoicorum autem non ignoras quam ſit ſubtile, vel ſpinoſum potius, differendi genus; idque cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda ſunt, inponendaque nova novis rebus nomina: quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans, in omni arte, cujus uſus vulgaris communiſque non ſit, multam novitatem nominum eſſe, cum conſtituantur earum rerum vocabula, quæ in quaque arte verſentur. Itaque et dialectici et phyſici verbis utuntur iis, [g] quæ ipſi Græciæ nota non ſunt: geometræ vero, muſici, grammatici etiam more loquuntur ſuo: item ipſæ rhetorum artes, quæ ſunt totæ forenſes atque populares, [h] verbis tamen in docendo quaſi privatis utuntur ac ſuis.

II. Atque, ut omittam has artes elegantes et ingenuas, ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. Quin etiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus verſatur, nominibus notavit novis. Quo magis hoc philoſopho faciendum eſt; ars eſt enim philoſophia vitæ; de qua differens adripere verba de foro non poteſt: quam-

cundi libri dubio procul auctor fuerit Tullius, tamen in priore Torquatus, in altero Tullius ipſe loquitur; hincque factum ut Torquati ſermonem ſuumque memorarit. *Davies.*

[g] *Quæ ipſi Græciæ nota non ſunt*] In MSto eſt, *quæ ipſi ſcientiæ nota ſunt.* Urſin.

Ib. *Quæ ipſi Græciæ nota non ſunt*] Vulgo *nota ſunt*; quam lectionem Gruterus e Pall. quatuor primus recepit, quæritque *quibus utantur Romani vocabulis in Dialectica, in Phyſica.* Vir autem ille Tullii mentem nullus intellexit: voluit enim Cicero dialecticos et phyſicos Græcos verbis iis uti, quæ Græcorum vulgo nota non ſunt. Igitur immerito prorſus exſulat particula negans, quam nos ex Elienſ. utroque, Pariſ. pr. ſec. C. C. C. Med. et Balliol. reſtituimus. *Davies.*

[h] *Verbis* tamen *in* docendo] Vulgo *tantum*; quod cum pejus ſit quam editorum veterum lectio, nos eam reducendam putavimus. Certe ſic habent Pariſ. tres, Med. C. C. C. et Elienſ. uterque. Verum in eo recte ſe geſſit Gruterus, quod *docendo* fide Pal. primi pro *dicendo* receperit. Cum optimo illo Codice faciunt Pariſ. pr. et Elienſ. ſec. *Idem.*

Digitized by Google

quam ex omnibus philoſophis [i] Stoici plurima novaverunt. Zeno quoque eorum princeps non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum. [k] Quod ſi in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, conceſſum a Græcia eſt, ut doctiſſimi homines, [l] de rebus non pervagatis, inuſitatis verbis uterentur; quanto id nobis magis eſt concedendum, qui ea nunc primum audemus adtingere? [m] Etſi [quod] ſæpe diximus, et quidem cum aliqua querela non Græcorum modo, ſed etiam eorum, qui ſe Græcos magis quam noſtros haberi volunt, nos non modo non vinci a Græcis verborum copia, ſed eſſe in ea etiam ſuperiores; elaborandum eſt, ut hoc non in noſtris ſolum artibus, ſed etiam in illorum ipſorum [n] conſequamur.

[i] *Stoici plurima* nominaverunt] Fero *nominaverunt*, ſed *novaverunt* malim. *P. Manucius.* Ibid. Hoc in loco patientior, quam decuit, erat Manucius: nam *nominaverunt* ſententiæ non convenit, et *novaverunt* ex Pall. pr. tert. Gruterus recte dedit. Sic etiam Med. exhibet. *Davies.*

Ibid. *Plurima novarunt*] Sic legendum, ut edendum curavi: quod quidem primum non longe abeſt a lectione vulgata *nominaverunt*; deinde reperitur integra in codice Memmiano et Cujatiano. *Lambin.*

[k] *Quod ſi in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, conceſſum eſt, ut doctiſſimi homines*] Ita legitur hic locus in vetere libro, cum in aliis ſit *conceſſum* a Græcia *eſt*. Urſin.

[l] *De rebus non* pervulgatis] Codex Cujatianus habet *non pervagatis*. Lambin. Ibid. *Pervagatis* poſt Victorium Gruterus exhibuit, idque fide Pall. ſuorum. His accedunt Pariſ. pr tert. et Elienſ. uterque. *Dav.*

[m] *Etſi, quod ſæpe diximus*] Hæc periodus Guyeto ſic diſtinguenda videtur et corrigenda, *Et ſi (quod ſæpe diximus, et quidem cum aliqua querela non Græcorum modo, ſed etiam eorum qui ſe Græcos magis quam noſtros haberi volunt) nos non modo non* vincimur *a Græcis verborum copia, ſed* ſumus *in ea etiam ſuperiores; elaborandum* &c. Ac eas, ut opinor, emendationes loci mens et linguæ Latinæ ratio flagitant. Malas manus hic paſſus videtur Cicero, quod a verbo *diximus* ſequentia pendere cenſebant librarii. Fieri tamen poteſt ut abundet vocula, legendumque ſit, *Etſi ſæpe diximus——noſtros haberi volunt, nos non modo non vinci a Græcis verborum copia, ſed eſſe* &c. Ac hoc probabilius videtur. *Idem.*

[n] *Conſequamur.* Quamquam *ea verba, quibus ex inſtituto veterum utimur pro Latinis—— quamquam Latine ea dici poterant*] Vulgo *conſequamur*, quam

Digitized by Google

Quamquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum utimur pro Latinis, (ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, [o] Muſica) quamquam Latine ea dici poterant, tamen, [p] quoniam uſu præcepta ſunt, noſtra ducamus. Atque hæc quidem de rerum nominibus. De ipſis rebus autem ſæpenumero, Brute, vereor ne reprehendar, cum hæc ad te ſcribam, [q] qui cum in philoſophia, tum in optumo genere philoſophiæ tantum proceſſeris. Quod ſi facerem, quaſi te erudiens, jure reprehenderer: ſed ab eo plurimum abſum: neque, ut ea cognoſcas quæ tibi notiſſima ſunt, ad te mitto; ſed quia facillime in nomine tuo adquieſco, et quia te habeo æquiſſimum eorum ſtudiorum, quæ mihi communia tecum ſunt, [r] exiſtumatorem et judicem. Attendes igitur, ut ſoles, diligenter, eamque controverſiam dijudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo, divino ac ſingulari viro. Nam, in Tuſculano cum

ea verba &c. Sed vitioſa prorſus eſt interpunctio, cunctique MSS. præter Pal. primum *quamquam* præ ſe ferunt; nec aliter ſine ſenſus detrimento ſcribi poteſt. Turbas dedere viri docti quod in animum non revocarint quæ ſit optimorum ſcriptorum conſuetudo. Nimirum, poſt vocabula quædam quaſi παρενθετικῶς interjecta, vel eaſdem voces vel ſimiles repetere ſolent; id quod innumeris conſtat exemplis. Vide modo J. Fr. Gronovium ad Livii xliv. 40. et nos ad Tuſcul. iii. 8. *Davies.*

[o] *Muſica*] In C. C. C. et Ven. 1471. legitur *Muſica et Aſtrologia*. Non incommode quidem; cum tamen eas voces non agnoſcant optimi libri, vehementer an Tullii ſint dubito. *Idem.*

[p] *Quoniam uſu* præcepta *ſunt*] Sic Gruterus ex Pal. tert. cum quo facit C. C. C. Ac ita Ciceronem ſcripſiſſe puto. *Præcepta*, ante cognita, præoccupata. Vide Servium ad Virgilii Eclog. iii. 98. Æn. vi. 105. et Nic. Heinſium ad Valerii Flacci iv. 751. Lambinus autem legit *quoniam uſu* recepta *ſunt*. Pariſini tres, Balliol. Med. aliique Codices *uſu percepta*, nec aliter Victorius et Manucius dederunt. *Idem.*

[q] *Qui tum in philoſophia* &c.] Lego *qui cum in* omni *philoſophia* &c. *Lambinus.*

[r] *Exiſtimatorem*] Ita quidem Pariſ. pr. tert. at ſec. Elienſ. aliique multi dant *æſtimatorem*. Utrumque probum, niſi nos decipiant Codices. Vide ſis noſtrum in Oratore capp. 31, 41. *Davies.*

Digitized by Google

eſſem, vellemque e bibliotheca pueri Luculli quibuſdam libris uti, veni in ejus villam, ut eos ipſe (ut ſolebam) inde promerem. Quo cum veniſſem, M. Catonem, quem ibi eſſe neſcieram, vidi in bibliotheca ſedentem, multis circumfuſum Stoicorum libris: erat enim, ut ſcis, in eo inexhauſta aviditas legendi, nec ſatiari poterat: quippe qui ne reprehenſionem quidem volgi inanem reformidans, in ipſa curia ſoleret legere ſæpe, dum ſenatus cogeretur, nihil operæ reipublicæ detrahens; [s] quo magis tum in ſummo otio, maxumaque copia [t] quaſi heluari libris, ſi hoc verbo [u] in tam clara re utendum eſt, videbatur? [x] Quod cum accidiſſet, ut alter alterum nec-opinato videremus, ſurrexit ſtatim: deinde prima illa, quæ in congreſſu ſolemus, Quid tu, inquit, huc? a villa enim, credo; et, ſi ibi te eſſe ſciſſem, ad te ipſe veniſſem. Heri, inquam, ludis commiſſis, ex urbe profectus veni ad veſperum: cauſſa autem fuit huc veniendi, ut quoſdam hinc libros promerem. Et quidem, Cato, totam hanc copiam jam Lucullo noſtro notam eſſe oportebit: nam his libris eum malo, quam reliquo ornatu villæ delectari; eſt

[s] *Quo magis — videbatur? Quo magis* idem valet ac quanto magis. Interrogationis igitur nota fuit addenda, quam prætermittunt editi. *Davies.*

[t] *Quaſi beluo librorum*] Codex Cujatianus habet *beluaris libri.* Plane mendoſe: quis neget? ſed quid ſi dicamus hinc videri legendum, *beluari libros videbatur?* Lambinus.

Ib. *Quaſi beluari libris*] In pleriſque MSStis eſt *beluo libri.* Sed receptam lectionem præſtant Scaligeri vetus Codex, Pal. pr. et Elienſ. ſec. Lambinus tamen et Guyetus ſcribunt *beluari libros*; ut *beluari reip. ſanguinem* dixit pro Domo c. xlvii. Forſan *quaſi beluari* in *libris.* Vide Ciceronem de Prov. Conſul. cap. vi. et Agellium ii. 24. *Davies.*

[u] *In tam* clara *re*] Lambinus reſcribendum putat *in tam* præclara *re.* Nihil opus, ut arbitror. *Idem.*

[x] *Quod cum accidiſſet, ut alter alterum* &c.] Videtur hoc quibuſdam mendoſum, aut certe inuſitate dictum: mihi vero non videtur. Nam *quod* hic poſitum pro *ſed*, ſeu *autem*, ut in *quod ſi.* Sic apud Lucretium lib. i. [vſ. 222.]

Quod nunc æterno quia conſtant ſemine quæque:

ubi libri vulgati habent, *At nunc* &c. *Lambinus.*

Digitized by Google

enim mihi magnæ curæ: quamquam hoc quidem proprium tuum munus eſt, ut ita erudiatur, [y] ut et

[y] *Ut et patri, et Cæpioni noſtro et tibi tam propinquo reſpondeat*] Auſus ſum et hic pro *Scipioni* reponere *Cæpioni*, et paullo poſt *Cæpionem* pro *Scipionem*, ductus hac nimirum conjectura, quod Lucullus puer, cui tutor a patre M. Cato relictus eſt, matrem habuit Serviliam Catonis ſororem; cujus fratrem Plutarchus in Catone Uticenſi *Cæpionem* nominat; nec, opinor, ignorat quiſquam cognomen Serviliæ gentis *Cæpio* fuiſſe. Eſt autem Cæpionium hic ordo, quantum ex antiquitatis obſervatione licuit colligere. Q. Servilius Cæpio conſul anno urbis DCXLVII. male cum Cimbris pugnavit. Ejus filius Q. Cæpio M. Scaurum accuſavit; Druſo Tribuno pl. qui paullo ante bellum Marſicum domi ſuæ interfectus eſt, pro equitibus reſtitit; bello Marſico periit anno DCLXIII. quibus de rebus habeo teſtes Appianum, Florum, Oroſium, Epitomen Livianam. Hic Cæpio ex Livia Druſi ejus ſorore, cum quo eum inimicitias geſſiſſe diximus, filios ſuſcepit Q. Cæpionem et Serviliam, M. Catonis ſororem, M. Bruti matrem, quam C. Cæſar, poſtea Dictator, adamavit; de quibus utriſque agemus. Cæpionem Tribunum mil. in bello Spartaci fuiſſe, obiiſſe in Aſia ante Quæſturam, ait Plutarchus in Catone Uticenſi. Servilia primum nupſit M. Bruto, ei quem interfectum a Pompeio magno Sullanis temporibus docet Valerius Maximus lib. vi. cap. 2. idque Plutarchus confirmare videtur in Bruti vita. Peperit ex eo M. Brutum, interfectorem poſtea C. Cæſaris: deinde uxor fuit, ut legimus in Plutarcho, L. Luculli, qui Mithridatem et Tigranem divicerat, poſt dimiſſam ab eo Clodiam P. Clodii ſororem; ex qua filium genuit L. Lucullum, quem pater moriens in tutela voluit eſſe M. Catonis, fratris Serviliæ uxoris ſuæ. Ideo dixit hic Cicero, *Tuum munus eſt ut ita erudiatur, ut et patri, et Cæpioni noſtro, et tibi tam propinquo reſpondeat.* Quæri autem poteſt, qua ratione ſoror fuerit Servilia Catonis, qui erat e gente Porcia. In quo ſcire illud oportet, Cæpionis Serviliæ patris, quem deceſſiſſe bello Marſico diximus, uxorem fuiſſe Liviam, M. Livii Druſi filiam, ejus quem contra C. Gracchum in Tribunatu pro Senatu ſtetiſſe Plutarchus in vita Gracchorum oſtendit; ejus autem ſororem, quem intra domeſticos parietes ab occulto percuſſore necatum hiſtoriæ narrant. Hæc Livia, cum ex eo Cæpione filios genuiſſet, ut jam diximus, Cæpionem et Serviliam, divortio facto (non enim poſt obitum Cæpionis putandum eſt; nam obiit Marſici belli tempore, aliquanto poſt alterum Liviæ conjugium; quod ex Catonis Uticenſis, Liviæ filii, ætate conſtat; qui cum perierit Cæſare et Lepido Coſſ. annos natus XLVIII. ut ait Plutarchus, ſatis conſtat ante Mar-

Digitized by Google

patri et Cæpioni noſtro, et tibi tam propinquo reſpondeat. Laboro autem non ſine cauſſa: [z] nam et

ficum bellum, id eſt, ante Cæpionis interitum, eſſe natum) nupſit M. Catoni, ex quo genuit eum Catonem, qui ſe poſtea Uticæ interemit. Patet igitur, M. Catonis Uticenſis uterinam ſororem Serviliam, uterinumque fratrem fuiſſe Cæpionem, quem Catoni jucundiſſimum fuiſſe ex eodem Plutarcho cognoſcitur: ex quo etiam conſtat, Druſum Liviæ patrem, Catonis avum fuiſſe, ut appellatur a Cicerone lib. iv. de Fin. [cap. 24.] his verbis; *Conferam avum tuum Druſum cum C. Graccho ejus fere æquali:* quod in Catone Plutarchus, et Cicero in oratione pro Milone confirmant, Catonis avunculum Druſum appellantes, cum ejus filium, qui Senatus cauſam contra Gracchum tutatus eſt, ſine dubio ſignificent. *P. Manucius.*

Ib. *Et* Cæpioni *noſtro*] Hoc debitum Pal. primo; quemadmodum dudum conjecerat P. Manucius, ſed non etiam ſtabilierat librorum fidis tibicinibus. Vulgati Scipioni et hic et infra. *Gruterus.*

[z] *Nam et avi ejus memoria moveor* (*nec enim ignoras quanti fecerim* Scipionem, *qui, ut opinio mea fert, in principibus jam eſſet ſi viveret*) *et Lucullus mihi verſatur ante oculos*] Avum Luculli pueri Q. Cæpionem fuiſſe, eum qui bello Marſico interiit, jam ſignificavimus; quem Cicerone ſeniorem fuiſſe indicant non ſolum ea verba *quanti fecerim Scipionem* et ea *in principibus jam eſſet*, hoc eſt, aliquot jam annis auctoritatem in civitate ſummam obtineret; ſed multo magis illa quæ Cato reſpondet, *Uterque tibi teſtamento liberos ſuos commendavit.* Nominat igitur Cicero duos Cæpiones; filium quidem priore loco, cum ait *Cæpioni noſtro*, qui fuit avunculus pueri Luculli et M. Brutum adoptavit, unde Cæpio Brutus lib. ii. ad Attic. [Ep. 24.] et Q. Cæpio Brutus Philippica x. [cap. xi.] et in argenteis nummis nominatur: deinde ejus patrem, cum ſubjungit *et avi ejus memoria moveor.* Hic mihi ſcrupulus, obſervata Ciceronis ætate, ſane difficilis injicitur. Nam ſi Luculli pueri fuit avus Cæpio, is quem Italico bello anno urbis DCLXIII. vita exceſſiſſe dicimus; vix fieri poſſe video, ut eum Cicero ſignificet, cum ait *Non enim ignoras quanti fecerim Cæpionem:* nam annus urbis DCLXIII. fuit annus Ciceronis ætatis XVII. ut adoleſcentulo Ciceroni, vix annos pubertatis ingreſſo, conſuetudinem cum viro Cæpione ullam fuiſſe credibile non ſit. Accedit illud, quo etiam magis moveor, quod, cum Cato commendatos Ciceroni a moriente Cæpione liberos ejus paullo poſt ſubjungit, repugnare videtur Ciceronis ætas annum agentis, ut diximus, XVII. cum Cæpio vita exceſſit. Itaque interdum mihi venit in mentem ſuſpicari, ne hic Cæpio, quem Cicero obſervavit cujuſque liberos ei commendatos eſſe a patre moriente Cato

Digitized by Google

avi ejus memoria moveor (nec enim ignoras, quanti fecerim Cæpionem; qui, ut opinio mea fert, in principibus jam eſſet, ſi viveret) et Lucullus mihi verſatur ante oculos, vir cum omnibus excellens, tum mecum et amicitia et omni voluntate ſententiaque conjunctus. Præclare, inquit, facis, cum et eorum memoriam tenes, quorum uterque tibi teſtamento liberos ſuos commendavit, et puerum diligis. Quod autem meum munus dicis, non equidem recuſo; ſed te adjungo ſocium. Addo etiam illud, multa jam mihi dare ſigna puerum et pudoris et ingenii: ſed ætatem vides. Video equidem, inquam: ſed tamen jam [a] infici debet iis artibus, quas ſi, dum eſt tener, conbiberit, ad majora veniet paratior. [b] Sic, et quidem

dicit, filius fuerit ejus qui periit bello Marſico, pater autem ejus, quem Catonis fratrem Plutarchus appellat et Serviliæ, quæ M. Brutum ex priore viro Bruto, Lucullum puerum ex poſteriore L. Lucullo peperit. Quod ſi ita eſt; ſororem Druſi poſterioris Liviam ejus Cæpionis filio nupſiſſe credendum erit, qui cum fratre ejus in Equitum cauſſa contenderat. Ita quatuor deinceps, perpetuo cognationis ordine, Cæpiones erunt, omnes Quincti prænomine. Primus, qui conſul cum Cimbris male remp. geſſit: alter, qui Scauro diem dixit, et bello Sociali, vel, ut alii appellant, Italico aut Marſico periit: tertius, qui, quod equidem ſciam, nuſquam nominatur; cur tamen eum fuiſſe credi poſſit, cauſſas oſtendi: quartus, M. Catonis Uticenſis frater, qui filiam, ut a Plutarcho ſcriptum animadverti, moriens reliquit, adoptato, ut diximus, ſororis ſuæ Serviliæ filio M. Bruto. *P. Manucius.*

[a] Infici *debet*] Guyetus, præeunte Scaligero, legit *ſuffici debet*; illique emendationi ſuadendæ locus hic adducitur ex Ciceronis Hortenſio: *Ut bi qui* combibi *purpuram volunt*, ſufficiunt *prius lanam medicamentis quibuſdam*. Exſtat apud Nonium in *ſufficit* et in *imbuere*; ſed nihil aliud probat, niſi Ciceronem ita, ſi vellet, loqui potuiſſe. Revera nihil eſt mutandum; nam verbo, quod exhibent Codices, imbuendi vel tingendi datur poteſtas. Seneca Œdip. vſ. 122.

—— *Flamma propiore nudos*
Inficit *Indos*.

Vide Tuſc. ii. 2. Cæſarem B. G. v. 14. et Melam iii. 6. *Davies.*

[b] *Sic equidem diligentius*] *Hic equidem* &c. ſcribendum ex antiquo Codice. *Urſin.*

Ib. Sic, *et quidem diligentius*] Lambinus edidit *ſic* eſt: *et quidem diligentius*. Satis quidem commode. Potius tamen repoſuerim, *ſcilicet, et quidem dili-*

Digitized by Google

diligentius ſæpiuſque iſta loquemur inter nos, agemuſque communiter. [c] Sed reſideamus, inquit, ſi placet: itaque fecimus.

III. Tum ille: Tu autem, cum ipſe tantum librorum habeas, quos hic tandem requiris? Commentarios quoſdam, inquam, Ariſtotelios, quos hic ſciebam eſſe, veni ut auferrem, [d] quos legerem, dum eſſem otioſus; quod quidem nobis (ut ſcis) non ſæpe contingit. Quam vellem, inquit, te ad Stoicos inclinaviſſes! erat enim, ſi cujuſquam, certe tuum, nihil præter *virtutem* in bonis ducere. Vide, ne magis, inquam, [e] tuum fuerit, cum re idem tibi quod mihi videretur, non nova te rebus nomina inponere: ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat. Minime vero, inquit ille, conſentit: [f] quicquid enim, præter id quod honeſtum ſit, expetendum eſſe dixeris in boniſque numeraveris; et honeſtum ipſum, quaſi virtutis lumen, exſtinxeris, et virtutem penitus everteris. Dicuntur iſta, Cato, magnifice, inquam: ſed videſne verborum gloriam tibi [g] cum Pyrrhone et cum Ariſtone, qui omnia exæquent, eſſe communem? de quibus cupio ſcire quid ſentias. [h] Egone quæris, inquit,

gentius. Prima vox, ut fit, per compendium ſcriptæ, non difficulter in eam, quam dant Codices, mutabatur. *Davies.*

[c] *Sed reſideamus* &c.] Libri manuſcripti habent, *ſed reſidamus:* et paullo poſt *Ariſtotelios*, pro quo vulgati habent *Ariſtotelicos. Lambin.*

[d] Quos *legerem*] Elienſ. pr. *ut legerem.* Hæc tamen, ut videtur, ex interpretatione nata eſt lectio: nam Cicero, niſi multum fallor, reliquit, *quo legerem.* Davies.

[e] *Tuum fuerit—non nova* te *rebus nomina imponere*] Abundare cenſeo *te:* quapropter in ſpongiam per me licet incumbat. *Idem.*

[f] Quidquid *enim, præter id quod boneſtum ſit, expetendum eſſe dixeris*] Pariſ. pr. *expetendum eſſe ſi dixeris.* Lego *quicquam enim, præter id quod boneſtum ſit, expetendum eſſe ſi dixeris.* In recepta lectione non belle procedit oratio. *Idem.*

[g] *Cum Pyrrhone et* cum *Ariſtone*] Vulgo *cum Pyrrhone et Ariſtone.* Sed præpoſitionem geminavi fide Pariſ. pr. ſec. Med. et editionis Victorianæ. *Idem.*

[h] Egone *quæris, inquit,* ſcire *quid ſentiam?*] Sic edidere Victorius et Aldus nepos, atque ſic habent C. C. C. Med. Balliol. aliique Codices. Vulgo *ergone.* Perperam. Quin et ſi mei res eſſet arbitrii, *ſcire,* quod neſcit

Digitized by Google

ſcire quid ſentiam? quos bonos viros, fortes, juſtos, moderatos aut audivimus in republica fuiſſe, aut ipſi vidimus, qui ſine ulla doctrina naturam ipſam ſecuti multa laudabilia fecerunt; eos melius a natura inſtitutos fuiſſe, quam inſtitui potuiſſent a philoſophia, ſi ullam aliam probaviſſent, præter eam, quæ nihil aliud in bonis habet, niſi honeſtum; nihil, niſi turpe, in malis. [i] Ceteræ philoſophorum diſciplinæ, omnino alia magis alia, ſed tamen omnes, [k] quæ rem ul-

Elienſ. primus, expungerem. *Davies.*

[i] *Ceteras philoſophorum diſciplinas, omnino aliam magis, aliam minus* &c.] Sic edendum curavi, libris omnibus invitis: qui ſic habent, *ceteræ philoſophorum diſciplinæ, omnino alia magis, alia minus, ſed tamen omnes*, &c. Plane mendoſe: quis non videt? Dici enim Latine non poteſt, *arbitror ceteræ philoſophorum diſciplinæ* &c. *nihil adjuvare*, &c. Itaque vel committendum, ut Cicero ſolœce locutus ſit, quod eſt incredibile: aut ſic, ut edidi, legendum. Paucis poſt verbis, quis non videt, hanc lectionem eſſe mancam et laceram, *quæ rem ullam virtutis expertem, aut in bonis, aut in malis numerent* &c. quamvis omnes libri ſic habeant? Itaque ſic edidi, et omnino ſic legendum, *quæ rem ullam aut virtutis expertem in bonis: aut turpitudinis*, ſeu, *aut vitii, in malis numerent* &c. *Lambinus.*

Ib. *Ceteræ philoſophorum diſciplinæ, omnino alia magis alia*] Lambinus, ne ſolœciſmi reus ſit Cicero, legit *ceteras philoſophorum diſciplinas, omnino aliam magis, aliam minus.* Et ſane Codices dant *alia magis, alia minus*, niſi quod Pal. pr. ultimam vocem merito prætermittat. Ipſe minima mutatione legerim, *ceteræ philoſophorum diſciplinæ, omnino* aliam *magis alia* &c. *Ceteræ philoſophorum diſciplinæ*, quod attinet ad ceteras philoſophorum diſciplinas. Sic enim paſſim loquuntur ſcriptores. Philoſtratus vit. Apoll. ii. 24. Οἱ δὲ τὸ ἱερὸν τοῖχοι, πυρσαῖς λίθοις ὑπογράπλει χρυσός. Frequens eſt in hujuſmodi locutionibus ille ſcriptor. Vide ii. 31. iii. 15, 39, 54. iv. 2, 14, 28. v. 20, 25. Sic et Ælianus pluribus in locis. Adi V. H. ii. 41. et Iſ. Caſaubonum ad Polyæni i. 18. Agellius xix. 1. Nox *deinde, quæ diem primum ſecuta eſt, in ea fere tota ventus a latere ſæviens navem undis compleverat.* Sic et Seneca de Tranq. animi cap. xi. ne Heliodorum lib. i. pag. 2. et lib. iv. pag. 162. alioſve memorem. *Davies.*

[k] *Quæ rem ullam virtutis expertem aut in bonis aut in malis numerent*] Recte Lambinus, ut puto, locum eſſe mutilum vidit. Sed plura mutavit quam neceſſarium videtur. Lego *quæ rem ullam virtutis expertem aut* vitii *in bonis aut in malis numerent*; unica voce interpoſita, quam ſententia flagitat. *Idem.*

Digitized by Google

lam virtutis expertem aut in bonis aut in malis numerent, eas non modo nihil adjuvare arbitror, [l] neque adfirmare quo meliores ſimus, ſed ipſam depravare naturam. Nam ſi hoc non obtineatur, [m] id ſolum bonum eſſe, quod honeſtum ſit; nullo modo probari poſſit, beatam vitam virtute effici: quod ſi ita ſit, cur opera philoſophiæ ſit danda, neſcio: ſi enim ſapiens aliquis miſer eſſe poſſit, næ ego iſtam gloriosam memorabilemque virtutem non magno æſtimandam putem.

IV. Quæ adhuc, Cato, a te dicta ſunt, eadem, inquam, dicere poſſes, ſi ſequerere Pyrrhonem aut Ariſtonem: nec enim ignoras, his iſtud honeſtum, non ſummum modo, ſed etiam (ut tu vis) ſolum bonum videri. Quod ſi ita eſt, ſequitur id ipſum, quod te velle video, omnes ſemper beatos eſſe ſapientes. Hoſne igitur laudas, et [n] hanc eorum, inquam, ſententiam ſequi nos cenſes oportere? Minime vero iſtorum quidem, inquit: cum enim virtutis hoc proprium ſit, earum rerum, quæ ſecundum naturam ſint, habere delectum; qui omnia ſic exæquaverunt, ut in utramque partem ita paria redderent, [o] uti nulla ſelectione

[l] *Neque* affirmare *quo meliores ſimus*] Legendum potius *afformare*; quod verbum et quid ſignificet apparet, et alibi legimus *informare conformare*que ut alienum illud non debeat videri. *Camerarius.*

Ib. *Neque* affirmare] Qui vel *afferre*, vel *afformare*, vel *obfirmare* reſcribunt, nihil agere videntur. *Affirmare*, confirmare, vires addere. Vide J. Fr. Gronovium ad Livii xxii. 13. *Davies.*

[m] *Id ſolum bonum eſſe, quod honeſtum ſit: nullo modo* &c.] Hic quoque videtur aliquid deeſſe. Itaque ſic fortaſſe legendum, et quod deeſt ita ſupplendum *id ſolum bonum eſſe, quod honeſtum ſit: id ſolum malum quod turpe: nullo modo* probari &c. *Lambinus.*

[n] *Hanc eorum ſententiam ſequi nos cenſes oportere*] Pariſ. pr. tert. *banc eorum* in *ſententiam.* Elienſ. uterque, Med. et editio Victoriana *banc eorum, inquam, ſententiam.* Ac horum librorum fide ſic edidi. Accedit et C. C. C. niſi quod is *banc, inquam, eorum ſententiam* repræſentet. *Davies.*

[o] *Uti nulla ſelectione uterentur* ejus, *virtutem ipſam ſuſtuleruni*] Vox *ejus* delenda Lambino videtur, et certe περίλειπει. Cum tamen eam retineant omnes MSSti niſi quod Elienſ. ſec. *ejus* loco det *bujus*; reſcribendum

Digitized by Google

uterentur ejus, virtutem ipſam ſuſtulerunt. Iſtud quidem, inquam, optume dicis: ſed quæro, nonne tibi faciendum idem ſit, nihil dicenti bonum, quod non rectum honeſtumque ſit, reliquarum rerum diſcrimen omne tollenti? Si quidem, inquit, tollerem: ſed relinquo. Quonam modo, inquam, ſi una virtus, unum iſtud, quod honeſtum adpellas, rectum, laudabile, decorum, (erit enim notius quale ſit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus) id ergo, inquam, ſi ſolum eſt bonum; quid habebis præterea quod ſequare? aut, ſi nihil malum, niſi quod turpe, inhoneſtum, indecorum, pravum, flagitioſum, fœdum, ut hoc quoque pluribus nominibus inſigne faciamus; quid præterea dices eſſe fugiendum? Non ignoranti, inquit, tibi quid ſim dicturus, ſed aliquid, ut ego ſuſpicor, ex mea brevi reſponſione adripere cupienti, non reſpondebo ad ſingula: explicabo potius, quoniam otioſi ſumus, niſi alienum putas, totam Zenonis Stoicorumque ſententiam. Minime id quidem, inquam, alienum, multumque ad ea, quæ quærimus, explicatio tua iſta profecerit. Experiamur igitur, inquit; etſi habet hæc Stoicorum ratio difficilius quiddam et obſcurius: nam cum in Græco ſermone [P] hæc ipſa quondam rerum nomina [nova-

puto, *uti nulla ſelectione uterentur*, funditus *virtutem ipſam ſuſtulerunt*. Noſter in Oratore cap. lxii. *Tollit* funditus *veritatem et fidem*. Vide ſis et ſupra lib. ii. cap. 25. *Davies.*

P *Hæc ipſa quondam rerum nomina* novarum *nova videbantur*] Hæc eſt P. Manucii conjectura, quam Lambinus et Guyetus etiam probant. Videamus autem quid præ ſe ferant MSSti. Plerique dant *rerum nomina novarum* non *videbantur*. Alii *nomina* novantur non *videbantur*. Victorius ex ſuis edidit *nomina novarum novabantur*. Mediam vero vocem neſcit Elienſ. pr. eamque Scaliger expungendam cenſuit. Pariſ. pr. *rerum nomina novarum videbantur*. ſec. *nomina* novantur *videbantur*. Denique Pal. ſextus, *rerum nomina* non *videbantur*. Legendum reor, *hæc ipſa quondam rerum nomina nova videbantur*; quod a Codicibus quam minime recedit. *Idem.*

Ib. *Rerum nomina novarum nova videbantur*] Secutus ſum in hoc loco reſtituendo P. Manucii conjecturam: quæ ita certa eſt, ut, ſi ſcripti codices omnes eam refellerent, nihilo minus probanda videretur. Nunc

Digitized by Google

rum] nova videbantur, quæ nunc conſuetudo diuturna trivit; [q] quid cenſes in Latino fore? Faciendum id quidem eſt, inquam: ſi enim Zenoni licuit, cum rem aliquam inveniſſet inuſitatam, inauditum quoque ei rei nomen inponere; cur non liceat Catoni? nec tamen exprimi verbum e verbo neceſſe erit, ut interpretes indiſerti ſolent, cum ſit verbum, quod idem declaret, magis uſitatum. Equidem ſoleo etiam, quod uno Græci, ſi aliter non poſſum, idem pluribus verbis exponere: et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, ſi quando minus occurret Latinum, nę hoc ephippiis et acratophoris potius, quam proëgmenis et apoproëgmenis concedatur; quamquam hæc quidem præpoſita recte et rejecta dicere licebit. Bene facis, inquit, quod me adjuvas; et iſtis quidem, quæ modo dixiſti, utar potius Latinis: in ceteris ſubvenies, ſi me hærentem videbis. [r] Sedulo, inquam, faciam. Sed *Fortuna fortes*; quare conare, quæſo: quid enim hoc poſſumus agere divinius?

V. Placet his, inquit, quorum ratio mihi probatur, [s] ſimul atque natum ſit animal (hinc enim eſt ordiendum) ipſum ſibi conciliari, et commendari [t] ad ſe

cum eam nonnulli codices adjuvent, nemini dubium eſſe debet, quin ſit hæc vera ſcriptura. *Lambinus.*

Ib. *Novarum non videbantur*] Alii *novarum novabantur*, ſenſu mihi non admodum probato: non enim reſpondet ad illud quod dixit *difficilius et obſcurius*. Potius legendum crederem, *novarum nova videbantur*: ut *nova* accipiatur, quaſi duriora et nimis obſcura: quod accidere ſolet, cum nominibus utimur inauditis. *P. Manuc.*

[q] *Quid cenſes in Latino fore?* Facillimum *id quidem eſt*] Pariſ. ſec. et Balliol. *quid cenſes in Latino fore* faciendum? Facillimum *id quidem eſt*. C. C. C. et Med. *fore* faciendum? Faciendum *id quidem eſt*. In his codicibus male repetitur *faciendum*; in illis utraque quæ ferebatur lectio ſimul exhibetur: nam reponendum *quid cenſes in Latino fore?* Faciendum *id quidem eſt*, ut habet Elienſ. pr. et ſic edidi. Reſpicit ad illud quod Cato dixerat; *Experiamur igitur, etſi habet hæc* &c. *Davies.*

[r] *Sedulo—conare quæſo*] Hæc adducit Nonius in *ſedulum*. Idem.

[s] *Simul atque natum ſit animal*] Vide Diogenem Laertium et ejus Interpretes vii. 85. *Id.*

[t] *Ad ſe conſervandum et ſuum*

Digitized by Google

conſervandum et ſuum ſtatum, et ad ea, quæ conſervantia ſunt ejus ſtatus, diligenda; alienari autem ab interitu, iiſque rebus quæ interitum videantur adferre. Id ita eſſe ſic probant, quod, ante quam voluptas aut dolor adtigerit, ſalutaria adpetant parvi, adſpernenturque contraria: quod non fieret, [u] nisi ſtatum ſuum diligerent, [x] interitum timerent: fieri autem non poſſet, ut adpeterent aliquid, niſi ſenſum haberent ſui, [y] eoque ſe diligerent: ex quo intellegi debet, [z] principium ductum eſſe a ſe diligendo. In principiis autem naturalibus [a] diligendi ſui] plerique Stoici non putant voluptatem eſſe ponendam: quibus ego vehementer adſentior; ne, ſi voluptatem natura poſuiſſe in iis rebus videatur quæ primæ adpetuntur, multa turpia ſequantur. Satis eſſe autem argumenti videtur,

ſtatum] Vulgo *et* ad *ſuum ſtatum*. Sed præpoſitionem ſide Elienſ. pr. delevimus. *Davies.*

[u] *Niſi ſtatum* ſuum *diligerent*] Elienſ. uterque, Pariſ. pr. tert. C. C. C. Med. et editio Victoriana, *niſi ſtatum* ipſum *diligerent*. A Cicerone credo fuit *niſi ſtatum* ipſi ſuum *diligerent*. Idem.

[x] *Interitum timerent: fieri autem non poſſet*] Pariſini tres, Elienſ. reliquique noſtri codices *interitum timerent:* intelligi *fieri autem non poſſet*. Aut temere intruſa eſt illa vox, aut olim duplex fuit lectio, quam conjunxere librarii. Lege vero *interitum timerent: fieri* enim *non poſſet:* nam ſuperioris effati ratio redditur. *Idem.*

[y] *Eoque ſe diligerent*] Vulgo *eoque ſe* et ſua *diligerent*. Duas autem voculas iſtas recte prætermittit Pal. pr. quod ex ſequentibus patet: nam ſi fuiſſent a Tullii manu: certe poſtea dicturus videtur *ex quo intelligi debet, principium ductum eſſe a ſe* ſuaque *diligendo*. Idem.

[z] *Principium ductum eſſe a ſe diligendo. In principiis autem naturalibus plerique* &c.] Ita opinor legendum ex MSto. In vulgatis autem abundant verba *diligendi ſui*; et pro *diligendo* ſcriptum eſt *diligendi*, quam lectionem notavit etiam Morelius. *Urſin.*

Ib. *A ſe* diligendo] Vulgo *diligendi:* nos Pal. primum, Urſin. et Elienſ. ſec. lectionis, quam recepimus, auctores habemus; idque, ni fallor, poſtulat ſermonis elegantia. *Dav.*

[a] *Diligendi ſui*] Hæc neſcit Urſini vetus Codex, et e ſuperioribus a librario fruſtra repetita recte ſtatuit Guyetus: quapropter uncinis cincta prodeunt. De re quam agit noſter, ſic Diogenes Laertius vii. 85. Ὁ δὲ λέγουσι τινὲς, πρὸς ἡδονὴν γίνεσθαι τὴν πρώτην ὁρμὴν τοῖς ζώοις, ψεῦδος ἀποφαίνουσιν· ἐπιγέννημα γὰρ φασὶν &c. Vide ſis et §. 103. ſupra lib. ii. cap. xi. et Suidam in ὁρμή. *Idem.*

Digitized by Google

quamobrem illa, quæ natura prima ſunt [b] adſcita, natura diligamus, quod eſt nemo, quin, cum utrumvis liceat, aptas malit et integras omnes partes corporis, [c] quam eodem uſu inminutas aut detortas habere. [d] Rerum autem cognitiones; vel, ſi hæc verba aut minus placent aut minus intelleguntur, καταλήψεις adpellemus licet; eas igitur ipſas propter ſe adſciſcendas arbitramur, quod habeant quiddam in ſe quaſi complexum et continens veritatem: [e] id autem in parvis intellegi poteſt; quos delectari videamus, etiam ſi eorum nihil interſit, ſi quid ratione per ſe ipſi invenerunt. Artes etiam ipſas propter ſe adſumendas putamus; cum quia ſit in his aliquid dignum adſumptione, tum quod conſtent ex cognitionibus, et contineant quiddam in ſe ratione conſtitutum et via. A falſa autem adſenſione magis nos alienatos eſſe, [f] quam a ceteris rebus, quæ ſunt contra naturam, arbitrantur.

[b] *A ſe ita natura diligamus*] Alii *aſcita*. Et quidem apparet facili levique momento accidere potuiſſe, ut alterutra ſcriptio in archetypo reperta ita mutaretur a librario: utra tamen retinenda potius eſſe videatur non auſim pronuntiare. *Camerar.*

[c] *Quam* eodem uſu *imminutas*] Balliol. omiſſa voce dat *quam* uſu *imminutas*. Lego *quam imminutas*, deletis duobus illis vocabulis, quæ nihil habent quod hic agant. *Davies.*

[d] *Rerum autem cognitiones, vel, ſi* hæc verba *aut minus placent aut minus intelliguntur*] Vix eſt *ut hæc verba* ad ſolas *rerum cognitiones* poſſint referri. Mihi ſane ſtat aliquid excidiſſe, legendumque, *rerum autem cognitiones*, vel comprehenſiones, *vel ſi hæc verba aut minus* &c. Sic *cognitiones comprehenſioneſque rerum* dixit infra cap. xv. Cicero Acad. ii. 6. *Quid eſſet* cognitio, *aut perceptio; aut, ſi verbum e verbo volumus*, comprehenſio, *quam illi* κατάληψιν *vocant.* Et cap. 10. *Amplectitur maxime* cognitionem, *et iſtam* κατάληψιν, *quam, ut dixi, verbum e verbo exprimentes*, comprehenſionem *dicemus.* Adi ſis et cap. xlvii. *Idem.*

[e] *Id enim* in parvis *intelligi poteſt*] Puto rectius *e parvis.* Idem.

[f] *Quam a ceteris rebus, quæ ſunt contra naturam*, arbitrantur] Cum in prima perſona dixerat, *Eas igitur ipſas propter ſe aſciſcendas* arbitramur; et mox, *Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas* putamus; conſentaneum videtur ut hic etiam ſcriberet, *quæ ſunt contra naturam* arbitramur. Et ſic Urſini Codex. *Idem.*

Ib. *Quæ ſunt contra naturam* arbitrantur] *Arbitramur* habet liber MStus. *Urſin.*

Digitized by Google

Jam membrorum, id eſt, partium corporis, alia videntur propter eorum uſum a natura eſſe donata, ut manus, crura, pedes, ut ea, quæ ſunt intus in corpore, quorum utilitas quanta ſit, a medicis etiam diſputatur: alia autem nullam ob utilitatem, quaſi ad quendam ornatum, [g] ut cauda pavoni, plumæ verſicolores columbis, viris mammæ atque barba. Hæc dicuntur fortaſſe jejunius: ſunt enim quaſi prima elementa naturæ; quibus ubertas orationis adhiberi vix poteſt, nec equidem eam cogito conſectari. Verumtamen cum de rebus grandioribus dicas, [h] ipſæ res verba rapiunt: ita fit cum gravior, tum etiam ſplendidior oratio. Eſt ut dicis, inquam: ſed tamen omne, quod de re bona dilucide dicitur, mihi præclare dici videtur: [i] iſtiuſmodi autem res dicere ornate velle, puerile eſt; plane autem et perſpicue expedire poſſe, docti et intellegentis viri.

VI. [k] Progrediamur igitur, inquit; quoniam ab his principiis naturæ diſceſſimus, quibus congruere debent, quæ ſequuntur: ſequitur autem prima diviſio hæc. [l] Æſtimabile eſſe dicitur (ſic enim, ut opinor,

[g] *Ut cauda* pavoni] Elienſ. pr. *pavonis*. Lege *pavonibus*; nam reliqua pluraliter efferuntur. *Davies.*

[h] *Ipſæ res verba* rapiunt] Eorum probo conjecturam qui reponunt, *ipſæ res verba* pariunt. Sic certe locutus eſt noſter lib. ii. de Orat. c. 34. *Idem.*

[i] *Iſtiuſmodi* autem *res*] Lego *iſtiuſmodi* enim *res*: nam ſequitur *plane* autem *et perſpicue* &c. *Idem.*

[k] *Progrediamur igitur*, inquit, quoniam, *ab his*] Sic Elienſ. pr. Vulgo *progrediamur igitur*, quoniam, inquit, *ab his*; quod durum videtur. *Idem.*

[l] *Æſtimabile eſſe dicitur (ſic enim, ut opinor*, appellamus) *id quod aut ipſum*] Legendum *appellemus*; quod etiam V. C. Th. Bentleio placuit. Poſt eam vero vocem in editione Victoriana ponitur hiatus indicium, Paulluſque Manucius et D. Lambinus locum ſupplemento carere judicantes reponunt, *æſtimabile eſſe dicitur (ſic enim, ut opinor, appellamus* ἀξιωτὸν) *id quod* &c. At ἀξιωτὸν Græcæ linguæ non eſt cognitum, Stoicique hac in re ἀξίαν ἴχον adhibent. Vide Plutarchum adverſ. Stoic. p. 1072. Stobæum Eclog. Ethic. lib. ii. pagg. 173, 174. et Laertium lib. vii. §. 105, 106. Revera nihil deeſt, Tulliuſque ſubjicit, *ſic* enim, *ut opinor, appellemus*; quoniam vocabulum *æſtimabile* primus ipſe finxit et peperit. *Idem.*

Digitized by Google

adpellamus) id quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquod pondus habeat dignum æstimatione; quam ille ἀξίαν vocat: contraque inæstimabile, quod sit superiori contrarium. Initiis igitur ita constitutis, ut ea, quæ secundum naturam sunt, ipsa propter se sumenda sint, contrariaque item rejicienda; primum est officium ([m] id enim adpello καθῆκον) ut se conservet in naturæ statu: deinceps ut ea teneat, quæ secundum naturam sint, pellatque contraria. [n] Qua inventa selectione et item rejectione, sequitur deinceps cum officio selectio, deinde ea perpetua, tum ad extremum constans, consentaneaque naturæ: [o] in qua primum inesse incipit et intellegi quid sit quod vere bonum possit dici. Prima est enim conciliatio hominis ad ea, quæ sunt secundum naturam: [p] simul autem cepit intellegentiam, vel no-

Ibid. *Appellamus**] Verbum Græcum desideratur. Fortasse ἀξιωτὸν, nam ἀξία æstimatio, ut ipse proxime subjungit. *P. Man.*

[m] Id *enim*] Forte *sic* vel *ita enim* &c. *Davies.*

[n] *Quæ inventa selectione* &c.] Hoc totum ita restituo, adjutus a vetere libro, *Qua inventa selectione et item rejectione, sequitur deinceps cum officio selectio.* P. Manucius.

Ib. *Qua inventa selectione et item rejectione*, sequitur *deinceps cum officio selectio*] Vulgo *quæ, inventa selectione et item rejectione*, sequuntur *deinceps* &c. Lambinus edidit *quæ—sequuntur: deinceps officiorum selectio.* Paris. pr. sec. et Elien. *quæ, inventa selectione et item rejectione*, sequuntur sequitur *deinceps cum officio selectio.* At Pall. pr. tert. ut exhibuimus; et sic etiam P. Manucius ex vetere libro reposuit: ac hoc probum puto, nisi quod legendum videatur, *sequitur deinceps* officiorum *selectio.* Davies.

[o] *In qua primum inesse* incipit et intelligi quid sit *quod vere bonum possit dici*] Vel auctoris mentem non assequor, vel hæc a sciolis corrupta sunt. Omnes Pall. Paris. pr. tert. Elien. uterque, Med. C. C. C. Balliol. et editio Victoriana, *incipit et intelligit.* Ciceronem scripsisse suspicor, *in qua primum inesse* concipit et intelligit id *quod vere bonum possit dici.* Nam *simul vidit rerum agendarum ordinem; statuit in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum et expetendum bonum*, sicut noster paullo post loquitur. Περὶ τῆς ὁμολογίας sive τῷ ὁμολογουμένως ζῆν, qui Zenoni finis fuit, agit noster. De eo vide Just. Lipsium Manud. ad Philos. Stoic. ii. 15. *Davies.*

[p] *Simul* autem *cepit*] Scriben-

Digitized by Google

tionem potius, quam adpellant ἔννοιαν illi, viditque rerum agendarum ordinem, et, ut ita dicam, concordiam; multo eam pluris æſtimavit, quam omnia illa quæ primum dilexerat: [q] atque ita cogitatione et ratione conlegit, ut ſtatueret, in eo conlocatum ſummum illud hominis per ſe laudandum et expetendum bonum. [r] Quod cum poſitum ſit in eo, [s] quod ὁμολογίαν Stoici, nos adpellemus convenientiam, ſi placet; cum igitur in eo ſit id bonum, [t] quo referenda ſunt omnia honeſte facta, ipſumque honeſtum, quod in bonis ducitur, quamquam poſt oritur, tamen id ſolum vi ſua et dignitate expetendum eſt: eorum au-

dum *ſimul ac cepit*; ita enim eſt in vetere libro. *Urſin.*

[q] *Atque cogitatione et ratione collegit*] Sic legendum, ut edidimus, *cogitatione et ratione collegit*, et ut habent libri veteres; non ut vulgati, *cognitione et ratione collegit*. Lambinus.

Ib. Cogitatione *et ratione collegit*] Vulgo *cognitione*, quod Gruterus retinuit; licet Pall. quatuor veram lectionem dederint, quam Lambinus e veteribus libris aſſeruerat, quamque nos in Pariſ. pr. ſec. et Med. invenimus. Vide quæ notavimus ad lib. i. N. D. cap. 37. At nemo, niſi fallor, *cognitione colligere* dixit; voceſque *cognitionis* et *cogitationis* paſſim ſunt a librariis confuſæ. Sic infra cap. 15. Pal. pr. habet *cognitiones comprehenſioneſque rerum*, cum plerique Codices dent *cogitationes*. Et Offic. i. 6. editur *Agitatio mentis, quæ numquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis* COGITATIONIS *etiam ſine opera noſtra continere*; nec aliter habent MSSti quos excuſſere viri docti. Certa tamen eſt Lambini Græviique conjectura, pro qua legunt *in ſtudiis* COGNITIONIS; ac ita diſerte repræſentat Codex Elienſ. *Davies.*

[r] *Quod poſitum ſit in eo*] Antiqui libri, *Quod compoſitum ſit in eo*; abſurde prorſus, niſi facias quod ſæpe faciendum eſt, ut antiquos libros conjectura adjuves. Sic igitur puto elegantius et rectius: *Quod cum poſitum ſit in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus convenientiam, ſi placet; cum igitur in eo ſit id bonum, quo referenda ſunt omnia: honeſte facta*, &c. Atque etiam in membro præcedenti melius, opinor, *ſtatueret in ea*, quam *ſtatueret in eo*: ut ad *concordiam* referatur. *P. Manucius.*

[s] *Quod ὁμολογίαν Stoici*] Pariter illi τὴν ὁμολογίαν λέγουσι τέλος εἶναι apud Stobæum Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 172. *Davies.*

[t] *Quo referenda ſunt omnia honeſte facta*] C. C. C. et Med. *Quo* omnia *referenda ſunt omnia honeſte facta*. Tria poſtrema verba gloſſematis poſtulo, legoque, *quo* omnia *referenda ſunt*; *ipſum* quidem *honeſtum* &c. *Idem.*

Digitized by Google

tem, [u] quæ ſunt prima naturæ, propter ſe nihil expetendum. Cum vero illa, quæ officia eſſe dixi, proficiſcantur ab initiis naturæ; ea ad hæc referri neceſſe eſt: ut recte dici poſſit, omnia officia eo referri, ut adipiſcamur principia naturæ; nec tamen ut hoc ſit bonorum ultimum, propterea quod non ineſt in primis naturæ conciliationibus honeſta actio: conſequens enim eſt, et poſt oritur, ut dixi: eſt tamen ea ſecundum naturam, multoque nos ad ſe expetendam magis hortatur, quam ſuperiora omnia. Sed ex hoc primum error tollendus eſt, [x] nequis ſequi exiſtumet, ut duo ſint ultima bonorum. [y] Ut enim, ſicui pro-

[u] *Quæ ſunt prima* natura] Et habet vetus liber *naturæ*, et ita loquitur Cicero ſæpe. *P. Manucius.*

[x] *Ne quis ſequi exiſtimet, ut ſint duo ultima bonorum*] Sic plane habent omnes noſtri libri veteres; quos quamobrem non ſequerer, cauſa nulla viſa eſt. Vulgata autem lectio, *ne quis ſic exiſtimet, ut ſint duo ultima bonorum*, ferri non poteſt. Quod autem ſic olim edidimus, *ne quis ſic exiſtimet, poni duo ultima bonorum* &c. conjectura ducti id feceramus, cum et vulgatam lectionem ineptam eſſe videremus, et antiquam parum attente conſideraſſemus. *Lambinus.*

[y] *Ut enim ſi cui* &c.] Apparet quid ſignificet: ſed ita non ſolum corrupta, verum etiam, ut ego ſentio, confuſa, et præpoſtere collocata ſunt verba, ut emendari locus et diſtingui a nobis ſine arrogantiæ nota non poſſit. Utrum autem *collimare*, an *collineare*, legendum ſit, non dijudico. Mihi quidem magis placet *collineare*; quod aptiorem et probabiliorem habeat etymologiam. *Collineare* dicitur is, qui eum locum ferit, ad quem locum oculi directo, quaſi linea ducta, feruntur: ut collineare ſit, ſimul cum oculis locum veluti per lineam ferire. Poteſt etiam ferri *collimare*; a limis oculis, quibus utimur collimantes. *P. Manucius.*

Ib. *Ut enim ſi cui ſit propoſitum collimare haſtam aliquo aut ſagittam, ut feriat, ſicut nos ultimum in bonis diximus: ſic huic in hujuſmodi ſimilitudine omnia ſunt facienda ut collimet, et tantum niti ut omnia faciat quo propoſitum aſſequatur*] Ita legitur hic locus in vetere libro, minus, ut videtur, quam in vulgatis mendoſe. In lib. ii. de Divin. [cap. 59.] dixit, *Quis eſt qui totum diem jaculans non aliquando collimet?* ut de verbo *collimare* non ſit dubitandum, etſi alii pro eo *collineet* repoſuerint. *Urſin.*

Ib. *Ut enim, ſicui ſit propoſitum collimare haſtam aliquo aut ſagittam, huic omnia ſint facienda ut collineet; ita tamen ut omnia faciat quo feriat: ſic cum homini ultimum in bonis eſſe dicimus adipiſci principia naturæ; hoc dici-*

Digitized by Google

positum sit, conlineare hastam aliquo aut sagittam, sicut nos ultimum in bonis diximus: sic illi facere omnia, quæ possit, ut conlineet: huic in ejus similitudine omnia sint facienda ut conlineet; et tamen ut omnia faciat, quo propositum adsequatur: sed hoc, quasi ultimum, quale nos summum in vita bonum dicimus; illud autem, ut feriat, quasi seligendum, non expetendum.

mus huic in eadem similitudine omnia esse facienda ut propositum assequatur, ita tamen ut rectum officium seu honesta actio subsequatur: sed hoc quasi ultimum, quale nos summum in vita bonum dicimus; illud autem, quasi seligendum, non expetendum] Locus est valde corruptus, et perturbatus; quem conatus sum, verbis in suum ordinem restitutis, emendare. Omnino hoc assecutus sum, ut, cum usu recepta lectio sit inexplicabilis, neque ex ea probabilis ulla sententia exprimi possit; ex hac nostra emendatione sententia superioribus maxime consentanea elici queat: neque quidquam de meo sit additum, sed tantum ordo verborum, qui perturbatus erat, restitutus. De verbo *collimandi* autem, quia video quosdam doctos existimare, *collineare* potius esse scribendum, quam *collimare*; vereor, ne aliud sit *collimare*, aliud *collineare*: et *collimare* quidem sit limis oculis aliquid intueri; *collineare* vero, recta linea telum aliquod aliquo dirigere. Itaque in libro secundo de Divinatione [cap. 59.] putem sic legendum, *Quis est, qui totum diem jaculans, non aliquando collineet?* non, ut vulgo, *non aliquando collimet?* et contra hic recte legi arbitror, *collimet*, et *collimare hastam*. Verum tamen judicent eruditiores: nam *collineare* mihi suspectum est. *Lambinus.*

lb. *Ut enim si cui propositum sit——non expetendum*] Scaligeri MStus sic habet, *Ut enim si cui sit propositum collineare hastam aliquo aut sagittam, sicut nos ultimum in bonis diximus; sic illi facere omnia ut collineet; tum ut omnia faciat quo propositum assequatur: sed hoc quasi ultimum, quale nos summum bonum, in vita bonum: illud autem ut feriat, quasi seligendum, non expetendum.* Locus est maxime vitiatus, nec ullum MSSti nostri præbent lumen, quo corrigendi rationem videamus. Satis, ut arbitror, menti Catonis exprimendæ faciunt hæc, reliquis sublatis, verba: *Ut enim si cui propositum sit collineare hastam aliquo aut sagittam*, et *facere omnia quæ possit ut collineet*; tum ut *omnia faciat quo propositum assequatur, est hoc quasi ultimum, quale nos summum in vita bonum dicimus; illud autem ut feriat, quasi seligendum, non expetendum.* Sed me scopum tetigisse nullus affirmo. Nonnulla huc spectantia suppeditabunt Plutarchus advs. Stoicos pag. 1071. et Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. p. 172. De *collineandi* voce consulatur J. Fr. Gronovius ad Agellii ix. 1. *Davies.*

Digitized by Google

VII. Cum autem omnia officia a principiis naturæ proficiſcantur, ab iiſdem neceſſe eſt proficiſci ipſam ſapientiam. Sed quemadmodum ſæpe fit, ut is, qui commendatus ſit alicui, pluris eum faciat cui commendatus ſit, quam illum, a quo: ſic minime mirum eſt, primo nos ſapientiæ commendari ab initiis naturæ, poſt autem ipſam ſapientiam nobis cariorem fieri, quam illa ſint, a quibus ad hanc venerimus. Atque ut membra nobis ita data ſunt, ut ad quandam rationem vivendi data eſſe adpareant: ſic [z] adpetitio animi, quæ ὁρμὴ Græce vocatur, non ad quodvis genus vitæ, ſed ad quandam formam vivendi videtur data: itemque et ratio et perfecta ratio. Ut enim hiſtrioni actio, ſaltatori motus, non quivis, ſed certus quidam eſt datus: ſic vita agenda eſt certo genere quodam, non quolibet; quod genus conveniens conſentaneumque dicimus. Nec enim gubernationi aut medicinæ ſimilem ſapientiam eſſe arbitramur, ſed actioni illi potius, quam modo dixi, et ſaltationi; ut in ipſa arte inſit, non foris petatur extremum, id eſt, artis effectio. Et tamen eſt etiam alia cum his ipſis artibus ſapientiæ diſſimilitudo; propterea quod in illis, quæ recte facta ſunt, non continentur tamen omnes partes, e quibus conſtant: quæ autem nos aut recta, aut recte facta dicamus, ſi placet, illi autem adpellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent: ſola enim ſapientia in ſe [a] tota converſa eſt; quod idem in ceteris artibus non fit. Inſcite autem medicinæ et gubernationis ultimum cum ultimo ſa-

[z] *Appetitio animi—non ad quodvis genus vitæ—perfecta ratio*] Huc pertinent illa Stoicorum quæ refert Diogenes Laertius vii. 86. Τῆς ὁρμῆς τοῖς ζώοις ἐπιγινομένης, ᾗ συγχρώμενα πορεύεται πρὸς τὰ οἰκεῖα, τούτοις μὲν τῷ κατὰ φύσιν τὸ κατὰ τὴν ὁρμὴν διοικεῖσθαι (potius τὸ κατὰ φύσιν τῷ κατὰ τὴν ὁρμὴν διοικεῖσθαι·) τοῦ δὲ λόγου τοῖς λογικοῖς κατὰ τελειοτέραν προσασίαν δεδομένου, τὸ κατὰ λόγον ζῆν ὀρθῶς γίνεσθαι τοῖς (forte τούτοις) κατὰ φύσιν· τεχνίτης γὰρ ἔτος ἐπιγίνεται τῆς ὁρμῆς. Eadem, ſed minus emendate, legantur apud Suidam in ὁρμή. *Davies.*

[a] *Tota converſa eſt*] Sic habent omnes libri, et manuſcripti et vulgati: a quibus diſcedendum eſſe non puto. Quidam tamen legi volunt, *tota verſa eſt.* Lambinus.

Digitized by Google

pientiæ comparatur: ſapientia enim et animi magnitudinem complectitur, et juſtitiam, et ut omnia, quæ homini accidant, infra ſe eſſe judicet; quod idem in ceteris artibus non contingit. Tenere autem virtutes eas ipſas, quarum modo mentionem feci, nemo poterit, niſi ſtatuerit, [b] nihil eſſe, quod interſit aut differat aliud ab alio, præter honeſta et turpia. Videamus nunc, quam ſint præclare illa iis, quæ jam poſui, conſequentia. Cum enim hoc ſit extremum (ſentis enim, credo, me jam diu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, [c] tum ſummum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere) cum ergo hoc ſit extremum, congruenter naturæ convenienterque vivere; neceſſario ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolute, fortunate vivere, nulla re inpediri, nulla prohiberi, nulla egere. Quod autem continet non magis eam diſciplinam, de qua loquor, quam vitam fortunaſque noſtras, id eſt, ut, quod honeſtum ſit, id ſolum [d] bonum judicemus; poteſt id quidem fuſe et copioſe, et omnibus electiſſimis verbis graviſſimiſque ſententiis [e rhetorice] et augeri et ornari: ſed conſectaria me Stoicorum brevia et acuta delectant.

VIII. Concluduntur igitur eorum argumenta ſic, [f] Quod eſt bonum, omne laudabile eſt: quod autem

[b] *Nihil eſſe, quod interſit, aut differat aliud ab alio*] Legerim *nihil eſſe quod interſit aut* quo *differat aliud ab alio.* Vide Tuſc. lib. i. cap. xi. et infra iii. 15. *Davies.*

[c] *Tum ſummum*] Has voces neſcit Elienſ. pr. nec in ſequentibus verbis *ſummi* meminit. *Id.*

[d] *Bonum judicemus; poteſt id quidem*] Sic diſtingui debet hicce locus, et ſic edidere Victorius, Brutus et Aldus nepos; nam Lambinus, Gruterus et recentiores, qui poſt *judicemus* τελείαν στιγμὴν poſuere, ſententiam corruperunt. *Idem.*

[e] Rhetorice *et augeri et ornari*] Quid, quæſo, poteſt *fuſe et copioſe et omnibus electiſſimis verbis graviſſimiſque ſententiis et augeri et ornari*, niſi id *rhetorice* augeatur et ornetur. Cum igitur *rhetorice* nec in Pariſ. pr. nec in tert. compareat, ea vox Ciceronis non eſſe, ſed librariis deberi videtur. *Idem.*

[f] *Quod eſt bonum, omne laudabile eſt*] Vide Plutarchum de Repugn. Stoic. pag. 1039. C. et Diogenem Laertium vii. 101. *Idem.*

Digitized by Google

laudabile eſt, omne honeſtum eſt: bonum igitur quod eſt, honeſtum eſt. Satiſne hoc concluſum videtur? Certe. quod enim efficiebatur ex his duobus, quæ erant ſumpta, in eo vides eſſe concluſum. Duorum autem, e quibus effecta concluſio eſt, contra ſuperius dici ſolet, non omne bonum eſſe laudabile: nam [g] quod laudabile ſit, honeſtum eſſe conceditur. Illud autem perabſurdum, bonum eſſe aliquid, quod non expetendum ſit; aut expetendum, quod non placens; aut, ſi id, non etiam diligendum: ergo et probandum: ita etiam laudabile: id autem honeſtum: ita fit, ut, quod bonum ſit, id etiam honeſtum ſit. Deinde quæro, quis aut de miſera vita poſſit gloriari, aut non de beata? de ſola igitur beata: ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam eſſe beatam vitam; [h] quod non poſſit niſi honeſtæ vitæ jure contingere: ita fit, ut honeſta vita, beata vita ſit. Et quoniam is, cui contingit ut jure laudetur, habet inſigne quiddam ad decus et ad gloriam, ut ob ea, quæ tanta ſint, beatus dici jure poſſit; idem de vita talis viri rectiſſime dicitur: ita, ſi beata vita honeſtate cernitur, quod honeſtum eſt, id bonum ſolum habendum eſt. [i] Quod vero negari

[g] *Quod laudabile ſit, honeſtum eſſe conceditur*] Omnes noſtri ſimul ac editi veteres *quod honeſtum ſit*, (C. C. C. *eſt*) *laudabile eſſe conceditur*. At *propoſitio mimor*, ut dialectici loquuntur, fuit, *quod laudabile eſt, omne honeſtum eſt*. Non igitur dubitari poteſt, quin recte Lambinus ediderit, *quod laudabile ſit, honeſtum eſſe conceditur*; ejuſque conjecturam, Grutero teſte, firmat Pal. primus. *Davies.*

[h] *Quod non poſſit* niſi honeſtæ *vitæ*] Vulgo *quod non poſſit* quidem *niſi* &c. Hinc fit ut Lambinus reponat *quod* ne *poſſit quidem*. Sed illud *quidem* delevi, Pal. primo fidem dans. Quod autem Pall. quatuor, Pariſ. pr. tert. Med. et Balliol. pro vocabulis *niſi honeſtæ vitæ*, habeant *inhoneſtæ vitæ*, prout etiam Victorius edidit; iis equidem non acceſſerim: nam ſententiæ vim quodam modo debilitat ea lectio, vulgatamque retinent Pall. pr. tert. Pariſ. ſec. et C. C. C. Vide lib. iv. cap. 18. *Idem.*

[i] Quod *vero negari* nullo *modo poſſit* quem unquam *ſtabili*] C. C. C. *quem inquam*, ſicut etiam Victorius edidit. Pariſ. pr. *quamquam*. Elienſ. et Med. *quemquam*. Locum ſic emendandum cenſuerim, *Quid vero? negarine ullo modo poſſit, quemquam ſtabili et firmo et magno animo——effici*

Digitized by Google

nullo modo poſſit, quem umquam ſtabili et firmo et magno animo, quem fortem virum dicimus, effici poſſe, niſi conſtitutum ſit, non eſſe malum dolorem? Ut enim qui mortem in malis ponit, non poteſt eam non timere: ſic nemo ulla in re poteſt id, quod malum eſſe decernit, non curare, idque contemnere. Quo poſito et omnium adſenſu adprobato, illud adſumitur, eum, qui magno ſit animo atque forti, omnia, quæ cadere in hominem poſſint, deſpicere et pro nihilo putare: quæ cum ita ſint, effectum eſt, nihil eſſe malum, quod turpe non ſit. Atque iſte vir altus et excellens, magno animo, vere fortis, infra ſe omnia humana ducens, is inquam, [k] quem efficere volumus, quem quærimus certe, et confidere ſibi debet et ſuæ vitæ et actæ et conſequenti, et bene de ſe judicare, ſtatuens nihil mali poſſe incidere ſapienti: ex quo intellegitur idem illud, ſolum bonum eſſe, quod honeſtum ſit, [l] idque eſſe beate vivere, honeſte, id eſt, cum virtute vivere.

IX. Nec vero ignoro varias philoſophorum fuiſſe ſententias, [m] eorum dico, qui ſummum bonum, quod ultimum adpello, in animo ponerent: [n] quos quamquam vitioſe quidam ſecuti ſunt; tamen non modo his tribus, qui virtutem a ſummo bono ſegregaverunt, cum aut voluptatem aut vacuitatem doloris aut prima

poſſe, niſi conſtitutum ſit non eſſe malum dolorem? Ipſa res, opinor, loquitur. *Davies.*

[k] *Quem* efficere *volumus, quem quærimus certe, et confidere ſibi debet*] C. C. C. Med. aliique MSSti cum veteribus editis melius diſtinguunt *quem quærimus, certe et confidere ſibi debet.* Sed quod majus eſt dicam; *efficere* mihi non placet. Lego *quem* aſpicere *volumus, quem quærimus; certe et confidere ſibi debet* &c. Nam Stoicorum ſapiens rariſſima res eſt, immo nuſquam reperta. Vide Juſt. Lipſium Manud. ad Philoſ. Stoicam ii. 8. *Idem.*

[l] *Idque eſſe beate vivere, et honeſte, id eſt cum virtute vivere*] Particula *et* videtur abundare; ſuadenteque ſententia rejicio: nec tamen veterem a me librum Latinii diſſentire video. *P. Manucius.*

[m] *Eorum dico—ponerent*] Habet Nonius in *ultimum*; ſed ejus Codices male, *quod ultimum appellant.* Vide ſupra cap. vii. *Davies.*

[n] Quos *quamquam*] Vulgo *quas quamquam*, ut ad *ſententias*

Digitized by Google

naturæ in ſummis bonis ponerent, ſed etiam alteris tribus, [o] qui mancam fore putaverunt ſine aliqua acceſſione virtutem, [p] ob eamque rem trium earum rerum, quas ſupra dixi, [q] ſinguli ſingulas addiderunt,

referatur; cum tamen ad *philoſophos* ſpectare pronomen illud doceant ſequentia, quod etiam Cl. Th. Bentleius recte monuit. Tres primi, quos deinceps memorat Cicero, ſunt Epicurus vel Ariſtippus, Hieronymus, et Carneades: tres alteri, Polemo, Callipho, Diodoruſque. Vide ſupra lib. ii. cap. xi. *Idem.*

[o] *Qui mancam fore putaverunt.*] Ariſtoteles, et Peripatetici, qui ſummum bonum eſſe dixerunt, virtute adhibita, frui primis a natura datis: Callipho, qui voluptatem ad virtutem adjunxit: Diodorus, qui ad virtutem addidit vacuitatem doloris. Profert autem hunc locum Nonius, et *mancam* interpretatur debilem. *Lambinus.*

[p] *Ob eamque rem trium earum rerum, quas ſupra dixi, ſingulis ſingulas addiderunt*] Sic habent omnes libri veteres. Hoc uno a vulgatis diſcrepantes, quod hi habent *ſingulas ſingulis:* illi ordine converſo, *ſingulis ſingulas.* Sententia autem plana eſt: hoc enim ſignificat Cicero, et quia tres illi virtutem ſine aliqua acceſſione mancam ac debilem fore putaverunt, idcirco ſingulas trium illarum rerum, nempe vel prima naturæ, vel voluptatem, vel vacuitatem doloris, addiderunt ſingulis ſuis finibus, nempe virtuti. Sed, ne mentiar, videtur inſolens locutio, *addiderunt ſingulas res ſingulis,* cum ſingulæ res, quæ adduntur, tres ſunt: ea res autem, ad quam fit acceſſio, una eſt et ſimplex, videlicet virtus. Quare facilius adducor, ut aſſentiar Petro Fabro Arverno, qui cenſet legendum, *ſingulas ſinguli addiderunt:* quam ejus conjecturam eo libentius probo, quod libri veteres habent *ſingulis ſingulas,* ut dixi, non ut recentiores, *ſingulas ſingulis.* Credibile eſt enim ſcriptorem librarium *ſingulis ſingulas* ſcripſiſſe pro *ſinguli ſingulas,* non inuſitate: nam ſæpe litteram, a qua vox ſequens initium capiebat, addebant ultimæ ſyllabæ vocis antecedentis, ut hic *s* additum eſt voci *ſinguli,* propterea quod vox *ſingulas* habet eandem in principio litteram: et contra interdum omittebant, ut alias oſtendimus. Præterea, ſi legamus *ſinguli,* et ſententia erit planior, et explicatio facilior: ſinguli enim intelligentur Ariſtoteles ſeu Peripatetici, Callipho, Diodorus, qui virtuti res ſingulas ex illis tribus addiderunt. Sic igitur legendum arbitror, *ſinguli ſingulas addiderunt* &c. *Lambinus.*

[q] Singuli *ſingulas addiderunt*] Sic recte Petr. Faber Arvernus et D. Lambinus; nec erat cur lectio plane vitioſa diutius Ciceronem macularet, licet tam noſtri quam aliorum Codices exhibeant *ſingulis ſingulas addiderunt.* Nemo certe neſcit, in MSStis litteras perperam geminari ſolere. *Davies.*

Digitized by Google

his tamen omnibus eos antepono, [r] cuicuimodi sunt, qui summum bonum in animo atque in virtute posuerunt. [s] Sed tamen perabsurdi et hi, qui cum scientia vivere ultimum bonorum, et qui nullam rerum differentiam esse dixerunt, atque ita sapientem beatum fore, nihil aliud alii momento ullo anteponentem: ut quidam Academici constituisse dicuntur, extremum bonorum et summum munus esse sapientis, obsistere visis [t] adsensusque suos firmiter sustinere. His singulis copiose responderi solet: sed quae perspicua sunt, longa esse non debent. [u] Quid autem apertius, quam, si selectio nulla sit ab iis rebus, quae contra naturam sint, earum rerum quae sint secundum naturam, [x] tollatur omnis ea, quae quaeratur laudetur-

[r] *Cuicuimodi sunt*] Has voces non agnoscit C. C. C. Plurimi vero MSSti dant *cujusmodi sunt*; unde Lambinus fecit *cujuscujusmodi sunt*. Sed cum J. Fr. Gronovius in bonae notae Codice repererat *cuimodi sunt*, ei jure placuit *cuicuimodi sunt*, idque pro varia lectione ad editionis Lambinianae marginem notatur. Vide virum doctissimum ad Agellii ii. 8. *Davies*.

[s] *Sed tamen perabsurdi et hi*] Vulgo *sed* sunt *tamen*. Mediam vero voculam nesciunt Elienf. C. C. C. Med. et Balliol. nec ea caret oratio. *Idem*.

[t] *Assensusque suos* firmiter *sustinere*] Vulgo *firme sustinere*. Sed omnino recipienda fuit lectio quam suppeditarunt Elienf. pr. et Med. A librariis enim vox rarior in notiorem crebro mutatur. Agellius xiii. 8. *Omnia acta et eventa* firmiter *meminisse*. Sic praeter Lucilium, Afranium, Plautum et alios, loquitur etiam noster lib. vi. de Rep. apud Nonium in *firmiter*. Vide sis et Cyprianum Epp. 7, 13, 30, 40, 42, 45, 52, &c. *Idem*.

[u] *Quid autem apertius quam —— tollatur omnis ea*] Lambinus ex conjectura dedit, *quid autem apertius quam* —— fore ut *tollatur omnis ea*. Sane quiddam deest: nec enim, ut se nunc habet, Latina videtur oratio. C. C. C. Med. et Elienf. pr. *tollatur* demum *omnis ea*. Puto reponendum *quid autem apertius quam* quod——*tollatur* demum *omnis ea* &c. *Idem*.

[x] *Tollatur omnis ea*] Nihil obscuritatis in sententia; in elocutione fortasse aliquid desiderarem: hoc enim, *quid apertius quam tollatur omnis prudentia*, recedere videtur ab usu Latinae linguae. Usitatum autem erat, *quid apertius quam tolli omnem prudentiam*. Consului veteres libros; nihil adjumenti. Habet unus, *tollatur demum omnis ea*, quod mihi scrupulum non eximit, licet ad orationis elegantiam nonnihil afferat. Alter *ab iisque rebus*, quod minime pro-

Digitized by Google

que, prudentia? Circumſcriptis igitur his ſententiis quas poſui, [y] et ſi quæ ſimiles earum ſunt; relinquitur, ut ſummum bonum ſit, vivere ſcientiam adhibentem earum rerum, quæ natura eveniant, ſeligentem quæ ſecundum naturam, [z] et quæ contra naturam ſunt rejicientem, id eſt, convenienter congruenterque naturæ vivere. Sed in ceteris artibus cum dicitur artificioſe, poſterum quodam modo et conſequens putandum eſt, quod illi ἐπιγεννηματικὸν adpellant; [a] quod autem in quo ſapienter dicitur, id adprimo rectiſſime dicitur: quicquid enim a ſapiente proficiſcitur, id continuo debet expletum eſſe omnibus ſuis partibus; in eo enim poſitum eſt id, quod dicimus eſſe expetendum. Nam ut peccatum eſt patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quæ ſunt in effectu: ſic timere, ſic mœrere, ſic in libidine eſſe, peccatum eſt, etiam ſine effectu. Verum ut hæc non in poſteris et in conſequentibus, ſed in primis continuo peccata ſunt: ſic ea, quæ proficiſcuntur a virtute, ſuſceptione prima, non perfectione, recta ſunt judicanda.

bo; cum hic plane ſit verborum ordo, *ſelectio earum rerum quæ ſint ſecundum naturam, ab iis rebus quæ contra naturam.* P. Manucius.

[y] *Et* ſi *quæ ſimiles earum ſunt*] Vulgo *et* iis *quæ ſimiles.* Pal. pr. Scalig. ac Elienſ. *et* iis ſi *quæ.* Legendum prout edidimus, quod nec Cl. Th. Bentleium fugit. Optimi illi Codices duplicem lectionem præ ſe ferunt, quarum peſſima reliquis librariis placuit. *Davies.*

[z] *Et quæ contra naturam ſunt rejicientem*] Vulgo *et* ſi *quæ* etiam *contra naturam.* Sed Elienſ. primum ſequimur. Quin et primam voculam quam delevimus neſciunt Pal. pr. et Scalig. ſecundam vero editio Victoriana. Vide ſupra lib. ii. cap. xi. *Davies.*

[a] *Quod autem* in quo *ſapienter dicitur, id* adprimo *rectiſſime dicitur*] Manucii dederunt, *quod autem* in ſapiente *dicitur.* Unde facili conjectura legi queat, *in ſapiente* ſapienter *dicitur.* Sed Codices receptam lectionem tenent. Scribo, *cum* (veteribus *quom*) *autem in bono* ſapienter *dicitur, id* a primo *rectiſſime dicitur:* et ultimum quidem occupavit V. C. Joan. Walkerus. Præivit *In ceteris artibus cum dicitur* artificioſe; quare ſubjiciendum videtur, *cum autem in bono* ſapienter *dicitur.* Formulam *a primo* multis illuſtravit J. Fr. Gronovius ad Senecæ de vit. beata c. vii. *Idem.*

Digitized by Google

X. Bonum autem, quod in hoc ſermone toties uſurpatum eſt, id etiam definitione explicetur: ſed eorum definitiones [b] paullum oppido inter ſe differunt, et tamen eodem ſpectant. Ego adſentior Diogeni, qui [c] bonum definierit, id quod eſſet natura abſolutum; [d] id autem ſequens, illud etiam quod prodeſſet (ὠφέλημα enim ſic adpellemus) motum aut ſtatum eſſe dixit e natura abſoluta. Cumque rerum notiones in animis fiant, ſi aut uſu aliquid cognitum ſit aut conjunctione aut ſimilitudine aut conlatione rationis; [e] hoc quarto, quod extremum poſui bonum,

[b] *Paullum oppido inter ſe differunt, et* tamen *eodem ſpectant*] Stoicorum definitiones *eodem ſpectare* nemo miretur, ſi *paullum oppido inter ſe differunt*. Legendum videtur *paullum oppido inter ſe differunt, et* tantum *eodem ſpectant*. Hæ certe voces σύμφωνόταται ſunt, et falli videntur Joſ. Scaliger et Joan. Freinſhemius, qui *tamen* quandoque *tantum* ſignificare ſtatuerunt. Vide Cl. Dukerum ad Flori lib. iii. cap. v. 25. *Davies.*

[c] *Bonum* definierit *id quod eſſet natura abſolutum*] Lege *definiit*. Laertius vii. 94. Ἰδίως ὁρίζονται τὸ ἀγαθὸν, τὸ τέλειον κατὰ φύσιν λογικῆς ἢ ὡς λογικῆς· τοιοῦτον δ' εἶναι τὴν ἀρετὴν &c. Vide Juſt. Lipſium Manud. ad Stoic. Philoſ. ii. 22. *Idem.*

[d] *Id autem ſequens illud, quod prodeſſet*] Poſt vocem *ſequens* tolle diſtinctionis notam. *Sequens illud autem*, id eſt, quod ſequitur bonum. Omnino locus eſt obſcurus, atque impeditus; hoc autem diſſimilitudinis in libris manuſcriptis reperi, quod habent, *Id autem ſequens illud etiam, quod prodeſſet*. Ego velim ſic legi, *Sequens autem illud, etiam id, quod prodeſſet* &c. *Lambinus.*

Ib. *Id autem ſequens, illud* etiam *quod prodeſſet*] Forſan *id autem ſequens, illud*, inquam, *quod prodeſſet*. Græce dixeris, ἐπιγίννημα δὲ τῦ ἀγαθῦ, ὅ ἐστιν ὠφέλημα. Sextus Empir. Pyrrh. Hypot. iii. 20. p. 168. Ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ πῶς ἔχον ἡγεμονικὸν καθεστηκυῖα, καὶ ἡ σπουδαία πρᾶξις ἐνέργειά τις ὖσα κατ' ἀρετὴν, ἀντικρύς ἐστιν ὠφέλεια. Eadem repetit adv. Mathem. lib. xi. cap. ii. §. 22. *Davies.*

[e] *Hoc quarto, quod extremum poſui* bonum, *notitia facta eſt*] Sic Victorius et Gruterus ediderunt, nec aliter omnes fere Codices. Quid autem ſibi velint hæc verba, pluſquam Œdipus ſit oportet, qui dixerit. Quid autem in mente noſter habuerit, docet cum paullo poſt ait *animum collatione rationis ad notionem* BONI *pervenire*. MS. Scaligeranus et Elienſ. pr. *quod extremum poſui* bonum boni *notitia* factum *eſt*. Lego *hoc quarto, quod extremum poſui* horum, boni *notitia facta eſt*. Quin et Lambinus exhibuit, *quod extremum poſui*, boni *notitia facta eſt*.

Digitized by Google

notitia facta est: cum enim ab iis rebus, quæ sunt secundum naturam, adscendit animus conlatione rationis, tum ad notionem boni pervenit. Hoc autem ipsum bonum, [f] non accessione neque crescendo aut cum ceteris comparando, sed propria vi sua et sentimus et adpellamus bonum. Ut enim mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur; sic bonum hoc, de quo agimus, est illud quidem plurimi æstimandum, sed ea æstimatio genere valet, non magnitudine: nam cum æstimatio, quæ ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit nec rursus in malis; quantumcunque eo addideris, in suo genere manebit. Alia est igitur propria æstimatio virtutis; quæ genere, non crescendo, valet. Nec vero perturbationes animorum, quæ vitam insipientium miseram acerbamque reddunt, quas Græci πάθη adpellant (poteram ego verbum ipsum interpretans, morbos adpellare, sed non [g] conveniet ad omnia. Quis enim misericordiam aut ipsam iracundiam, morbum solet dicere? At illi dicunt πάθος. Sit igitur perturbatio, quæ nomine ipso vitiosa declarari videtur) nec hæ perturbationes vi aliqua naturali moventur; [h] omnesque sunt genere quattuor, partibus plures, ægritudo, formido, libido, quamque Stoici communi nomine corporis et animi ἡδονὴν adpellant, ego malo lætitiam adpellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam. Perturbationes autem nulla naturæ vi commoventur, om-

Idque non male. Alii, *bonorum notitia*. Parum recte. *Davies.*

[f] *Non accessione neque crescendo*] Hoc ex eo sequitur, quod Stoicis omnia bona sint æqualia. Diogenes Laertius vii. 101. Δοκεῖ δὲ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἴσα εἶναι, καὶ πᾶν ἀγαθὸν ἐπ' ἄκρον εἶναι αἱρετὸν, καὶ μήτε ἄνεσιν μήτε ἐπίτασιν δέχεσθαι. Vide sis et infra cap. xiv. ac Senecam Epist. lxvi. *Idem.*

[g] Conveniet *ad omnia*] Paris. tert. *convenit*. Vulgo *conveniret*. At Elienſ. utérque, Paris. sec. Med. C. C. C. Balliol. et editio Victoriana lectionem nostram tuentur. *Idem.*

[h] *Omnesque sunt genere quatuor*] Vulgo *omnesque hæ sunt genere quatuor*. At secunda vox supervacanea prorsus est: quapropter eam fide Pal. primi jussimus exsulare. *Idem.*

Digitized by Google

niaque ea [i] ſunt opiniones ac judicia levitatis: itaque his ſapiens ſemper vacabit.

XI. Omne autem quod honeſtum ſit, id eſſe propter ſe expetendum, commune nobis eſt cum multorum aliorum philoſophorum ſententiis: præter enim tres diſciplinas, quæ virtutem a ſummo bono excludunt, [k] ceteris omnibus philoſophis hæc eſt tuenda ſententia, maxume tamen his Stoicis, qui nihil aliud in bonorum numero, niſi honeſtum, eſſe voluerunt. Sed hæc quidem eſt perfacilis et perexpedita defenſio. Quis eſt enim, aut quis umquam fuit aut avaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, ut eandem illam rem, [l] quam adipiſci ſcelere quovis velit, non

[i] *Sunt opiniones ac judicia levitatis*] Vide Tuſc. iv. 7. et Acad. lib. i. cap. xi. *Davies.*

[k] *Ceteris omnibus philoſophis hæc eſt tuenda ſententia, maxime tamen his Stoicis, qui nihil aliud in bonorum numero niſi honeſtum eſſe voluerunt*] Numquam placuit *his Stoicis*, et ſuſpicatus aliquando ſum *Stoicis* non eſſe Ciceronis, ſed additum ut exponeretur illud *his*. Nunc me Philippi Tertii, cujus inter omnes noſtræ urbis oratores inſtructa Græcis ac Latinis litteris eminet eloquentia, liber antiquus in eam conjecturam ducit, ut *Stoicis* retinendum, *his* amovendum putem: mendi enim ſuſpicionem varietas affert, et eſt in eo libro pro *his*, *in*: de quo tamen ſine hominum eruditorum ſententia nihil ſtatuo. Probari autem ea, quæ ſcribimus, ab iis, quorum animus nulla invidiæ, nulla malevolentiæ labe ſuffuſus libere ſimpliciterque judicat, ita gaudeo, ut ab iiſdem tamen improbari facile patiar. *P. Manutius.*

Ib. *Maxime tamen his Stoicis* &c.] Omnes libri veteres, et recentiores habent, *maxime tamen his Stoicis* &c. Sed puto a Cicerone ſcriptum eſſe, *maxime tamen his, qui nihil aliud* &c. vocemque *Stoicis*, natam eſſe ex interpretatione, cum aliquis e regione ita ſtripſiſſet *Stoicis*. Lambinus.

Ib. *Maxime tamen* his *Stoicis*] Sic omnes libri; ſed viri præſtantes vel *his* vel *Stoicis* delent. Forte tamen melius reponas *maxime tamen* noſtris *Stoicis*: nam horum diſciplinæ totus erat Cato. Mendum videtur ex compendiaria ſcriptura natum: cum *nris* et *his* parum differant. Cicero ad Brutum i. 15. *Cedebas enim, Brute, cedebas, quoniam* Stoici veſtri *negant fugere ſapientem*. Seneca Epiſt. lxv. *Dicunt, ut ſcis*, Stoici noſtri, *duo eſſe in rerum natura*. Vide ſis et librum de vita beata cap. xxii. ac de otio ſapientis cap. xxviii. *Davies.*

[l] Quam *adipiſci*] Nonnulli Codices *quamquam adipiſci*, quod Grutero perperam placet, ut

Digitized by Google

multis partibus malit ad se, etiam omni inpunitate proposita, sine facinore, quam illo modo pervenire? Quam vero utilitatem, aut quem fructum petentes, scire cupimus, illa, quæ occulta nobis sunt, [[m] quomodo moveantur; quibusque de causis ea versentur in cælo?] quis autem tam agrestibus institutis vivit, aut quis contra studia naturæ tam [n] vehementer obduruit, ut [o] a rebus cognitione dignis abhorreat, easque sine voluptate aut utilitate aliqua non requirat, et pro nihilo putet? aut quis est, [p] qui majorum, aut Africanorum, aut ejus, quem tu in ore semper habes, [q] proavi mei, ceterorumque virorum fortium atque

obiter diximus ad ii. 10. *Davies.*

[m] Quomodo *moveantur*] Vulgo *quo moveantur*. Sed Pall. C. C. C. et Paris. sec. ut edidimus: nam *quomodo novantur*, quod habent MS. Scaligeranus et Elienſ. pr. quodque Grutero verius videtur, prorsus est incongruum. Si vero rem tecum reputes, aliquid deesse statim videbis; ut enim sensus commodus exsurgat, legas oportet *quomodo moveantur* fidera, *quibusque de causis ea versentur in cælo*. Sin hoc modo reponas, mera fit ταυτολογία; cum *versari* nihil aliud denotet quam volvi, circumferri, cursibus agitari. Dein an ii, qui rerum occultarum cognitionem fitiunt, de solo stellarum motu certiores fieri desiderant? Nonne latent alia multa tenebris æternis damnata, quorum causas investigare mens humana gestiat? A me profecto non possum impetrare, quin hæc, *quomodo moveantur, quibusque de causis ea versentur* (Codices *versantur*) *in cælo*, pro suppositiciis et spuriis habeam; quod, uncinis circumpositis, indicavi. *Idem.*

[n] *Vehementer* obduruit] Vulgo *obduravit*. Potior autem videbatur ea lectio, quam præstant Elienſ. et C. C. C. quamque Lambinus, Brutus, et Aldus nepos in suis editionibus exhibent. *Idem.*

[o] *A rebus* cognitione *dignis*] Vulgo *cognitu dignis*; contra quam jubent Paris. tres, Elienſ. uterque, Med. Balliol. et editio Victoriana. *Idem.*

[p] *Qui* majorum *aut Africanorum*] Legendum *qui* Manliorum *aut Africanorum*; ut recte conjecit eruditissimus vir Joan. Clericus: nam, nisi fallor, illud *majorum* lectori semel monito non potest non incommodum videri. De Manliis Torquatis habuimus supra i. 7. ii. 19. *Idem.*

[q] *Proavi mei*] Ne quis ideo mendum subesse suspicetur, quia Cato Censorius, quem Cicero significat, multo antiquior fuerit quam proavus: nam est hoc familiare Ciceroni, ut *proavos* appellet ab ejus ætate longissime remotos; ut in Epistola ad Appium [lib. iii. Fam. Ep. xi.]

Digitized by Google

omni virtute præſtantium facta, dicta, conſilia cognoſcens, [r] nulla animo adficiatur voluptate? Quis autem honeſta in familia inſtitutus et educatus ingenue, non ipſa turpitudine, etiam ſi eum læſura non ſit, offenditur? quis animo æquo videt eum, quem inpure ac flagitioſe putet vivere? quis non odit ſordidos, [s] vanos, leves, futiles? [t] Quid autem dici poterit, [ſi turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe ſtatuemus,] quo minus homines tenebras et ſolitudinem nacti, nullo dedecore ſe abſtineant, niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat? Innumerabilia dici poſſunt in hanc ſententiam; ſed non neceſſe eſt: nihil eſt enim, de quo minus dubitari poſſit, quam et honeſta, expetenda per ſe, et eodem modo turpia, per ſe eſſe fugienda. Conſtituto autem illo, de quo ante diximus, quod honeſtum ſit,

Si cenſor es, de proavo multum cogitato tuo: cum de Appio Cæco, qui Pyrrhi pacem diſſuaſit, eum loqui conſtet. *P. Manucius.*

[r] *Nulla* animo *afficiatur voluptate*] Tullius, ut puto, ſcripſit, *nulla* animi, vel *nulla* omnino *afficiatur voluptate.* Davies.

[s] Vanos, *leves*] Med. *varios, leves*, ac ita Victorius edidit: ſed male. Leves vanique qui proprie ſint, docebit Agellius Noct. Attic. lib. vii. cap. xi. et lib. xviii. cap. 4. *Idem.*

[t] *Quid autem dici poterat, ſi turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe ſtatuerimus*] Emendo ex antiquo libro Benardini Maffei, *Quid autem dici poterit.* Alii pro *ſtatuerimus*, legunt *ſtatueremus*, reſpicientes ſcilicet ad verbum *poterat*, ut tempora convenirent: cum in ſenſu vis et energia major ſit, ſi *poterit* et *ſtatuerimus* legatur, quam ſi *poterat* et *ſtatueremus.* P. Manucius.

Ib. *Si turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe* ſtatuemus] Pariſ. tres, Balliol. et Med. *eſſe ſtatueremus*; C. C. C. aliique plures *ſtatuerimus.* Quo autem modo legatur, mihi perinde eſt; horum enim nihil a Tullio ſcriptum fuiſſe, recte monuit vir acutiſſimus Joan. Walkerus. Si enim, his omiſſis, legas, *Quid autem dici poterit, quo minus homines tenebras et ſolitudinem nacti, nullo dedecore ſe abſtineant, niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat?* omnibus numeris abſoluta eſt ſententia: ſin infercias *ſi turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe ſtatuemus*; inutilis et vana fiet tautologia. Quin et illa verba vel ob eam cauſſam ſunt incommoda, quod non, quid ipſi ſtatuerimus, indicet Tullius; ſed quid alios moveat ut in tenebris honeſte ſe gerant. *Davies.*

Digitized by Google

id esse solum bonum; intellegi necesse est, pluris id, quod honestum sit, æstimandum esse, quam illa media, quæ ex eo comparentur. [u] Stultitiam autem, et temeritatem, et injustitiam, et intemperantiam cum dicimus esse fugienda propter eas res quæ ex ipsis eveniant; non ita dicimus, ut cum illo, quod positum est, solum id esse malum, quod turpe sit, hæc pugnare videatur oratio: propterea quod ea non ad corporis incommodum referuntur, sed ad turpes actiones, quæ oriuntur e vitiis: quas enim Græci κακίας adpellant, vitia malo quam malitias nominare.

XII. Næ tu, inquam, Cato, verbis inlustribus, et id, quod vis, declarantibus. Itaque mihi videris Latine docere philosophiam, et ei quasi civitatem dare; quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur, nec offerre sese nostris sermonibus, [x] et ista maxume propter limatam quandam et rerum et verborum tenuitatem. [y] Scio enim esse quosdam, qui quavis lin-

[u] *Stultitiam autem et* temeritatem *et injustitiam et intemperantiam*] Cum Guyeto legendum censeo, *stultitiam autem et* timiditatem *et injustitiam et intemperantiam:* ut enim primæ virtutes prudentia sunt et *fortitudo,* justitia et temperantia; sic maxima vitia, stultitia, *timiditas,* injustitia, et intemperantia, quemadmodum pueri norunt. Stobæus Eclog. Ethic. pag. 166. Φησὶν ὁ Ζήνων, ἀγαθὰ μὲν τὰ τοιαῦτα, φρόνησιν, δικαιοσύνην, σωφροσύνην, ΑΝΔΡΕΙΑΝ —κακὰ δὲ τὰ τοιαῦτα, ἀφροσύνην, ἀκολασίαν, ἀδικίαν, ΔΕΙΛΙΑΝ. Vide sis et Diogenem Laertium lib. vii. §. 100. Non igitur *temeritas,* sed *timiditas,* stultitiæ, injustitiæ et intemperantiæ comes fuit adjungenda. *Davies.*

[x] *Et istam maxime propter limatam* &c.] Sic habent omnes nostri libri manuscripti: quos sequor potius, quam vulgatos qui habent *et ista maxime propter* &c. Planior autem esset lectio, si ita legeretur, *et maxime propter istam limatam* &c. Atque hoc modo fortasse est legendum. *Lambinus.*

Ib. *Et* ista] MSSti fere dant *et istam.* Codex Scaligeranus *e lista,* unde vir ille maximus fingebat *sermonibus est quita.* Lambinus autem, meliore, quam ea est quam notis suis inseruit conjectura, *sermonibus audebat.* Hac ipsa tamen veriorem mihi videor reperisse; nam lego, *peregrinari Romæ videbatur, nec offerre sese nostris sermonibus* ESSE AUSA, *maxime propter* &c. *Davies.*

[y] *Scio* enim *esse quosdam qui quavis lingua philosophari pos-*

gua philoſophari poſſint, nullis tamen partitionibus, [z] nullis definitionibus utuntur; ipſique dicunt ea ſe modo probare, quibus natura tacita adſentiatur. Itaque in rebus minime obſcuris non multus eſt apud eos differendi labor. Quare adtendo te ſtudioſe, et, quæcumque rebus iis, de quibus hic ſermo eſt, nomina inponis memoriæ mando: mihi enim erit iiſdem iſtis fortaſſe jam utendum. Virtutibus igitur rectiſſime mihi videris, et ad conſuetudinem noſtræ orationis, vitia poſuiſſe contraria: quod enim vituperabile eſt per ſe ipſum, id eo ipſo vitium nominatum puto; vel etiam a vitio dictum vituperari: [a] ſin κακίαν malitiam dixiſſes, ad aliud nos unum certum vitium conſuetudo Latina traduceret. [b] Nunc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. Tum ille, His igitur ita poſitis, inquit, ſequitur magna contentio: [c] quam tractatam a Peripateticis mollius

ſint, nullis tamen *partitionibus* —— *utuntur*] Pariſ. ſec. tert. Med. et Balliol. *nullis* enim *partitionibus*. Nihil eſt apertius quam legi debere mutatis particularum ſedibus, *Scio* tamen *eſſe quoſdam qui quavis lingua philoſophari poſſint; nullis* enim *partitionibus, nullis definitionibus utuntur*. Ad Epicureos reſpicit. Vide ſupra lib. ii. capp. 2, 9, 10. *Davies*.

[z] *Nullis definitionibus utuntur: qui dicunt* &c.] Provocabulum *ipſi*, quod erat poſt verbum *utuntur*, delevi, ut inane et ſupervacaneum. *Lambinus*.

Ib. *Ipſi, qui dicunt*] Neque hoc placet, neque quod placeat invenio. Liber *Tertii, ipſi qui de*. Ego *ipſi* potius quam *dicunt* vitioſum puto. *P. Manucius*.

Ib. Ipſique *dicunt*] Editi veteres cunctique fere MSSti dant *ipſi qui dicunt*. At optime Gruterus ex Pal. pr. locum emendavit, cum quo diſerte facit Med. noſter; fruſtraque P. Manucius et D. Lambinus, homines alioquin eruditiſſimi, laborarunt. *Davies*.

[a] *Sin κακίαν malitiam dixiſſes, ad aliud* &c.] Vide Tuſc. iv. 15. *Idem*.

[b] *Nunc omni virtute*] *Nunc* repoſui ex vetere libro; cujus locum occupaverat *hoc*. Nemo eſt autem paullo quidem Romanæ linguæ peritior, qui *nunc* pro *ſed* uſurpatum ſæpiſſime tum a Cicerone, tum ab aliis ignoret. Sin exempla aliquis petat, longe ne abeat, legat librum de Fin. i. et proœmium Tuſculanæ iii. *P. Manucius*.

[c] Quam tractatam *a Peripateticis mollius*] Sic Gruterus ex Pall. pr. quart. quint. quibus accedunt Pariſ. pr. tert. ac Med. Et hinc cum Guyeto pronum

Digitized by Google

(est enim eorum consuetudo dicendi non satis acuta propter ignorationem Dialecticæ) Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis, summaque eloquentia, rem in summum discrimen adduxit; propterea quod pugnare non destitit, in omni hac quæstione, quæ de bonis et malis adpelletur, non esse rerum Stoicis cum Peripateticis controversiam, sed nominum. Mihi autem nihil tam perspicuum videtur, quam has sententias eorum philosophorum re inter se magis, quam verbis dissidere. Majorem multo inter Stoicos et Peripateticos rerum esse aio discrepantiam, quam verborum: quippe, cum Peripatetici omnia, quæ ipsi bona adpellant, pertinere dicant ad beate vivendum, [d] nostri vero, quod æstimatione omnino aliqua dignum sit, complecti beatam vitam putent.

fuit emendare, *qua tractata*; quo satis ipsi *constructioni* fieret. Cum tamen editi veteres reliquique MSSti repræsentent *quæ pertractata est a Peripateticis mollius*; malim reponere *quæ* cum *tractata* esset *a Peripateticis* &c. *Davies*.

[d] *Nostri* vero, *quod æstimatione* omnino *aliqua dignum sit, complecti beatam vitam putent*] Pall. nostrique Paris. pr. tert. C. C. C. Med. et Elienſ. *compleri beatam vitam*. Recte sine dubio; quod etiam Gruterus statuit. Id arripiens Guyetus reponit, *nostri* eo, *quod æstimatione omnino aliqua dignum sit*, compleri *vitam beatam putent*. Sed hæc emendatio, non minus ac vulgata scriptura, Stoicorum sententiæ prorsus adversatur: nam, cum Peripatetici bona tripertito diviserint, nec sine corporis firmitate fortunæque stabilitate compleri vitam beatam posse censuerint, *honestum* Stoicis solum bonum videbatur, eoque vitam beatissimam putabant effici; nec in alio loco τὰ ἀξίαν ἔχοντα, quæ Cicero vocavit *æstimabilia*, quam ἐν ἀδιαφόροις, *indifferentibus*, ponebant. Vide modo nostrum infra capp. 15, 16. Laertium vii. 105. et Stobæum Eclog. Ethic. lib. ii. pagg. 172, seqq. Hoc, quod fugit interpretes, nonnullis librariis fuit cognitum: quapropter Elienſ. sec. habet *complecti beatam vitam* non *putent*. Sed ineunda est alia corrigendi ratio. Paris. pr. sec. *nostri* non *quod æstimatione omnino aliqua dignum sit*. Pal. pr. *nostri* non *quod* ex omni *æstimatione aliqua dignum sit*. Legas oportet, *nostri* non ex omni, *quod æstimatione aliqua dignum sit*, compleri *beatam vitam putent*. Adi cap. 13. Tusc. v. 14, 16. et Agellium xviii. 1. *Davies*.

Digitized by Google

XIII. An vero certius quicquam poteſt eſſe, [e] quam illorum ratione, qui dolorem in malis ponunt, non poſſe ſapientem beatum eſſe, cum eculeo torqueatur? [f] eorum autem, qui dolorem in malis non habent, ratio certe cogit, uti in omnibus tormentis conſervetur beata vita ſapienti. Et enim ſi dolores eoſdem [g] tolerabilius patiuntur, qui excipiunt eos pro patria, quam qui leviore de cauſſa; opinio facit, non natura, vim doloris aut majorem aut minorem. Ne illud quidem eſt conſentaneum, [h] ut, ſi cum tria ge-

[e] *Quam illorum ratione, qui* &c.] Sic legendum eſt, vel libris omnibus invitis. Sic autem loquitur infra non longe: *Itaque conſentaneum eſt bis, quæ dicta ſunt, ratione illorum, qui illum bonorum finem, quod appellamus extremum* &c. *creſcere putant poſſe* &c. Atque hanc meam emendationem libri vett. adjuvant. Qui autem vulgatam lectionem *quam illa eorum ratio* tuentur, nihil vident. *Lambinus.*

Ibid. *Quam illorum ratione*] Sic Lambinus; et favit Pal. pr. qui dat *quam illo ratione.* At reliqui Codices *illa ratio eſt*, vel *illa ratio eorum*, vel denique *illa ratio eſt eorum.* Cur itaque non legamus *quam illa ratione eorum*, nullus equidem video. *Davies.*

[f] *Eorum autem, qui dolorem* &c.] Nihil equidem hic mutare auſim: ſed tamen non diſſimularim lectori, me ſuſpicari ſic a Cicerone ſcriptum eſſe, *Eorum autem, qui dolorem in malis non habent, ratione certe cogi, uti in omnibus tormentis conſervetur beata vita ſapienti?* ut ſcilicet hæc verba pendeant ab illo capite, *An vero certius quidquam poteſt eſſe, quam* &c. *Cogi* autem interpretor hoc loco, ut ſæpe alibi uſurpat, colligi, concludi, effici, *&c.* Lambin.

[g] *Tolerabilius patiuntur*] Sic edidit Victorius. Vulgo *patiantur.* At Lambino placet *tolerantius patiuntur.* Refragantibus autem MSStis, nihil eſt immutandum, cum vel hæc vel illa loquendi ratio proba ſit et Tulliana. Vide Tuſcul. iii. 23. et Fam. Epiſt. xv. 20. Pariter Cyprianus Epiſt. lii. *Cum multo patientius et* tolerabilius *audiret adverſus ſe æmulum principem quam conſtitui Romæ Dei ſacerdotem.* Davies.

[h] *Ut ſi* cum *tria genera*] Legerim, *ut, ſi* quidem *tria genera bonorum ſint quæ ſententia eſt Peripateticorum, eo beatior quiſque ſit quo ſit corporis aut externis bonis plenior.* Quæ vero ſequuntur, *Ut hoc idem adprobandum ſit nobis, ut qui plura habeat* (ſubjungunt *ea* Balliol. C. C. C. Med. et editio Victoriana; Pariſ. vero tres *et ea*; forte *ex eis*) *quæ in corpore magni æſtimantur ſit beatior*, hæc inquam, cuncta prorſus ſunt inutilia; quippe quæ pura puta ſint βαρβολογία nihilque dicant quod non ante dictum ſit et modo quidem elegantiore. Aut igitur egregie fallor, aut verba, de quibus agi-

Digitized by Google

nera bonorum ſint, quæ ſententia eſt Peripateticorum, eo beatior quiſque ſit, quo ſit corporis aut externis bonis plenior, [ut hoc idem adprobandum ſit nobis, ut qui plura habeat, quæ in corpore magni æſtimantur, ſit beatior:] illi enim corporis commodis conpleri vitam beatam putant; noſtri nihil minus. Nam cum ita placeat, ne eorum quidem bonorum, [i] quæ nos bona naturæ adpellemus, frequentia beatiorem vitam fieri, aut magis expetendam, aut pluris æſtimandam; certe minus ad beatam vitam pertinet multitudo corporis commodorum. [k] Et enim ſi et ſapere expetendum ſit et valere; conjunctum utrumque magis expetendum ſit, quam ſapere ſolum: neque tamen, ſi utrumque ſit æſtimatione dignum, pluris ſit conjunctum, quam ſapere ipſum ſeparatum. Nam qui valitudinem æſtimatione aliqua dignam judicamus, neque tamen eam in bonis ponimus; iidem cenſemus nullam eſſe tantam æſtimationem, ut ea virtuti

tur, eliminanda ſunt, ut additicia nothaque. *Davies.*

[i] *Quæ nos* bona *naturæ* appellemus] Pariſ. pr. tert. C. C. C. Pall. pr. quart. *bona vere*; quod nihili eſt. Lambinus ex nonnullis libris affert *prima naturæ*. Med. et Elienſ. ſec. *appellamus*. Omnino legerim *quæ nos* prima *naturæ* appellamus. Infra cap. 18. Prima *autem illa* naturæ——*ſub judicium ſapientis et delectum cadunt*. Tuſc. v. 30. Naturæ primis *bonis aut omnibus aut maximis frui*. De primis hiſce naturalibus vide ſis infra lib. v. c. 7. Hanc autem Stoicorum fuiſſe ſententiam docebunt Laertius vii. 102, 106. Stobæus Eclog. Ethic. pag. 173. et noſter infra iv. 8. *Idem.*

[k] *Etenim ſi et ſapere expetendum ſit et valere; conjunctum utrumque*] Gruterus et recentiores perverſe dant *expetendum ſit valere; et conjunctum utrumque*. Nos autem Lambini, Bruti et Aldi nepotis editiones ſequimur; id quod res ipſa poſtulat. Victorius exhibuit, *etenim ſi valere et ſapere magis expetendum ſit quam ſapere ſolum; neque tamen ſi utrumque ſit æſtimatione dignum* &c. Ac ita quidem C. C. C. Med. Balliol. reliquique Codices. Hoc modo tamen aliquid manifeſte deeſt. Ut autem locum recte capiamus, reminiſcamur oportet virtutes ſolas Stoicis αἱρετὰς *expetendas* videri; cum res ἀδιάφοροι *indifferentes* et quæ nec bonæ nec malæ ſunt, ἀξίαν ἔχουσι. λῆπταί ἐσιν καὶ ἐκλέγονται *æſtimatione dignæ, ſumendæ ſint et eligendæ*. Vide noſtrum iv. 8. Stobæum Ecl. Ethic. pagg. 170, 171, 173. et Plutarchum de Repugn. Stoic. pag. 1042. D. *Idem.*

Digitized by Google

anteponatur. Quod idem Peripatetici non tenent, quibus dicendum eſt, quæ et honeſta actio ſit et ſine dolore, eam magis eſſe expetendam, quam ſi eſſet eadem actio cum dolore. Nobis aliter videtur: recte ſecuſne, poſtea. Sed poteſtne rerum major eſſe diſſenſio?

XIV. Ut enim obſcuratur et offunditur luce ſolis lumen lucernæ; et ut interit magnitudine maris Ægæi ſtilla muriæ; et ut in divitiis Crœſi, teruncii acceſſio; et gradus unus in ea via, quæ eſt hinc in Indiam: ſic, cum ſit is bonorum finis, quem Stoici dicunt, [l] omnis iſta rerum in corpore ſitarum æſtimatio ſplendore virtutis et magnitudine obſcuretur et obruatur atque intereat neceſſe eſt. Et quemadmodum opportunitas (ſic enim adpellemus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis (habent enim ſuum modum quæcumque opportuna dicuntur) ſic recta effectio (κατόρθωσιν enim ita adpello, quoniam rectum factum κατόρθωμα) recta igitur effectio, item convenientia, denique ipſum bonum, quod in eo poſitum eſt ut naturæ conſentiat, creſcendi acceſſionem nullam habet. Ut enim opportunitas illa, ſic hæc, de quibus dixi, non fiunt temporis productione majora: ob eamque cauſſam [m] Stoicis non videtur optabilior nec magis

[l] *Omnis iſta rerum* in corpore ſitarum *æſtimatio*] Sic legit ex Maffæi libro P. Manucius: nam Pall. pr. quart. quint. ſext. Balliol. C. C. C. Med. ac editi veteres *in corpore harum*. Pall. ſec. tert. *incorporearum*. At Pariſ. tres et Elienſ. pr. *omnis iſta rerum* corporearum *æſtimatio*: quomodo reponendum; et ita voluiſſe videtur magnus ille Scaliger. *Corporeæ res* ſunt τὰ περὶ σῶμα, pariterque *bona corporalia* dixit Agellius xviii. 1. et *vitia corporalia* Seneca Epiſt. liii. Sic etiam Græci σωματικὰ adhibent Vide Stobæum Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 173. et Laertium vii. 106. *Davies.*

Ib. *Rerum in corpore ſitarum*] Locutio probabilior, quam ſi legas, ut antea, *rerum in corpore harum*: quam correctionem Maffæi liber antiquus probat. *P. Manucius.*

[m] *Stoicis non videtur optabilior*] De Chryſippo ſic Plutarchus Repugn. Stoic. pag. 1046. C. Ἐν πολλοῖς εἰρηκὼς ὅτι παρὰ τὸν πλείονα χρόνον οὐδὲν μᾶλλον εὐδαιμονήσειν. ἀλλ' ὁμοίως καὶ ἴσης τοῖς τὸν ἀμερῆ χρόνον εὐδαιμονίας μεταςχήσειν, ἐν πολλοῖς πάλιν εἴρηκεν, ὡς ἀδὲ τὸν δάκτυλον καθῆσθαι προτεῖναι χάριν ἀμεριαίας φρονήσεως. Iterum adv. Stoicos pag.

Digitized by Google

expetenda beata vita, ſi ſit longa, quam ſi brevis: utunturque ſimili, ut, ſi cothurni laus illa eſſet ad pedem apte convenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec majores minoribus: ſic quorum omne bonum convenientia atque opportunitate finitur, nec plura paucioribus, nec longinquiora brevioribus anteponentur. Nec vero ſatis acute dicunt, ſi bona valitudo pluris æſtimanda ſit longa, quam brevis, ſapientiæ quoque uſus longiſſimus quiſque ſit plurimi. Non intellegunt, valitudinis æſtimationem ſpatio judicari; virtutis, opportunitate: ut videantur qui illud dicant, iidem hoc eſſe dicturi, bonam mortem et bonum partum meliorem longum eſſe quam brevem. Non vident, alia brevitate pluris æſtimari; alia, diuturnitate. Itaque conſentaneum eſt his quæ dicta ſunt, ratione illorum qui illum bonorum finem, quod adpellamus extremum, quod ultimum, creſcere putent poſſe, iiſdem placere eſſe alium alio etiam ſapientiorem, itemque alium magis alio vel peccare, vel recte facere: quod nobis non licet dicere, qui creſcere bonorum finem non putamus. [n] Ut enim qui demerſi ſunt in aqua, nihilo magis reſpirare poſſunt, ſi non longe abſunt a ſummo ut jam jamque poſſint emergere, quam ſi etiam tum eſſent in profundo; nec catulus ille, qui jam adpropinquat ut videat, plus cernit quam is qui modo eſt natus: ita qui proceſſit aliquantum [o] ad virtutis aditum, nihilo minus in miſeria eſt, quam ille, qui nihil proceſſit.

1061. F. *Λέγουσιν οἱ Στωικοὶ, ὅτι ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγινόμενος, ἀλλὰ κἂν ἀκαρές τι ὥρας γένηται φρόνιμος, ὁδενὶ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀπολειφθήσεται τοῦ τὸν αἰῶνα χρωμένῳ τῇ ἀρετῇ καὶ μακαρίως ἐν αὐτῇ καταβιῶντος.* Plura ſuppeditabit Lipſius Manud. ad Philoſ. Stoic. iii. 3. *P. Manuc.*

[n] *Ut enim qui demerſi ſunt in aqua*] Ex Stoicorum mente Plutarchus advſ. Stoicos pag. 1063. *Ὥσπερ ὁ πῆχυν ἀπέχων ἐν θαλάττῃ τῆς ἐπιφανείας, ὁδὲν ἧττον πνίγεται τοῦ καταδεδυκότος ὀργυίας πεντακοσίας, οὕτως οὐδὲ οἱ πελάζοντες ἀρετῇ, τῶν μακρὰν ὄντων ἧττόν εἰσιν ἐν κακίᾳ. Καὶ καθάπερ οἱ τυφλοὶ, τυφλοί εἰσι κἂν ὀλίγον ὕστερον ἀναβλέπειν μέλλωσιν, ὕτως οἱ προκόπτοντες, ἄχρις ἂ τὴν ἀρετὴν ἀναλάβωσιν, ἀνόητοι καὶ μοχθηροὶ διαμένουσιν.* Vide ſis et noſtrum infra iv. 23, 24. ac Diogenem Laertium vii. 120. *Davies.*

[o] *Ad virtutis aditum, nihilo*

Digitized by Google

XV. Hæc mirabilia videri intellego: ſed cum certe ſuperiora firma ac vera ſint, his autem ea conſentanea et conſequentia, ne de eorum quidem eſt veritate dubitandum. Sed quamquam negent nec virtutes nec vitia creſcere, attamen [p] utrumque eorum fundi quodam modo et quaſi dilitari putant. Divitias autem Diogenes cenſet non eam modo vim habere, ut quaſi duces ſint ad voluptatem et ad valitudinem bonam, ſed etiam ut ea contineant; non idem facere eas in virtute neque in ceteris artibus, ad quas eſſe dux pecunia poteſt, continere autem non poteſt. Itaque ſi voluptas, aut ſi bona valitudo ſit in bonis, divitias quoque in bonis eſſe ponendas: at, ſi ſapientia bonum ſit, [q] non ſequi ut etiam divitias bonum eſſe dicamus. Neque ab ulla re, quæ non ſit in bonis, id, quod ſit in bonis, contineri poteſt: ob eamque cauſſam, [r] quia cognitiones comprehenſioneſque rerum, e quibus efficiuntur artes, [s] adpetitionem mo-

minus in miſeria eſt] Vulgo *nihilominus*, quod male ſe *habet*. Nos Victorii et Aldi nepotis editiones ſecuti, duas ex una voces fecimus. Fruſtra vero ſunt Henr. Stephanus et Janus Gruterus, quorum hic *virtutis adytum*, ille Caſtig. in Ciceron. p. 30. *virtutis adeptum* (quod latine non dicitur) emendavit. Nam de vulgata lectione non eſt cur queramur. Vide lib. i. de Orat. cap. 21. *Idem.*

[p] *Utrumque eorum fundi*] Seneca Epiſt. lxxiv. *Quod rectum eſt, nec magnitudine æſtimatur nec numero nec tempore: non magis produci quam contrahi poteſt. Honeſtam vitam ex centum annorum numero in quantum voles corripe et in unum diem coge; æque honeſta eſt. Modo latius virtus* funditur; *regna, urbes, provincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberoſque diſpenſat officia: modo arcto fine circumdatur paupertatis, exſilii, orbitatis: non tamen minor eſt, ſi ex altiore faſtigio in privatum, ex regio in humilem ſubducitur.* &c. Forſan *in privatum* ſtatum. *ex regio in humilem ſubducitur.* Vide Lipſium Manud. ad Philoſ. Stoic iii. 3. *Idem.*

[q] *Non* ſequi, *ut etiam divitias bonum eſſe dicamus*] *Sequitur* pro *ſequi* eſt in Codice manuſcripto. *Urſin.*

[r] *Quia cognitiones comprehenſioneſque rerum*, &c.] Sic reſtitui, libris omnibus reclamantibus, qui habent *cogitationes comprehenſioneſque*, plane mendoſe: ſed paullo poſt, iis ducibus atque auctoribus, deleta præpoſitione *ad, appetitiones movent* excudendum curavi. *Lambin.*

Ib. Pal. pr. et Elienſ. *cognitiones* exhibent. *Davies.*

[s] Appetitionem *movent*] Eli-

Digitized by Google

vent, cum divitiæ non ſint in bonis, nulla ars divitiis contineri poteſt. Quod ſi de artibus concedamus, virtutis tamen non ſit eadem ratio; propterea quod hæc plurimæ commentationis et exercitationis indigeat, quod idem in artibus non ſit; et quod virtus ſtabilitatem, firmitatem, conſtantiam totius vitæ complectatur, nec eadem hæc in artibus eſſe videamus. Deinceps explicatur differentia rerum: quam ſi non ullam eſſe diceremus, confunderetur omnis vita, ut ab Ariſtone; nec ullum ſapientiæ munus aut opus inveniretur, cum inter res eas, quæ ad vitam degendam pertinerent, nihil omnino intereſſet; neque ullum delectum adhiberi oporteret. Itaque cum eſſet ſatis conſtitutum, id ſolum eſſe bonum quod eſſet honeſtum, et id malum ſolum [t] quod turpe; tum inter hæc et illa, quæ nihil valerent ad beate miſereve vivendum, aliquid tamen, quo differrent, eſſe voluerunt, ut eſſent eorum alia æſtimabilia, alia contra, alia neutrum. [u] Quæ autem æſtimanda eſſent, eorum in aliis ſatis eſſe cauſſæ quamobrem quibuſdam anteponerentur, ut in valitudine, ut in integritate ſenſuum, ut in doloris vacuitate, [x] ut gloriæ, divitiarum, ſimilium rerum; alia autem non eſſe ejuſmodi. Itemque eorum, quæ nulla æſtimatione digna eſſent, partim ſatis habere cauſſæ, quamobrem rejicerentur, ut do-

enſ. uterque, C. C. C. et Med. *ad appetitiones movent*; ſic etiam Victorius edidit. Lego *adpetitiones movent*, prout etiam Lambinus voluit. Adi ſis Offic. ii. 5. *Davies.*

[t] *Quod turpe*; tum *inter* hæc et *illa*] Pall. tert. quart. quint. Pariſ. tert. *tum hæc ut illa*, Pall. ſec. ſext. Balliol. et Med. *tum hæc inter illa*, Pal. pr. *tum inter illa*, reliquis omiſſis. Lege vero *quod turpe*; *inter illa quæ nihil valerent* &c. quemadmodum repræſentat Elienſ. pr. *Idem.*

[u] Quæ *autem æſtimanda eſſent*] Ven. *quæque*; ut ſupra quoque, ubi alii libri *quæcunque opportuna dicuntur*, Veneti *quæque*. Mihi venit in mentem recte legi utroque in loco poſſe *quæque*. Camerar.

[x] *Ut gloriæ, divitiarum, ſimilium rerum*] Lambinus edidit, *in gloria, divitiis, ſimilibus rebus*. Sed immane quantum a Codicibus abit hæc emendatio; verique ſimilius eſt vocem quampiam negligentia librariorum periiſſe. Quocirca legerim *et gloriæ, divitiarum, ſimilium rerum* CLARITATE: *alia autem* &c. *Dav.*

Digitized by Google

lorem, morbum, ſenſuum amiſſionem, paupertatem, ignominiam, ſimilia horum; partim non. Itemque hinc illud eſſe exortum, quod Zeno προηγμένον, contraque quod ἀποπροηγμένον nominavit, cum uteretur in lingua copioſa factis tamen nominibus ac novis; quod nobis in hac inopi lingua non conceditur: quamquam tu hanc copioſiorem etiam dicere ſoles. Sed non alienum eſt, quo facilius vis verbi intellegatur, rationem hujus verbi faciendi Zenonis exponere.

XVI. Ut enim, inquit, nemo dicit, in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem (id enim eſt προηγμένον) ſed eos qui in aliquo honore ſint, quorum ordo proxume accedit [y] ut ſecundus ſit ad regium principatum: ſic in vita non ea, [z] quæ primario loco ſunt, ſed ea, quæ ſecundum locum obtinent, προηγμένα, id eſt, producta nominentur. Quæ vel ita adpellemus (id erit verbum e verbo) [a] vel promota et remota, vel, ut dudum diximus, præpoſita vel præcipua, et illa rejecta: re enim intellecta, in verborum

[y] *Ut ſecundus ſit ad regium principatum*] Lambinus reponendum conjecit *ut* hic *ſecundus*, ille tertius *ſit ad regium principatum*. Cui bono, ſum neſcius. Legendum vero *ut ſecundus ſit a regio principatu*. Hirtius de Bell. Alex. c. lxvi. *Bellonæ templum tanta religione colitur, ut ſacerdos ejus Deæ, majeſtate, imperio et potentia* ſecundus a rege *conſenſu gentis illius habeatur*. Pari modo locutus eſt Juſtinus xxxii. 1. 9. ut et Plinius xxxiv. 19. Sic autem Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 174. Οὐδὲν δὲ τῶν ἀγαθῶν εἶναι προηγμένον διὰ τὸ τὴν μεγίστην ἀξίαν αὐτὰ ἔχειν· τὸ δὲ προηγούμενον (lege προηγμένον) τὴν δευτέραν χώραν καὶ ἀξίαν ἔχον συνεγγίζει (forte συνεγγίζειν) πῶς τῇ τῶν ἀγαθῶν φύσει· οὐδὲν γὰρ ἂν αὐλητῶν (puto οὐδὲ γὰρ τῶν ἐν αὐλῇ) προαγόμενον εἶναι τὸν βασιλέα, ἀλλὰ τοῦ μὲν ταυτὸν τεταγμένα. Reſcribo ἀλλὰ τὰς μετὰ τοῦτον τεταγμένας. Aliter hæc tentat Juſt. Lipſius Manud. ad Philoſ. Stoic. ii. 23. quem, ſi lubet, vide. *Davies.*

[z] *Quæ* primario *loco ſunt*] Pal. pr. et Elienſ. unus *primorie loco*. Pal. ſec. *primore*. MS. Scalig. Elienſ. alter, Med. et Balliol. *primiore loco*. Lege *primore in loco*. Idem.

[a] *Vel promota et remota*] Lambinus edidit *vel promota*, ut illa *remota*. Turbatus autem mihi videtur ordo verborum, quæ ſic diſponenda cenſeo, *vel promota, vel, ut dudum diximus, præpoſita, vel præcipua; et illa rejecta* aut *remota*. *Re enim* &c. *Idem.*

Digitized by Google

uſu faciles eſſe debemus. Quoniam autem omne, quod eſt bonum, primum locum tenere dicimus; neceſſe eſt, nec bonum eſſe nec malum hoc, quod præpoſitum vel præcipuum nominamus. Itaque id definimus, quod ſit indifferens cum æſtimatione mediocri: quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem. Neque enim illud fieri poterat ullo modo, ut nihil relinqueretur in mediis, quod aut ſecundum naturam eſſet, aut contra: nec, cum id relinqueretur, [b] nihil in his poni, quod ſatis æſtimabile eſſet: [c] nec, hoc poſito, non aliqua eſſe præpoſita. Recte igitur hæc facta diſtinctio eſt. Atque etiam ab his, quo facilius res perſpici poſſit, hoc ſimile ponitur. Ut enim, inquiunt, ſi hoc fingamus eſſe quaſi finem et ultimum, ita jacere talum ut rectus adſiſtat; qui ita talus erit jactus ut cadat rectus, præpoſitum quiddam habebit ad finem, [d] qui aliter, contra: neque tamen illa præpoſitio tali, ad eum, quem dixi, finem pertinebit: ſic ea, quæ ſunt præpoſita, referuntur illa quidem ad finem, ſed ad ejus vim naturamque nihil pertinent. Sequitur illa diviſio, ut [e] bonorum alia ſint ad illud ultimum perti-

[b] *Nihil in his* poni——*nec, hoc poſito, non aliqua* eſſe *præpoſita*] Vulgo *eſſent*. Habet autem Elienſ. pr. quod edidimus, et ita legi poſſe vidit P. Manucius. Lambinus conjecit *ut nihil in his* poneretur—— *nec, hoc poſito,* ut *non aliqua eſſent præpoſita*. Non male quidem; niſi quod a libris longius, quam par eſt, ea recedat emendatio. *Dav.*

[c] *Nec hæc poſita, non aliqua eſſent præpoſita*] Si corrigas, *Nec, hoc poſito, non aliqua eſſe præpoſita,* erit elegantius: neque ab antiquis exemplaribus admodum diſcedes; ſiquidem et Maffæi liber *hoc poſito* habet. *P. Manucius.*

[d] *Qui aliter, contra*] Pariſ. tres, C. C. C. Med. et Balliol. exhibent *qui aliter* qui *contra*. Forte *qui aliter* quidem, *contra*. Rem vero, de qua jam Tullius, ita tradit Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 174. Προηγούμενα (lege προηγμένα) δὲ λέγεσθαι, ὰ τὸ (ſcribe ὰ διὰ τὸ) εὐδαιμονίαν τινὰ (forte τινὶ) συμβάλλεσθαι, συνεργεῖν (lege ἢ συνεργεῖν) τι πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ (repone ἀλλὰ διὰ τὸ) ἀναγκαῖον εἶναι τέτων τὴν ἐκλογὴν ποιεῖσθαι παρὰ τὰ προηγμένα. Emenda παρὰ τὰ ἀποπροηγμένα. Davies.

[e] *Bonorum alia ſunt ad illud ultimum pertinentia*] Diogenes Laertius vii. 96. Τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικὰ, τὰ δὲ ποιητικὰ, τὰ δὲ τελικὰ καὶ ποιητικά.

Digitized by Google

nentia, (ſic enim adpello, quæ τελικὰ dicuntur: [f] nam hoc ipſum inſtituamus, ut placuit, pluribus verbis dicere, [g] quod uno non poterimus, ut res intellegatur) alia autem efficientia, quæ Græci ποιητικὰ, alia utrumque. De pertinentibus, nihil eſt bonum præter actiones honeſtas: de efficientibus, nihil præter amicum. Sed et pertinentem et efficientem [h] ſapientiam volunt eſſe: nam quia ſapientia eſt conveniens actio, [i] eſt in illo pertinenti genere, quod dixi; quod autem honeſtas actiones adfert et efficit, [k] ideo efficiens dici poteſt.

XVII. Hæc quæ præpoſita dicimus, [l] partim ſunt

Τὸν μὲν ἓν φίλον καὶ τὰς ἀπ' αὐτῦ γινομένας ὠφελείας, ποιητικὰ εἶναι ἀγαθά· θάρσος δὲ καὶ φρόνημα καὶ ἐλευθερίαν καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην καὶ ἀλυπίαν καὶ πᾶσαν τὴν κατ' ἀρετὴν πρᾶξιν, τελικά· ποιητικὰ δὲ καὶ τελικὰ εἶναι ἀγαθά· καθὸ μὲν ἀποτελῦσι τὴν εὐδαιμονίαν, ποιητικά ἐστιν ἀγαθά· καθὸ δὲ συμπληρῦσιν αὐτὴν ὥστε μέρη αὐτῆς γίνεσθαι, τελικά. Juſt. quidem Lipſius Manud. ad Philoſ. Stoic. ii. 22. aliquid excidiſſe ratus legit ποιητικὰ δὴ καὶ τελικὰ εἶναι ἀγαθὰ ἀρετάς. Nihil autem deeſt: ut enim τελικῶν καὶ ποιητικῶν ἀγαθῶν nullum protulit exemplum; ſic nec poſtea τελικῶν καὶ ποιητικῶν κακῶν. Quamvis igitur αἱ ἀρεταὶ πᾶσαι καὶ ποιητικά ἐστιν ἀγαθὰ καὶ τελικὰ, quod docet Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 167. Laertii tamen verbis nihil eſt addendum. *Davies.*

[f] Nam *hoc ipſum inſtituamus*] Vulgo *jam hoc ipſum*. Med. *namque hoc ipſum*. Nos lectionem recepimus quam præſtant Pall. pr. ſec. quart. ſext. Elienſ. pr. C. C. C. et Balliol. quaque ſententia recte connectitur. Reſpicit ad id quod dictum ſupra cap. iv. *Idem.*

[g] *Quod* uno non *poterimus*] Mira librariorum ſtultitia. Omnes Pall. negantem particulam reſpuunt. Ac C. C. C. Med. et Balliol. eam repræſentant, *uno* denegant locum. Utraque tamen vox orationi prorſus eſt neceſſaria. *Idem.*

[h] Sapientiam *volunt eſſe*] Pall. quatuor, C. C. C. et Pariſini tres *ſapientem*, quod Grutero melius videtur. Immo prorſus eſt incongruum; veramque lectionem ſervant Pall. ſec. quint. Elienſ. Med. ac Balliol. *Idem.*

[i] *Eſt illo pertinenti genere*] Sic Pal. pr. reliqui vero quinque, Pariſ. ſec. C. C. C. Med. et Balliol. *eſt* cum *illo*. Lambinus dedit, *eſt* ex *illo*. Reponendum tamen, *eſt* in *illo pertinenti genere*, prout exhibemus. *Idem.*

[k] Ideo *efficiens dici poteſt*] Vulgo *id efficiens*. At lectionem noſtram diſerte repræſentat Elienſ. pr. et ita Lambinus edidit, ſententia poſtulante. *Idem.*

[l] *Partim ſunt per ſe ipſa præpoſita*] Eadem fere diviſio τῶν προηγμένων eſt apud Laertium vii. 107. Τῶν προηγμένων τὰ μὲν

Digitized by Google

per ſe ipſa præpoſita, partim quod aliquid efficiunt, [m] partim utrumque. Per ſe, ut quidam habitus oris et vultus, ut ſtatus, ut motus; in quibus ſunt et præponenda quædam et rejicienda: alia ob eam rem præpoſita dicuntur, quod ex ſe aliquid efficiant, ut pecunia: alia autem ob utramque rem, ut integri ſenſus, ut bona valitudo. De bona autem fama (quam enim adpellant εὐδοξίαν, aptius eſt hoc loco bonam famam adpellare, quam gloriam) Chryſippus quidem et Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem, ejus cauſſa, porrigendum eſſe dicebant: quibus ego vehementer adſentior. Qui autem poſt eos fuerunt, cum Carneadem ſuſtinere non poſſent, hanc quam dixi bonam famam, ipſam propter ſe præpoſitam et ſumendam eſſe dixerunt; eſſeque hominis ingenui et liberaliter educati, velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris, idque propter rem ipſam, non propter uſum: [n] dicuntque, ut liberis conſultum velimus, etiam ſi poſtumi futuri ſint, propter ipſos: ſic futuræ poſt mortem famæ [o] tamen eſſe propter rem, etiam detracto uſu, conſulendum. Sed cum, quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe dicamus; conſentaneum tamen eſt, fungi officio, cum id officium nec in bonis ponamus nec in malis. Eſt enim aliquid in his rebus probabile, et quidem ita, [p] ut ejus ratio reddi poſſit: ergo ut etiam probabili-

δι' αὐτὰ προηκται, τὰ δὲ δι' ἕτερα, τὰ δὲ καὶ δι' αὐτὰ καὶ δι' ἕτερα, quæ ſubjectis exemplis declarat. Vide ſis et Stobæum Eclog. Ethic. pagg. 173, 174. *Davies.*

[m] *Partim utrumque*] Cum Lambino ſcripſerim *partim* ob *utrumque*. Idem.

[n] *Dicuntque ut liberis conſultum velimus*] Legendum puto *utque liberis conſultum volumus*, verbo *dixerunt* ex ſuperioribus repetito. Nam librarii locum videntur contaminâſſe, quod conſtructionem non caperent. *Idem.*

[o] Tamen *eſſe propter rem*] Prima vox certe prorſus eſt inutilis, nec mihi loco videtur convenire. Legerim *ipſam eſſe propter rem*; ut paullo ante *propter rem* ipſam, *non propter uſum* dixit. *Idem.*

[p] *Ut ejus ratio reddi poſſit: ergo, ut etiam probabilis facti ratio reddi poſſit. Eſt autem officium* &c.] Hoc totum, *ergo, ut etiam probabilis facti ratio reddi poſſit*, quod deerat in libris im-

Digitized by Google

ter acti ratio reddi poſſit. Eſt autem officium, quod ita factum eſt, ut ejus facti probabilis ratio reddi poſſit. Ex quo intellegitur, officium medium quoddam eſſe, quod neque in bonis ponatur neque in contrariis. Quoniamque in his rebus, quæ neque in virtutibus ſunt neque in vitiis, eſt tamen quiddam quod uſui poſſit eſſe; tollendum id non eſt. Eſt autem ejus generis actio quoque quædam, et quidem talis, ut ratio poſtulet agere aliquid et facere eorum. Quod autem ratione actum ſit, id officium adpellamus. Eſt igitur officium ejus generis, quod neque in bonis ponatur nec in contrariis.

XVIII. Atque perſpicuum etiam illud eſt, in iſtis rebus mediis aliquid agere ſapientem. Judicat igitur, cum agit, officium illud eſſe: [q] quod quoniam numquam fallitur in judicando, erit in mediis rebus officium. Quod efficitur etiam hac concluſione rationis. Quoniam enim videmus eſſe quiddam, quod [r] recte

preſſis, ego repertum in omnibus noſtris manuſcriptis reſtitui. Non celabo lectorem tamen, in libris veteribus ſcriptum eſſe, *probabiliter facti ratio reddi poſſit.* Lambinus.

Ib. *Ergo ut etiam* probabiliter acti *ratio reddi poſſit. Eſt autem officium, quod ita factum eſt, ut ejus facti probabilis ratio reddi poſſit*] Hæc omnia neſciunt Elienſ. pr. et C. C. C. Exciderunt autem quod hæc ξῆσις iiſdem, quibus prior, verbis terminatur. Locum vero, prout exhibemus, repræſentant Pall. ſex, Pariſ. tres, Med. Balliol. et editio Victoriana. Non tamen diſſimulabo, mihi cum Lambino reponendum videri, *ut etiam* probabilis facti *ratio reddi poſſit.* Porro καθῆκον Stoicis apud Laertium vii. 107. eſt ὃ ΠΡΟΑΧΘΕΝ (lege cum Menagio πραχθὲν) εὔλογόν τε ἴσχει (ſcribo εὔλογον ἴσχει) ἀπολογισμόν. Eodem tamen modo peccatur apud Suidam in καθῆκον. Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 174. Ὁρίζεται δὲ τὸ καθῆκον, τὸ ἀκόλουθον ἐν ζωῇ, ὅπερ παραχθὲν εὔλογον ἀπολογίαν ἔχει. Ibi quoque ſcribendum ὅπερ πραχθὲν, ut ex Sexti Empirici advſ. Mathem lib. vii. §. 158. idem vir eruditus obſervavit. Id abunde docet etiam definitio, qua Tullius hic uſus eſt, cuique gemina germana reperiatur Offic. i. 3. *Davies.*

[q] Quod *quoniam numquam fallitur*] Lego *qui quoniam numquam fallitur*; ut *pronomen* ad *ſapientem* referatur. Et ita legendum ſuſpicatur Guyetus niſi forte *quod quoniam* ſit additamentum. *Idem.*

[r] *Recte factum appellemus, id autem eſt perfectum officium*] Κατόρθωμα. Stobæus Eclog. Ethic.

Digitized by Google

factum adpellemus, id autem est perfectum officium; [s] erit autem etiam inchoatum: ut, si juste depositum reddere in recte factis sit, in officiis ponatur depositum reddere: illo enim addito juste, [t] facit recte factum; per se autem hoc ipsum reddere in officio ponitur. Quoniamque non dubium est quin in his, quæ media dicimus, sit aliud sumendum, aliud rejiciendum; quicquid ita fit aut dicitur, [u] communi officio continetur. Ex quo intellegitur, quoniam se ipsos omnes natura diligunt, tam insipientem quam sapientem sumpturum quæ secundum naturam sint, rejecturumque contraria. Ita est quoddam commune officium sapientis et insipientis: ex quo efficitur, versari in iis, quæ media dicamus. Sed cum ab his omnia proficiscantur officia, non sine caussa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes; in his et excessum e vita, et in vita mansionem. In quo enim plura sunt quæ secundum naturam sunt, hujus officium est in vita manere: in quo autem aut sunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium est e vita excedere. Ex quo adparet, et sapientis esse aliquando officium excedere e vita, cum beatus sit; et stulti, manere in vita, cum sit miser. Nam bonum illud et malum, quod sæpe jam dictum est, postea consequitur: prima autem illa naturæ, sive secunda, sive contraria, sub judicium sapientis et delectum cadunt, estque illa subjecta quasi materia sapientiæ. Itaque et manendi in vita et migrandi ratio omnibus his rebus,

pag. 175. Τὸ δὲ καθῆκον τελειωθὲν, κατόρθωμα γίγνεσθαι. Et iterum pag. 177. Κατόρθωμα δ' εἶναι λέγουσι καθῆκον πάντας ἐπέχον τὰς ἀριθμὰς, ἢ τέλειον καθῆκον. Vide sis et nostrum Offic. i. 3. supra cap. vii. et infra lib. iv. cap. 6. *Davies.*

[s] *Erit* autem *etiam inchoatum*] Vel cum Lambino deleatur *autem*; vel legatur *erit* item *etiam inchoatum*. Idem.

[t] Facit *recte factum*] Lambinus emendavit *fit recte factum*. Mihi placet *evadit recte factum*; quod literarum ductus a Tullii manu fuisse suadet. *Idem.*

[u] Communi *officio continetur*] Pall. quatuor, Paris. tres, Elienſ. Med. Balliol. C. C. C. et editio Victoriana dant, *omni officio continetur*: Pall. tert. *in officio continetur*. Lego *in omni officio continetur*. Idem.

Digitized by Google

quas ſupra dixi, metienda. [x] Nam neque iis, qui virtute retinentur in vita, nec iis, qui ſine virtute ſunt, mors eſt oppetenda: [y] at ſæpe officium eſt ſapientis, deſciſcere a vita, cum ſit beatiſſimus, ſi id opportune facere poſſit; quod eſt convenienter naturæ vivere. Sic enim cenſent, opportunitatis eſſe beate vivere. Itaque a ſapientia præcipitur, ſe ipſam, ſi uſus ſit, ſapiens ut relinquat. Quamobrem cum vitiorum iſta vis non ſit, ut cauſſam adferant mortis voluntariæ; perſpicuum eſt, etiam ſtultorum, qui iidem miſeri ſint, officium eſſe manere in vita, ſi ſint in majore parte earum rerum, quas ſecundum naturam eſſe dicimus. Et quoniam excedens e vita et manens æque miſer eſt, nec diuturnitas magis ei vitam fugiendam facit; non ſine cauſſa dicitur, iis, qui pluribus naturalibus frui poſſint, eſſe in vita manendum.

XIX. Pertinere autem ad rem arbitrantur, intellegi natura fieri, ut liberi a parentibus amentur: a quo initio profectam communem [z] humani generis

[x] *Nam neque iis, qui virtute fruuntur, manendum in vita* &c.] Deerant hic aliquot verba, quæ ſcriptor librarius errans præterierat. Ea nos ex aliis locis, in quibus eadem diſputantur, reſtituimus. *Lambinus.*

Ib. *Nam neque* iis qui *virtute* retinentur *in vita*] Hæc nimis quam licenter interpolavit Lambinus. Pall. pr. quart. *nam neque virtute retinetur in vita*; quod verum putat Gruterus. Pariſ. pr. tert. *nam neque* qui *virtute retinetur in vita*. Pall. tert. *nam neque* is qui *virtute retinetur in vita*. Lego *nam neque is quidem* (nempè ſapiens) *virtute retinetur in vita*. Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 182. Φησὶ δέ ποτε καὶ τὴν ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ βίου τοῖς σπουδαίοις καθηκόντως κατὰ πολλὰς τρόπους, τοῖς δὲ φαύλοις μονὴν ἐν τῷ ζῆν, καὶ εἰ μὴ μέλλοιεν (lege μέλλοιεν) ἔσεσθαι σοφοί. ΟΥΤΕ ΓΑΡ ΤΗΝ ΑΡΕΤΗΝ ΚΑΤΕΧΕΙΝ ΕΝ ΤΩ ΖΗΝ, ὅτε τὴν κακίαν ἐκβάλλειν· τοῖς δὲ καθήκουσι καὶ τοῖς παρὰ τὸ καθῆκον μετρεῖσθαι τήν τε ζωὴν καὶ θάνατον. Vide ſis et Plutarchum advſ. Stoicos pagg. 1060. C. 1063. ac Diogenem Laertium x. 130. *Davies.*

[y] *Et ſæpe officium eſt ſapientis* deſciſcere *a vita*] Ita plane eſt in MSto, niſi quod pro *deſciſcere* habet *diſcedere*. Urſin.

Ib. Ut *ſæpe officium* eſt] Lambinus edidit, *et ſæpe officium* eſt. Aliis placet *ut ſæpe officium ſit*. Recte vero C. C. C. *at ſæpe officium eſt*; et ſic exhibui. *Dav.*

[z] *Humani generis ſocietatem*

ſocietatem perſequuntur. Quod primum intellegi debet figura membriſque corporum; quæ ipſa declarant procreandi a natura habitam eſſe rationem. Neque vero hæc inter ſe congruere poſſent; ut natura et procreari vellet, et diligi procreatos non curaret. Atque etiam in beſtiis vis naturæ [a] inſpici poteſt; quarum in fetu et educatione laborem cum cernimus, naturæ ipſius vocem videmur audire. Quare ut perſpicuum eſt, natura nos a dolore abhorrere: ſic adparet, a natura ipſa, ut eos quos genuerimus amemus, impelli. Ex hoc naſcitur, ut etiam [b] communis hominum inter homines naturalis ſit commendatio, ut oporteat hominem ab homine ob id ipſum, quod homo ſit, non alienum videri. Ut enim in membris alia ſunt tamquam ſibi nata, ut oculi, ut aures; [c] aliqua etiam ceterorum membrorum uſum adjuvant, ut crura, ut manus: ſic inmanes quædam beſtiæ ſibi ſolum natæ ſunt; [d] at illa quæ in concha patula pinna dicitur, iſque qui enat e concha, ([e] qui, quod eam

perſequimur] Lege *perſequuntur*; ut ante *pertinere autem ad rem* arbitrantur. Et ita dat Elienſ. ſec. nec aliter edidi. *Davies.*

[a] Inſpici *poteſt*] Malim *perſpici poteſt*, ut habet Elienſ. *Idem.*

[b] *Communis hominum inter homines naturalis ſit commendatio*] Lego *communis hominum inter homines* et *naturalis ſit commendatio.* Idem.

[c] Aliqua *etiam*] Rectius *alia etiam*, prout Lambinus, Brutus et Aldus nepos ediderunt; niſi forte ſupra legas, *in membris* aliqua *ſunt tanquam ſibi nata.* Idem.

[d] *At illa, quæ* in concha *patula pinna dicitur*] Lambino placet *at illa quæ* in conchis *patula pinna dicitur.* Non accedo; nam reſcribendum videtur, *quæ* cum *concha patula pinna dicitur.* Plutarchus de Sólert. Animal. pag. 980. Ὁ μὲν ἐν πινοθήρας (lego πινοτήρης) ζῷόν ἐϛι καρχινῶδες, ὡς φασὶ, καὶ τῇ πίνῃ (ſcribe πίννῃ) σύνεϛι, καὶ πυλωρεῖ τὴν κόγχην προκαθήμενος, ἐῶν ἀνεῳγμένην καὶ διακεχηνυῖαν, ἄχρι προσπίσῃ τι τῶν ἀλωσίμων αὐτοῖς ἰχθυδίων· τότε δὲ τὴν σάρκα τῆς πίννης δακὼν παρεισῆλθεν· ἡ δὲ συνέκλεισε τὴν κόγχην, καὶ κοινῶς τὴν ἄγραν ἐντὸς ἕρκους γενομένην, κατεσθίουσι. Præter eos, quos laudavimus ad lib. ii. N. D. cap. 48. adeas licet Apoſtolium Centur. xi. Prov. xi. *Idem.*

[e] *Qui, quod eam cuſtodiat, pinnoteres vocatur*] Ariſtoteles lib. v. περὶ ζώων ἱϛορίας [cap. 15.] Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βύσσου ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσιν· ἔχουσι δὲ πιννοφύλακα,

Digitized by Google

cuſtodit, Pinnoteres vocatur, in eamque cum ſe recipit, includitur; ut videatur monuiſſe, ut caveret) itemque formicæ, apes, ciconiæ, aliorum etiam cauſſa quædam faciunt: multo magis hæc conjunctio eſt hominis; itaque natura ſumus apti ad cœtus, concilia, civitates. Mundum autem cenſent regi numine Deorum, eumque eſſe quaſi communem urbem et civitatem hominum et deorum, et unumquemque noſtrum, ejus mundi eſſe partem: ex quo illud natura conſequi, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus. Ut enim leges omnium ſalutem ſingulorum ſaluti anteponunt: ſic vir bonus et ſapiens, et legibus parens, et civilis officii non ignarus, utilitati omnium plus quam unius alicujus aut ſuæ conſulit. Nec magis vituperandus eſt proditor patriæ, quam communis utilitatis aut ſalutis deſertor propter ſuam utilitatem aut ſalutem. Ex quo fit, ut laudandus ſit is, qui mortem oppetat pro republica; quod doceat, cariorem eſſe patriam nobis, quam noſmetipſos. Quoniamque illa vox inhumana et ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare, [f] quo minus, ipſis mortuis, terrarum omnium deflagratio conſequatur, quod vulgari quodam verſu Græco pronuntiari ſolet; certe verum eſt, etiam iis, qui aliquando futuri ſint, eſſe propter ipſos conſulendum.

XX. Ex hac animorum adfectione teſtamenta

αἱ μὲν καρίδιον, αἱ δὲ καρίνιον, ἃ περισκόμεναι διαφθείρονται θᾶσσον. Ad quæ verba reſpexit Plinius lib. ix. cap. 45. [§. lxvi.] cum ſcribit, *concharum generis et pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubjecta ſemper, nec umquam ſine comite, quem Pinnotorem vocant, alii Pinnophylacem: is eſt ſquilla parva, aliſi cancer dapis aſſectator.* Urſin.

[f] *Quo minus, ipſis mortuis, terrarum omnium deflagratio conſequatur*] Græcus, ad quem reſpexit, verſus eſt

Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί.

Exſtat apud Suetonium Nerone cap. 38. Dionem lib. lviii. p. 634. et Joan. Xiphilinum in Epit. pag. 128. Hinc emendandus Stobæus, apud quem Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 186. perperam legitur,

Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθῇ τῷ πυρί.

Hic idem verſiculus in mentem fuit Senecæ de Clement. ii. 2. *Davies.*

Digitized by Google

commendationeſque morientium natæ ſunt. [g] Quodque nemo in ſumma ſolitudine vitam agere velit, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia; facile intellegitur, [h] nos ad conjunctionem congregationemque hominum, et ad naturalem communitatem eſſe natos. Inpellimur autem natura, ut prodeſſe velimus quamplurimis, in primiſque docendo, rationibuſque prudentiæ tradendis. Itaque non facile eſt invenire, qui, quod ſciat ipſe, non tradat alteri. Ita non ſolum ad diſcendum propenſi ſumus, verum etiam ad docendum. Atque ut tauris natura datum eſt, ut pro vitulis contra leones ſumma vi inpetuque contendant: ſic ii, qui valent opibus, atque id facere poſſunt, ut de Hercule et de Libero accepimus, ad ſervandum genus hominum natura incitantur. Atque etiam Jovem cum Optumum Maxumum dicimus, cumque eundem Salutarem, Hoſpitalem, Statorem; hoc intellegi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutela. Minime autem convenit, cum ipſi inter nos abjecti neglectique ſimus, poſtulare, ut Diis inmortalibus cari ſimus et ab iis diligamur. Quemadmodum igitur membris utimur prius, quam didicimus, cujus ea utilitatis cauſſa habeamus: ſic inter nos natura ad civilem communitatem conjuncti et conſociati ſumus. Quod ni ita ſe haberet, nec juſtitiæ ullus eſſet nec bonitati locus. Et quo modo hominum inter homines juris eſſe vincula putant, ſic [i] homini nihil juris

[g] *Quodque nemo in ſumma ſolitudine*] Vulgo deeſt vox penultima, quam Ciceroni reſtituimus, auctoribus Pariſinis tribus, Elienſ. C. C. C. Med. et editione Victoriana. *Davies.*

[h] *Nos ad conjunctionem congregationemque hominum et ad* naturalem *communitatem eſſe natos*] Homines *ad* naturalem natos *eſſe communitatem* vix, ut opinor, Cicero diceret. Igitur vel vocem *naturalem* delendam puto, vel legendum *ad* civilem *communitatem eſſe natos.* Paullo poſt: *Inter nos natura ad* civilem communitatem *conjuncti et conſociati ſumus.* Vide ſis et N. D. ii. 31. *Idem.*

[i] *Homini nihil juris eſſe cum beſtiis.*] Diogenes Laertius vii. 129. Ἀρέσκει αὐτοῖς μηδὲν εἶναι ἡμῖν δίκαιον πρὸς τὰ ἄλλα ζῷα διὰ τὴν ἀνομοιότητα. Vide Porphyrium de Abſtin. lib. i. §. 4. ſeqq. *Idem.*

Digitized by Google

esse cum bestiis: præclare enim Chrysippus, [k] cetera nata esse hominum caussa [et Deorum,] [l] eos autem communitatis et societatis suæ; ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine injuria. Quoniamque ea natura esset hominis, ut ei cum genere humano quasi civile jus intercederet; qui id conservaret, eum justum, [m] qui migraret, injustum fore. Sed quemadmodum theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest, ejus esse eum locum, quem quisque occuparit: sic in urbe mundove communi non adversatur jus, quo minus suum quidque cujusque sit. Cum autem ad tuendos conservandosque homines hominem natum esse videamus; consentaneum est huic naturæ, [n] ut sapiens velit gerere et admi-

[k] *Cetera nata esse hominum causa* et Deorum] Voces *et Deorum* nescit MS. Paris. easque delendas esse censeo. Quamvis enim Stoici mundum communem esse statuerint Deorum hominumque civitatem; quæ tamen in eo sunt, ea parata esse ad fructum hominum et inventa, sunt arbitrati. Hac de re præclare Cicero noster lib. ii. N. D. capp. 62. seqq. et lib. i. de Legg. cap. 8. *Davies.*

[l] *Eos autem communitatis et societatis suæ, ut bestiis homines*] Legendum videtur, *homines autem communitatis et societatis suæ, ut bestiis uti ad utilitatem* &c. quamquam nihil muto. *Lambinus.*

[m] *Qui* negaret, *injustum fore*] Alii *migraret.* Et hoc Victorius probat, similiterque legit in primo de Officiis [cap. 10.] *Quæque pertinent ad veritatem et fidem, ea migrare interdum et non servare sit justum.* Camerar.

Ib. *Qui migraret*] Pro *qui mutaret,* qui discederet ab eo jure. Antique usurpatum cum accusandi casu; ut lib. iii. de Legg. [cap. 4.] *Quod quis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto.* Et lib. i. de Divin. [cap. 5.] ubi est in vulgatis libris, *ne communi jure migrare vi-\ deatur*; veteres aliquot habent *communia jura.* Et lib. i. de Offic. [cap. 10.] *Ea migrare interdum et non servare sit justum.* Sic locutus Plautus. *P. Manucius.*

Ibid. *Qui migraret, injustum fore*] Sic legendum. Jam vero *migraret* hoc loco, id est, transiliret, παραβαίνῃ. Sic Offic. i. [cap. 10.] *Quæque pertinent ad veritatem, et ad fidem, ea* migrare *interdum, et non servare sit justum.* Sic utitur eodem verbo lib. i. de Divinatione [cap. 5.] Ne quis autem me putet ita meo arbitratu, et pro meo jure edidisse, sic ut edidi, habent omnes libri veteres. Itaque vulgata scriptura *qui vi ageret* rejicienda est. *Lambinus.*

[n] *Ut sapiens* velit—velle *ex ea liberos*] Sic Gruterus ex Pall. pr. et quart. ac sic exhibet Paris.

Digitized by Google

niſtrare rempublicam; atque, ut e natura vivat, uxorem adjungere, et velle ex ea liberos. [o] Ne amores quidem ſanctos a ſapiente alienos eſſe arbitrantur. [p] Cynicorum autem rationem atque vitam alii cadere

pr. nam reliqui Codices addunt *procreare*. Cum vero *velit velle procreare liberos* jure P. Manucio videretur abſonum; Lambinus extitit legens *et ex ea liberos procreare*, ſublato vocabulo *velle*. Cum tamen illi libri ſint præſtantiſſimi qui *procreare* non agnoſcunt, nec ſatis auribus animove faciat *velit velle liberos*, alio forte modo res eſt aggredienda. Lubens itaque reſcripſerim, *ut ſapiens* velit—QUÆRERE *ex ea liberos*. Agellius iv. 3. *Uxorem ſe* liberûm quærendorum *gratia habiturum*. Ac xiv. 1. *Nuptiarum tempore ex quibus* liberi quærerentur. Ovidii quidem Codices in Epiſt. Cydippes Acontio vſ. 58. habent

Me, precor, ut ſerves, perdere velle velis.

Sed id Nic. Heinſio jure corruptum videbatur. De re ipſa ſic Laertius vii. 121. Πολιτεύσεσθαι φασὶ τὸν σοφὸν, καὶ γαμήσειν, καὶ παιδοποιήσεσθαι. Sic etiam Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. pag. 177, 182. *Davies.*

lb. *Velle ex ea liberos procreare*] Qui conjunget hoc cum verbo *velit* a quo pendet; intelliget *velle* locum non habere. Quid enim eſt, *ut ſapiens velit velle ex uxore liberos procreare?* P. Manucius.

[o] *Ne amores quidem ſanctos a ſapiente alienos eſſe arbitrantur*] *Amores ſanctos* vocat puros, caſtos, innocentes. Phædrus lib. iii. Fab. x. 29.

——*Simul aſpexit filium*
Sanctamque *uxorem dormientem cubiculo.*

Cicero de Orat. i. 53. *Cum illo nemo neque integrior eſſet in civitate neque* ſanctior. Vide ſis et Servium ad Æn. xi. 158. xii. 648. Tales autem amores Stoico Sapienti licitæ ſunt habitæ. Lege noſtrum Tuſc. iv. 33, 34. Stobæus Eclog. Ethic. pag. 184. Τὸν δὲ ἔρωτα φασὶν ἐπιβολὴν εἶναι φιλοποιΐας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον νέων ὡραίων· διὸ καὶ ἐρωτικὸν εἶναι τὸν σοφὸν, καὶ ἁψεσθήσεσθαι τῶν ἀξιεράστων, εὐγενῶν ὄντων καὶ εὐφυῶν, λέγουσιν. Adeas etiam pag. 169. Illis videlicet amor non fuit συνουσίας ἀλλὰ φιλίας. Vide Laertium vii. 129, 130. *Davies.*

[p] *Cynicorum autem rationem*] Κυνικὸν σοφὸν, pro Stoicorum ſententia, teſtantur Diogenes Laertius vii. 121. et Stobæus Eclog. Ethic. pag. 184. Et ſane, præter Arrianum, Cynicam vitam ſummopere laudat Maximus Tyrius Diſſert. xx. A Stoicis nulla fere re differebant, niſi quod ſordibus et impudentia gauderent, in propatulo res Veneris exercerent, in ſermone decori rationem non haberent, et Dialecticam, Phyſicam diſciplinaſque liberales ſpernerent. Vide Laertium vi. 103, 104. Lactantium Div. Inſt. iii. 15. ac Epitomes cap. xxxix. denique Ciceronem Offic. i. 35, 41. In veſtitu quoque nonnulla fuit diſcrepantia, de qua conſule Juvenalem xiii. 121. *Idem.*

Digitized by Google

in ſapientem dicunt, ſi quis ejuſmodi forte caſus inciderit, ut id faciendum ſit; alii nullo modo.

XXI. Ut vero conſervetur omnis homini erga hominem ſocietas, conjunctio, caritas; et emolumenta et detrimenta, quæ ὠφελήματα et βλάμματα adpellant, communia eſſe voluerunt, [q] quorum altera proſunt, nocent altera: nec ſolum ea communia, verum etiam paria eſſe dixerunt. [r] Commoda autem et incommoda, (ita enim εὐχρηστήματα et δυσχρηστήματα adpello) communia eſſe voluerunt, paria noluerunt. Illa enim quæ proſunt aut quæ nocent, aut bona ſunt aut mala; quæ ſint paria neceſſe eſt: [s] commoda autem et incommoda in eo genere ſunt, quæ præpoſita et rejecta dicimus: ea poſſunt paria non eſſe: [[t] ſed

[q] *Quorum altera proſunt, nocent altera*] Gloſſema ſuſpicor fuiſſe ad Græca verba ὠφελήματα, βλάμματα. Nec vero cum dixiſſet jam *emolumenta et detrimenta*; intuliſſe Ciceronem veriſimile eſt, *quorum altera proſunt, altera nocent.* P. Manucius.

Ib. *Quorum altera proſunt, nocent altera*] Hæc in ſpongiam jubet incumbere P. Manucius. Ei tamen haud aſſentior: nam paullo poſt ait *illa quæ proſunt aut quæ nocent*; quod non fieret, niſi verbis iiſdem jam fuiſſet uſus. Præterquam quod *emolumenta* et *detrimenta* ſecundum communem loquendi rationem de *commodis* et *incommodis* uſurpari poſſent; a quibus ea, *quæ proſunt aut nocent*, diſtinguunt Stoici. *Davies.*

[r] *Commoda autem et incommoda* (*ita* enim εὐχρηστήματα et δυσχρηστήματα *appello*) *communia eſſe voluerunt*] Vulgo *incommoda autem et commoda, ita* εὐχρηστήματα &c. Verborum ordinem mutandum fuiſſe Græca verba docuerunt. Illam vero particulam Pariſ. pr. tert. Elienſ. C. C. C. Med. et editio Victoriana ſubminiſtrarunt. *Idem.*

[s] *Commoda autem* et *incommoda*] Vulgo *aut incommoda.* Nos Elienſ. Balliol. Med. et editionem Victorii ſequimur. *Idem.*

[t] *Sed communia eſſe dicuntur*] Has duas voces *emolumenta et detrimenta*, ut habebat prima noſtra editio, vel ſolam vocem *emolumenta*, delendam cenſeo. Repetenda enim et ſubintelligenda ex ſuperioribus *commoda et incommoda.* Lambinus.

Ib. *Sed emolumenta communia eſſe dicuntur*] Sive legas *ſed emolumenta* et detrimenta *communia eſſe dicuntur*, ut olim dederat Lambinus; ſive, *ſed communia eſſe dicuntur*, ut voces ad *commoda et incommoda* referantur, quod poſtea ſtatuit eruditiſſimus ille vir; omnino ſunt ſupervacaneæ, nihilque continent quod prius dictum fuit. Eas itaque tanquam gloſſema delendas cenſeo; quapropter uncinis incluſimus. *Davies.*

Digitized by Google

emolumenta communia esse dicuntur:] recte autem facta et peccata non habentur communia. Amicitiam autem adhibendam esse censent, quia sit ex eo genere quæ prosunt. Quamquam autem in amicitia alii dicant æque caram esse sapienti rationem amici ac suam; alii autem sibi cuique cariorem suam: tamen hi quoque posteriores fatentur, alienum esse a justitia, ad quam nati esse videamur, [u] detrahere quid de aliquo quod sibi adsumat. Minime vero probatur huic disciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam aut justitiam propter utilitates adsciscí aut probari; [x] eædem enim utilitates poterunt eas labefactare atque pervertere: etenim [y] nec justitia nec amicitiæ esse omnino poterunt, nisi ipsæ per se expetantur. Jus autem, quod ita dici adpellarique possit, [z] id esse natura; alienumque esse a sapiente non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere. Nec vero rectum est cum amicis aut bene meritis consociare aut conjungere injuriam: graviſſimeque et veriſſime defenditur, numquam æquitatem ab utilitate posse sejungi, et, quicquid æquum justumque esset, id etiam honestum, viciſſimque, quicquid esset honestum, id justum etiam atque æquum fore. Ad easque virtutes, de quibus disputatum est, Dialecticam etiam adjungunt et Phy-

[u] *Detrahere* quid *de aliquo quod sibi assumat*] Lego *detrahere de aliquo, quod sibi assumat*, ut diserte Pariſ. pr. tert. *Davies.*

[x] *Eædem enim* utilitates] Editi vett. habent *voluptates*. Sed *utilitates* in Pall. tribus, Pariſ. pr. tert. et Med. nec aliter Lambinus edidit. Nam nihil agit Gruterus qui vocem eam veluti supervacuam jugulat. Eadem opera multas Cæsaris optimorumque scriptorum jugularet elegantias. *Idem.*

[y] *Nec* justitia *nec amicitiæ*] Vulgo *justitiæ*; quod cum plurali numero non dicatur, MStum C. C. C. rati sumus exprimendum. *Idem.*

[z] *Id esse* naturam] *Natura* liber Tertii; nec displicet. Totum autem hoc regatur ab eo necesse est *probatur huic disciplinæ*. P. Manucius.

Ib. *Id esse* natura] Hoc protulit P. Manucius ex Tertii MSto. quod Scaligero et Lambino jure placuit. Nam φύσει τὸ δίκαιον εἶναι καὶ μὴ θέσει contendebant Stoici. Vide Laertium vii. 128. Vulgo *naturam*, quod absurdum. *Davies.*

Digitized by Google

ficam, [a] easque ambas virtutum nomine adpellant: alteram, quod habeat rationem, ne cui falso adsentiamur, neve umquam captiosa probabilitate fallamur, eaque, quæ [b] de bonis et malis diceremus, ut tenere tuerique possimus; nam sine hac arte [c] quemvis arbitrantur a vero abduci fallique posse. Recte igitur, si omnibus in rebus temeritas ignoratioque vitiosa est, [d] ars ea, quæ tollit hæc, virtus nominata est.

XXII. Physicæ quoque non sine caussa tributus idem est honos; propterea quod, qui convenienter naturæ victurus sit, [e] ei proficiscendum est ab omni mundo, et ab ejus procuratione. Nec vero potest quisquam de bonis et malis vere judicare, nisi omni cognita ratione naturæ, et vitæ etiam Deorum, et utrum conveniat, necne, natura hominis cum universa. Quæque sunt vetera præcepta Sapientium, [f] qui

[a] *Easque ambas virtutum nomine appellant*] Vide Stobæum Eclog. Ethic. pag. 171. et nos ad Acad. i. 2. *Davies.*

[b] *De bonis et malis* diceremus] Omnino legendum *differemus*, ut optime Jos. Scaliger emendavit. *Idem.*

[c] *Quemvis arbitrantur*] Qui superiora leget, aptius judicabit *arbitrantur*, quam, ut antea, *arbitramur*. Hoc etiam ex vetere libro. *P. Manucius.*

Ib. *Quemvis* arbitrantur] Sic recte Pal. pr. et Elienſ. Aliis *arbitramur*, cum quibus faciunt Med. Balliol. C. C. C. pluresque MSSti. Sed ei lectioni cum superioribus haud convenit. *Davies.*

[d] *Ars ea, quæ tollit hæc*] Cui teretes aures sunt intelligensque judicium, is non dubito quin hoc magis probet, accedente libri veteris auctoritate, quam illud vulgo receptum *ab bis ea, quæ tollit hæc.* P. Manucius.

Ib. Ars *ea, quæ tollit hæc, virtus nominata est*] Vulgo *ab bis ea quæ tollit* &c. Multis autem parasangis elegantior est lectio, quam præstant Scaligeri Codex et Elienſ. quamque Manucius in MSto repertam probavit. *Davies.*

[e] *Ei proficiscendum* est] Vulgo *ei* et *proficiscendum est*; quod sensui nocet. Igitur Lambinum sequimur. Adjuvat nonnihil Paris. pr. in qua scribitur *et proficiscendum est*, omisso pronomine. *Idem.*

[f] *Qui jubent tempori parere*] Sic omnes habent libri veteres, neque video quamobrem quidquam sit mutandum. Expressit enim quod Græci dicunt καιρῷ πείθεσθαι, seu πειθαρχεῖν, id est tempori parere. P. Victorius tamen putat legendum *parcere*: quod idem Græci dicunt χρόνῳ φείδεσθαι. Lambinus.

Ib. *Tempori* parere] Sic aliorum, sic etiam nostri MSSti.

Digitized by Google

jubent tempori parere, et [g] ſequi Deum, et [h] ſe noſcere, et nihil nimis; hæc ſine phyſicis quam vim ha-

Verumtamen, probante Gutero, Victorius legit *tempori parcere*. Prius itaque audiamus virum doctiſſimum, quam ſententiam dicamus. Sic igitur ille Var. Lect. xi. 19. "Vereor "ne *parcere* pro *parere*, injecta "in medium indefinitum verbum littera, legi debeat.—— "Nam qui præcepta hæc ſeptem Sapientium tradiderunt, "χρόνῳ φείδου, in illis poſuere: "nullum autem quod reſpondeat huic, ſi, ut nunc in omnibus libris eſt, *parere* legatur, "attulere. Ut Soſiades qui plurimas ipſorum ὑποθήκας hujuſcemodi collegit. Leguntur "autem illæ apud Joannem "Stobæum in iii. libro. [Serm. "iii. pag. 47.] Præterea Clemens Alexandrinus in primo "Stromate [imo Strom. v. pag. "658. ed. Oxon.] hujus vocis "mentionem fecit ubi docet, "brevibus quibuſdam acutiſque dictis ſapientium virorum magnarum rerum ſenſum contineri, ut hac ipſa, "χρόνῳ φείδου." Hæc et plura huc ſpectantia vir eruditiſſimus; nec reniterer, ſi modo ſcripti Codices faverent. Cum autem illi magno conſenſu vulgatam lectionem retineant, eam loco movendam non puto. Cicero Fam. iv. Ep. 9. Tempori *cedere, id eſt neceſſitati* parere, *ſemper ſapientis eſt habitum*. Et ad Attic. vii. 18. *Stomachari deſinamus*, tempori pareamus, *cum Pompeio in Hiſpaniam eamus*. Iterum xii. 51. *Tempora*, quibus parere *omnes* πολιτικοὶ *præcipiunt*. *Cyprianus* Epiſt. iv. *Circa omnia mites et humiles, ut ſervis Dei congruit*, temporibus ſervire *et quieti proſpicere et plebi providere debemus*. Hanc in rem Phocylidis et Lucani verſus adduxit V. C. Joan. Clericus in Roman. xii. 11. *Davies*.

[g] *Sequi Deum*] Ambroſius de Abrahamo I. 2. n. 4. *Pro magno inter ſeptem ſapientum dicta celebratur*, Ἕπου θεῷ, *id eſt, ſequere Deum*. Vide et ii. 2. §. 5. Stobæus Eclog. Ethic. pag. 163. Πυθαγόρας—Ἕπου θεῷ, δῆλον ὡς ὐχ ὁρατῷ καὶ προηγουμένῳ, νοητῷ δὲ καὶ τῆς κοσμικῆς εὐταξίας ἁρμονικῶς. Legendum videtur ὐχ ὁρατῷ, νοητῷ δὲ καὶ τῆς κοσμικῆς εὐταξίας ἁρμονικῶς προηγουμένῳ. Dion Chryſoſtomus Orat. ii. pag. 34. Θεοῖς γε μὴν τοῖς ἀμείνοσιν ἕπεσθαι, καθάπερ οἶμαι νομεῦσιν ἀγαθοῖς, καὶ τὴν κρείττω καὶ τὴν μακαριωτέραν φύσιν προτιμᾷν δεσπότας αὐτῆ καὶ ἄρχοντας νομίζοντα ἐκείνους. Apuleius de Habit. Doct. Platon. p. 622. *Sapientem*——*ſequi arbitramur Deum, id enim eſt* Ἕπου Θεῷ. Plutarchus de Audit. pag. 37. D. Ταυτόν ἐστι τὸ ἕπεσθαι Θεῷ καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ. De hoc effato plura ſuppeditabunt Juſt. Lipſius ad Senecam de vit. Beat. cap. xv. Th. Gatakerus ad Antonini vii. 31. et Ren. Vallinus ad Boetii Conſ. Philoſ. lib. i. Proſ. 4. *Idem*.

[h] *Se noſcere et nihil nimis*] De celeberrimis hiſce præceptis ſat multa collegit Æg. Menagius ad Laertii i. 40, 41. *Idem*.

Digitized by Google

beant (et habent maxumam) videre nemo poteſt. Atque etiam ad juſtitiam colendam, ad tuendas amicitias, et reliquas caritates quid natura valeat, hæc una cognitio poteſt tradere. [i] Nec vero pietas adverſus Deos, nec quanta his gratia debeatur, ſine explicatione naturæ intelligi poteſt. Sed jam ſentio me eſſe longius provectum, quam propoſita ratio poſtularet: verum admirabilis compoſitio diſciplinæ, incredibiliſque rerum traxit ordo; [k] quem, per Deos inmortales! nonne miraris? quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcribtius, aut in operibus manu factis tam compoſitum, tamque compactum et coagmentatum inveniri poteſt? quid poſterius priori non convenit? quid ſequitur quod non reſpondeat ſuperiori; quid non ſic aliud ex alio nectitur, ut non, ſi ullam litteram moveris, labent omnia? nec tamen quicquam eſt, [l] quo moveri poſſit. Quam gravis vero, quam magnifica, quam conſtans conficitur perſona ſapientis? qui, cum ratio docuerit, quod honeſtum eſſet, id eſſe ſolum bonum, ſemper ſit neceſſe eſt beatus, vereque omnia iſta nomina poſſideat, quæ inrideri ab inperitis ſolent. Rectius enim adpellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit: rectius magiſter populi, (is enim eſt dictator) quam Sulla, qui trium peſtiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magiſter fuit: rectius dives, quam Craſſus, qui, niſi eguiſſet, numquam Euphra-

[i] *Nec vero pietas adverſus Deos* &c.] Sic habent omnes libri et veteres, et recentiores: ſed Nonius in voce *advorſum* legit, *advorſum deos*; et hunc totum locum profert. *Lambinus.*

[k] *Quem, per Deos immortales, nonne miraris?*] Malui *quem* teſtimonio commotus antiqui libri, quam ut antea *quæ*; ut de ordine Cicero loquatur. Etſi ferri etiam *quæ* poterat. *P. Manucius.*

Ib. Quem, *per Deos immortales, nonne miraris?*] Vulgo *quæ*. Lectionem vero, quam ſequimur, e vetere libro P. Manucius eruit, eique ſuffragantur Pal. pr. et Elienſ. *Davies.*

[l] Quo *moveri poſſit*] Sic Pall. ſic etiam C. C. C. Med. et Balliol. Mihi tamen potius arridet *quod moveri poſſit*; ut eſt in Elienſ. aliiſque MSStis, et anterioribus editis. *Idem.*

Digitized by Google

tem nulla belli cauſſa tranſire voluiſſet. Recte ejus omnia dicentur, qui ſcit uti ſolus omnibus: recte etiam pulcher adpellabitur; animi enim lineamenta ſunt pulchriora, quam corporis: recte ſolus liber, nec dominationi cujuſquam parens, neque obediens cupiditati: recte invictus, cujus etiam ſi corpus conſtringatur, animo tamen vincula injici nulla poſſint; nec exſpectet [m] ullum tempus ætatis, ut tum denique judicetur, beatuſne fuerit, [n] cum extremum vitæ diem morte confecerit; quod ille [o] unus e ſeptem Sapientibus non ſapienter Crœſum monuit: nam ſi beatus umquam fuiſſet, beatam vitam uſque [p] ad illum a Cyro exſtructum rogum pertuliſſet. Quod ſi ita eſt, ut neque quiſquam niſi bonus vir, et omnes boni beati ſint; quid philoſophia magis colendum, aut quid eſt virtute divinius?

[m] Ullum *tempus ætatis*] Optime vir Cl. Th. Bentleius repoſuit *ultimum tempus ætatis*, niſi forſan eodem ſenſu malis *ſummum tempus ætatis*. Martialis x. 47.

Summum nec metuit diem nec optat.

Sic *partem ſummam vitæ* pro ultima dixit Seneca Epiſt. lviii. Et Epiſt. lxvi. *In qua Epicurus fuit illo* ſummo *ac fortunatiſſimo* die *ſuo*. Idem Epiſt. xciii. *Numquid feliciorem judicas eum, qui* ſummo die *muneris, quam eum qui medio occiditur?* Iterum Œdip. vſ. 270.

Ita molle ſenium ducat, et ſummum diem
Securus alto reddat in ſolio parens.

ac Troad. vſ. 128.

Summuſque dies
Hectoris idem patriæque fuit.

Sic etiam Agelliùs xiii. 5. Videas et Servium ad Æn. ii. 324. ac Nonium in *ſummum*. Davies.

[n] *Cum extremum vitæ diem* morte *confecerit*] Lego *cum extremum vitæ diem confecerit*, hoc eſt, finierit, clauſerit, terminaverit; deleta *morte*, quæ vox prorſus eſt ſupervacanea. *Idem.*

[o] *Unus e ſeptem* Sapientibus *non ſapienter Crœſum monuit*] Lambinus, ſublata voce *Sapientibus*, orationis venuſtatem ſuſtulit. Hoc autem Crœſum monuit Solon. Vide nos ad lib. ii, cap. 27. *Idem.*

[p] *Ad illum a Cyro exſtructum rogum* pertuliſſet] Vulgo *protuliſſet*. Nec id male. Bonitas tamen Pal. primi fecit, ut lectionem, quam ſuppeditat, recepcrim; præſertim cum eandem præſtaret Elienſ. noſter. *Idem.*

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

AD

BRUTUM

LIBER QUARTUS.

I. QUÆ cum dixiſſet, finem ille. Ego autem, Næ tu, inquam, Cato, iſta expoſuiſti tam multa memoriter, tam obſcura dilucide. Itaque aut omittamus contra omnino velle aliquid, aut ſpatium ſumamus ad cogitandum: tam enim diligenter, [a] etſi minus vere, (nam nondum id quidem audeo dicere) ſed tamen adcurate [b] non modo fundatam, verum etiam

[a] *Etſi minus vere——ſed tamen accurate*] Lego *et ſi minus vere—ſed* tam *accurate*. Cicero Fam. ix. 16. *Etſi non facile dijudicatur amor verus et fictus* — ſed *ego uno utor argumento* &c. *Davies.*

[b] *Non modo fundatam, verum etiam exſtructam diſciplinam non eſt facile* perdiſcere] Libri nihil mutant; attamen uſum fuiſſe tali *ſartagine loquendi* Tullium vix crediderim; non enim, niſi fallor, in eadem ſententia unam ab architectia, alteram a cauſarum patronis metaphoram ſumeret. Itaque ſcripſerim *non modo fundatam, verum etiam exſtructam diſciplinam non eſt facile* DEJICERE. *Davies.*

Ib. *Non eſt facile perdiſcere*] Sic omnes quidem habent libri, et manuſcripti et typis impreſſi. Sed quid ſibi vult hoc *perdiſcere?* aut quomodo hic locum habere poteſt? Videtur enim potius ſcribi debere, *diſſolvere*, aut *ſubvertere*, aut *evertere*, aut aliquid aliud tale: niſi forte dicamus, hoc eſſe referendum ad oratorum et patronorum conſuetudinem, quos non ſolum e-

Digitized by Google

exſtructam diſciplinam non eſt facile perdiſcere. Tum ille, Ain tandem, inquit? cum ego te hac nova lege videam eodem die accuſatori reſpondere et tribus horis perorare, in hac me cauſſa tempus dilaturum putas? [c] quæ tamen a te agetur non melior, quam illæ ſunt quas interdum obtines. Quare iſtam quoque adgredere, tractatam præſertim et ab aliis, et a te ipſo ſæpe, ut tibi deeſſe non poſſit oratio. Tum ego, [d] Non mehercule, inquam, ſoleo temere contra Stoicos: non quo illis admodum adſentiar; ſed pudore inpedior: ita multa dicunt, quæ vix intellegam. Obſcura, inquit, quædam eſſe confiteor: nec tamen ab illis ita dicuntur de induſtria, ſed ineſt in rebus ipſis obſcuritas. Cur igitur eaſdem res, inquam, Peripateticis dicentibus, verbum nullum eſt quod non intellegatur? Eaſdemne res, inquit? an parum diſſerui, non verbis Stoicos a Peripateticis, ſed univerſa re et [e] tota ſententia diſſidere? Atqui, inquam, Cato, ſi iſtud obtinueris, traducas me ad te totum licebit. Putabam equidem ſatis, inquit, me dixiſſe: quare ad ea primum, ſi videtur; ſin aliud quid voles, poſtea. [f] Immo iſto quidem, inquam loco, niſi iniquum poſ-

jus, pro quo dictum erat, ſed etiam adverſarii jura et argumenta *perdiſcere* oportebat, ut eis reſpondere poſſent. Quod ea, quæ ſequuntur, comprobant. *Lambinus.*

[c] *Quæ tamen a te agetur* non *melior*] *Modo melior* eſt in MSto. *Urſin.*

Ib. *Non melior, quam illa ſunt*] Videtur legendum *non* paullo *melior* &c. LAMBIN. *Ibid.* Hunc locum fruſtra tentat Lambinus: nam lectionem receptam poſtulat ſententia. *Davies.*

[d] *Non mehercule*, inquam, *ſoleo temere contra Stoicos*] Sic Pal. ſec. et Med. niſi quod *inquam* neſciunt. Nos eam vocem ex Pall. pr. tert. ac Elienſ. addidimus. *Idem.*

[e] *Tota ſententia* diſſidere] Vulgo *diſſentire*; contra quam volunt Pall. pr. quart. Elienſ. Pariſ. pr. tert. et editio Victoriana: ne κακοφωνίαν illius lectionis hoc in loco memorem. *Idem.*

[f] *Immo iſto quidem, inquam, loco, quicquid poſtulo, reſponde arbitratu meo*] Veteti ſenſu, ut videtur, concinniore ita, *Immo iſtud quidem, inquam; quo loco, niſi iniquum poſtulo, reſponde arbitratu meo:* ut Cicero, quo quicque loco viſum ſibi fuerit, eo ſibi illud explicari a Catone velit. *Camerar.*

Digitized by Google

tulo, reſponde arbitratu meo. Ut placet, inquit: [g] etſi enim illud erat aptius, æquum cuique concedere.

II. Exiſtumo igitur, inquam, Cato, veteres illos Platonis auditores, Speuſippum, Ariſtotelem, Xenocratem; deinde eorum, Polemonem, Theophraſtum, ſatis et copioſe et eleganter habuiſſe conſtitutam diſciplinam; ut non eſſet cauſſa Zenoni, cum Polemonem audiſſet, cur et ab eo ipſo et a ſuperioribus diſſideret, quorum fuit hæc inſtitutio. In qua animadvertas velim, quid mutandum putes, nec exſpectes, dum ad omnia dicam quæ a te dicta ſunt: [h] univerſa

Ib. *Immo iſto quidem, inquam, loco, niſi iniquum poſtulo, reſpondе arbitratu meo*] Locus, ut nunc legitur, ſenſu caret. Pariſ. tres, C. C. C. Balliol. Med. et editio Victoriana dant *immo iſtud quidem, inquam*, quo *loco*. Sic et Pall. niſi quod ſec. annectat *quin*; quint. *quicquam*; pr. tert. quart. ſext. *quidque* vel *quicque*. Forſan *immo* iſtud *quidem, inquam*, quo *loco* velim; *niſi iniquum poſtulo*, reſpondere *arbitratu meo*. Davies.

[g] *Etſi illud erat aptius, æquum cuique concedere*] Hæc mihi non cohærere videntur inter ſe. Quis enim dixerit, cum *æquum conceditur, id aptum eſſe?* Potius juſtum eſſe; ſi modo ad rei naturam accommodare verba volumus. Præterea ſatis mihi nondum conſtat, an ex uſu linguæ Latinæ dici poſſit, *aptius erat concedere quod cuique æquum eſt*. Ego Ciceronem, aut Catonem a Cicerone inductum, puto hoc ſignificare, non modo aptius id eſſe ut reſpondeatur ſibi ad ea quæ jam dixerat de Stoicorum et Peripateticorum diſſenſione, verum etiam æquum. Ad quam ſententiam aptare verba cum vellem, ita legendum judicavi, *etſi illud erat aptius æquumque concedere*. P. Manucius.

Ibid. *Etſi illud erat æquius, ſuum cuique concedere*] Sic reſtitui, libri unius veteris veſtigia ſecutus: in quo ita ſcriptum eſt *etſi illud erat* æquius, *æquum cuique*, &c. nam hoc *æquum* natum eſt ex voce *æquius*. Lambinus.

Ib. *Etſi enim illud erat aptius, æquum cuique concedere*] Sic omnes noſtri, fruſtraque, ſicut puto, ſe fatigârunt Manucius et Lambinus; nam minima mutatione reponendum credo, *etſi enim illud erat aptius; æquum, cuique* hoc *concedere*. Dicit Cato, licet enim ſententiam, quam de Stoicorum et Peripateticorum diſſenſione tuli, primo loco confutare ſit congruentius; æquum tamen eſt, cuique concedere, ut quo velit ordine reſpondeat. *Davies*.

[h] Univerſa *enim illorum* ratione *cum tota veſtra* confligendum *puto*] Ciceronem reliquiſſe cenſuerim, *univerſæ enim illo-*

Digitized by Google

enim illorum ratione cum tota veſtra confligendum puto. Qui cum viderent ita nos eſſe natos, ut et communiter ad eas virtutes apti eſſemus quæ notæ inluſtreſque ſunt, juſtitiam dico, temperantiam, ceteraſque generis ejuſdem, [i] quæ omnes ſimiles artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem et tractatione differunt; [k] eaſque ipſas virtutes viderent nos magnificentius adpetere et ardentius, habere etiam inſitam quandam vel potius innatam cupiditatem ſcientiæ, natoſque eſſe ad congregationem hominum, et ad ſocietatem communitatemque generis humani, eaque in maxumis ingeniis maxume elucere; [l] totam

rum rationi cum tota veſtra confligendum puto. Noſter in Orat. poſt Red. in Sen. cap. xii. *Cum mihi privato confligendum viderem cum eodem exercitu.* De *cauſſarum conflictione* videas Invent. lib. i. 13. Sane Tullius in tribus philoſophiæ partibus Stoicorum rationem cum Peripatetica mox comparabit. *Idem.*

[i] *Quæ omnes ſimiles artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem et tractatione differunt*] Hæc tredecim verba quid huc faciant neſcire me fateor. *Idem.*

Ib. *Materia tantum ad meliorem partem* &c.] Quid ſibi hæc verba velint *ad meliorem partem*, non diſpicio. Omnino mihi ſuſpecta ſunt. *Lambin.*

[k] *Eaſque ipſas virtutes*] Lego *eas* cum (veteribus *quom*) *ipſas virtutes viderent.* Poſt orationis tractum paullo longiorem ſolennes ſunt hujuſmodi repetitiones. Cæſar B. G. iii. 22. Adcantuannus, *qui ſummam imperii tenebat*, cum D C devotis (*quos illi Soldurios appellant* &c.) cum iis Adcantuannus *eruptionem facere conatus.* In MSStis Voſſ. pr. et Lovan. eſt *Adiatonnus.* Lege *Adiatomus* ex Athenæo lib. vi. cap. xiii. p. 249. Sed hoc obiter. Vide porro J. Fr. Gronovium ad Senecæ de Ira i. 3. *Davies.*

[l] *Totam philoſophiam tres in partes diviſerunt; quam partitionem a Zenone retentam eſſe videmus*] Hanc philoſophiæ partitionem primus inſtituit Zeno, ſi Laertio fides vii. 39. At Plato ſimili modo philoſophiam diviſerat, ut teſtatur idem iii. 56. Noſter Acad. i. 5. *Fuit ergo jam accepta a Platone philoſophandi ratio triplex: una de vita et moribus; altera de natura et rebus occultis; tertia de differendo.* Sic et Auguſtinus C. D. viii. 4. Alcinous Doct. Plat. cap. 3. Origenes Philoſ. c. xix. aliique plures. Nimirum Zeno philoſophiam diſertis verbis ita partitus eſt; non item Plato: licet de rebus logicis, ethicis et phyſicis Socraten inducat diſputantem, et hanc adeo diviſionem tacitus agnoſcat. Vide Sextum Empiricum adv.

Digitized by Google

philoſophiam tres in partes diviſerunt: quam partitionem a Zenone retentam eſſe videmus. Quarum cum una ſit, qua mores conformari putantur; differo eam partem, quæ quaſi ſtirps eſt hujus quæſtionis. Qui ſit enim finis bonorum, mox: hoc loco tantum dico, a veteribus Peripateticis Academiciſque, qui re conſentientes, vocabulis differebant, eum locum, quem civilem recte adpellaturi videmur, [m] Græce πολιτικὸν, graviter et copioſe eſſe tractatum.

III. Quam multa illi de republica ſcribſerunt? quam multa de legibus? quam multa non ſolum præcepta in artibus, ſed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt? primum enim ipſa illa, quæ ſubtiliter differenda erant, polite apteque dixerunt, cum definientes, tum partientes; ut veſtri etiam: ſed vos ſqualidius; illorum, vides, quam niteat oratio. Deinde ea, quæ requirebant orationem ornatam et gravem, quam magnifice ſunt dicta ab illis? quam ſplendide? de juſtitia, de fortitudine, de amicitia, de ætate degenda, de philoſophia, de capeſſenda republica, de temperantia, [n] de fortitudine hominum * * *

Mathem. lib. vii. §. 16. et Themiſtium Orat. xxvi. p. 318. *Davies.*

[m] *Græce* πολιτικὸν] Lego, *Græci* πολιτικὸν, ſcilicet appellant: nec aliter Victorius edidit. *Idem.*

[n] *De* fortitudine *hominum* * * de *ſpinas vellentium*] Sine remigio librorum bibliothecis inſepultorum locum velle conſtituere, mera Grutero videtur inſania. Sit ſane; tamen inſaniamus, dum nec nobiſmet ipſis nec aliis noceat hæc inſania. Forſan itaque Cicero ſcripſit, *de* virtute omni, non *hominum* more *ſpinas vellentium*; nam *fortitudinem* jam memorârat, ut huic verbo non ſit locus. Elienſ. habet *de animis hominum ſpinas vellentium*; ſed in ea lectione nihil opis video. Similiter τὰς ἀκάνθας συνάγειν vel συλλέγειν dicunt Græci. Vide ſis Euſtathium ad Iliad. B. pag. 231. et Hadr. Junium inter Adag. Eraſmi pag. 158. ed. Hanov. *Idem.*

Ib. *Quod erat hominum non ſpinas* &c.] Sic reſtitui ex obſcuris antiquæ ſcripturæ veſtigiis. Quamvis autem olim ediderim, *quod erat hominum non de ſpinis vellentium*, tamen adſcripſeram, malle me legi, *quod erat hominum non ſpinas vellentium* &c. Nec mihi diſplicet aliorum conjectura, qui ſic reſtituunt, *de fortitudine more hominum non ſpinas vellentium* &c. *Lambinus.*

Digitized by Google

de ſpinas vellentium, ut Stoici, nec oſſa nudantium, ſed eorum, qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere. Itaque quæ ſunt eorum conſolationes? quæ cohortationes? quæ etiam monita et conſilia ſcribta ad ſummos viros? erat enim apud eos, ut eſt rerum ipſarum natura, ſic dicendi exercitatio duplex: nam quicquid quæritur, id habet aut generis ipſius ſine perſonis temporibuſque, aut iis adjunctis, facti, aut juris, aut nominis controverſiam. Ergo in utroque exercebantur; eaque diſciplina effecit tantam illorum utroque in genere dicendi copiam. Totum genus hoc et Zeno, et ab eo qui ſunt, aut non potuerunt aut noluerunt, certe reliquerunt: quamquam ſcribſit artem rhetoricam Cleanthes, Chryſippus etiam; ſed ſic, ut ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat. Itaque vides, quo modo loquantur; nova verba fingunt, deſerunt uſitata. [o] At quanta conantur? mundum hunc omnem, oppidum eſſe noſtrum. Incendit igitur eos, qui audiunt. Vides, quantam rem agas, ut, Circeis qui habitet, totum hunc mundum ſuum municipium eſſe exiſtumet. [p] Quid? ille incendat? [q] reſtinguet potius, ſi ardentem acceperit. Iſta ipſa, quæ tu breviter, [r] regem, dictatorem, divitem, ſolum eſſe ſapientem, a te quidem apte ac rotunde; quippe; habes enim a rhetoribus: [s] illorum vero iſta ipſa quam exilia de vir-

[o] *At quanta conantur?—exiſtimet*] Hæc non modo confuſa ſed etiam corrupta puto. Verba ſic emendari diſponique debere reor. *At quanta conatur?* (nempe Zeno) *mundum hunc omnem oppidum eſſe noſtrum. Vides quantam rem agat; ut Circeis qui habitet, totum hunc mundum, ſuum municipium eſſe exiſtimet.* Incendit *igitur eos qui audiunt.* Davies.

[p] *Quid? ille incendat?*] Vulgo *quid ille incendat?* Sed Lambinus ita locum, ut fecimus, viderat eſſe diſtinguendum. *Idem.*

[q] *Reſtinguet* potius] Vulgo *citius.* Nos Elienſ. Med. et Balliol. ſequimur. *Idem.*

[r] *Regem, dictatorem —— a rhetoribus*] Hæc laudat Nonius in *rotunde.* Idem.

[s] *Illorum vero iſta ipſa quam exilia de virtutis vi? quam* &c.] Primum iterari non placet *iſta ipſa*; deinde illud *de virtutis vi* diſtinguendum ab antecedentibus et cum ſequentibus conjungendum exiſtimo, ut legatur et

Digitized by Google

tutis vi? quam tantam volunt esse, ut beatum per se efficere possit. Pungunt, quasi aculeis, interrogatiunculis angustis; quibus etiam qui adsentiuntur, nihil commutantur animo, et iidem abeunt qui venerant: res enim fortasse veræ, certe graves, non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius.

IV. Sequitur differendi ratio, cognitioque naturæ: nam de summo bono mox, ut dixi, videbimus, et ad id explicandum disputationem omnem conferemus. In iis igitur partibus duabus nihil erat, quod Zeno commutare gestiret: res enim præclare se habent, et quidem in utraque parte. Quid enim ab antiquis ex eo genere, quod ad differendum valet, prætermissum est? qui et definierunt plurima, et definiendi artes reliquerunt: quodque est definitioni adjunctum, ut res in partes dividatur, id et fit ab illis, et quemadmodum fieri oporteat, traditur: item de contrariis; a quibus ad genera [t] formasque generum venerunt. Jam argumenti ratione concluſi caput esse faciunt ea, quæ perspicua dicunt: deinde ordinem sequuntur: tum, quid verum sit in singulis, extrema concluſio est. Quanta autem ab illis varietas argumentorum ratione concludentium, eorumque cum captiosis interrogatio-

distinguatur hoc modo *Illorum vero quam exilia! de virtutis vi, quam tantam volunt esse ut beatum per se efficere possit, pungunt, quasi aculeis, interrogationibus angustis:* id est, cum de virtutis vi loquuntur, vim tamen nullam habet eorum oratio. Nam illud *quam exilia* refero ad ea verba *ista ipsa, solum sapientem esse regem, dictatorem, divitem*; quæ cum ab illis memorantur, quam exilia sunt! Hoc tamen ejusmodi est ut magnopere non confirmem. Potest enim fieri non solum ut iteraverit Cicero *ista ipsa*, quod interdum solet cum aliquid interponit, verum etiam ut addiderit *de virtutis vi*, repetita eorum verborum sententia *regem, dictatorem, divitem solum esse sapientem*. P. Manucius.

Ib. *Illorum vero — angustis*] Locum sic interpungo, *illorum vero ista ipsa quam exilia? de virtutis vi, quam tantam volunt esse ut beatum per se efficere possit, pungunt, quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.* Eadem fere fuit P. Manucii sententia. *Davies.*

[t] *Formasque generum* venerunt] Sic Paris. pr. sec. Med. Elienſ. et editio Victoriana. Vulgo *devenerunt*. Idem.

Digitized by Google

nibus diſſimilitudo? Quid quod pluribus locis quaſi denuntiant, ut neque ſenſuum fidem ſine ratione, nec rationis ſine ſenſibus exquiramus, [u] atque ut eorum alterum ab altero ſeparemus? Quid? ea, quæ dialectici nunc tradunt et docent, nonne ab illis [x] inſtituta ſunt, inventa ſunt? de quibus etſi a Chryſippo maxume eſt elaboratum, tamen a Zenone minus multo, quam ab antiquis: [y] ab hoc autem quædam non melius, [quam veteres:] quædam omnino relicta. [z] Cumque duæ ſint artes, quibus perfecte ratio et

[u] *Atque ut eorum alterum ab altero ſeparemus*] Lambinus edidit *atque ut eorum alterum ab altero* ne *ſeparemus*. Brutus autem conjicit, *atque* ne *eorum alterum ab altero ſeparemus*; quæ Lambiniana probabilior eſt conjectura, quod illæ voculæ paſſim confundantur. Queritur autem Gruterus, quia neuter receptæ lectionis mutatæ rationem reddidit. At res ipſa loquitur negantem particulam deſiderari: ſi enim Stoici denuntiant, *ut neque ſenſuum fidem ſine ratione, nec rationis ſine ſenſibus exquiramus*; alterum ab altero ſeparari certe noluerunt. Fortaſſe tamen Cicero ſcripſit, *neque alterum ab altero ſeparemus*; *ut* enim deeſt in Pal. tert. *Davies.*

[x] *Inſtituta ſunt, inventa ſunt?*] Vulgo *inſtituta ſunt et inventa.* Sed lectionem, cui locum ſuum dedimus, exhibent Pall. ſex, Pariſ. tres, C. C. C. Med. et Balliol. *Idem.*

[y] *Ab hoc* autem — *relicta*] Lego *ab hoc* enim *quædam non melius, quædam omnino relicta.* Nam voces *quam veteres* reſpuit Latinitas, et omnino ſunt ab homine barbaro profectæ, qui Ciceronem ſtultis ſuis additamentis maculavit. Hoc etiam Lambinum non fugit. *Idem.*

Ib. *Non melius quam veteres*] Ego hoc totum *quam veteres* delendum puto, ut ſupervacaneum et aliunde invectum. Sic igitur legi velim, *ab hoc autem quædam non melius: quædam omnino relicta:* nam in iis verbis *ab hoc autem quædam non melius,* ſubintelligendum, vel repetendum ἀπὸ κοινοῦ, *quam ab antiquis.* Lambinus.

[z] *Cumque duæ ſint artes, quibus perfecte ratio* &c.] Hæc verba ſic leguntur in Codicibus ab Afulano impreſſis qui putantur ceteris emendatiores, *Cumque duæ ſint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur, una inveniendi, altera diſſerendi; hanc poſteriorem et Stoici et Peripatetici, priorem autem illi egregie tradiderunt,* Stoici *omnino ne attigerunt quidem:* cum in cunctis MSStis et reliquis fere formis excuſis, ubi illi habent *Stoici omnino* &c. *bi omnino* legatur; quod ab illis factum arbitror qui libros eos correxerunt. Cum enim alibi neque apud Latinos neque apud Græcos fortaſſe auctores hanc locutionem obſervaſſent et duriuſ-

Digitized by Google

oratio compleatur, una inveniendi, altera differendi; hanc posteriorem et Stoici et Peripatetici, [a] priorem

culam judicassent, depravatam esse existimarunt; quod scilicet per *illi* Peripateticos intellexerit, quæ dictio propinquior erat et de quibus postremo locutus fuerat, per *hi* vero Stoicos, quæ remotior: cum contra plerumque fieri soleat. Nam quin ita verba illa intelligi debeant, dubium esse non potest. Quis enim nescit Stoicos differendi rationem, id est Dialecticam, diligenter persecutos esse; inveniendi vero artem, id est Topicam, totam reliquisse? Docet hoc etiam Cicero in initio statim Topicorum, ut alios nunc auctores taceam. Ego cum rectam esse judicem, antiquam lectionem in suum locum revocavi: animadverti enim sæpe sic luculentos scriptores dixisse, ut Ciceronem pro Roscio Comœdo [cap. 2.] *Quid est quod negligenter scribamus* adversaria? *quid est quod diligenter conficiamus* tabulas? *qua de causa? Quia* hæc *sunt menstrua*, illæ *æternæ*: hæc *delentur statim*, illæ *servantur sancte*: hæc *parvi temporis memoriam*, illæ *perpetuæ existimationis fidem et religionem amplectuntur*: hæc *sunt dejecta*, illæ *in ordinem confectæ*. Et Terentium Phormione [Act. ii. Sc. ii. 16.]

——*Quia non rete accipitri*
tenditur neque milvio,
Qui male faciunt nobis: illis,
qui nihil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis *fructus est,*
in his *opera luditur.*

Græcos vero auctores, si diligenter attenderis, passim invenies ita esse locutos. Duo nunc Aristotelis exempla proferam, quæ mihi notavi, dum libros ejus *de anima*, quos Franciscus Verinus, doctissimus et sanctissimus senex, interpretabatur, studiose audirem. Libro secundo, [cap. 5.] Ἔστι δὲ, ὡς ἤδη λέγομεν ἐπιστήμονα τὸν ἔχοντα τὴν γραμματικήν· ἑκάτερος δὲ τούτων οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον δυνατός ἐστιν· ἀλλ' ὁ μὲν ὅτι τὸ γένος τοιοῦτον καὶ ἡ ὕλη· ὁ δὲ, ὅτι βεληθεὶς δυνατὸς θεωρεῖν ἂν μήτι κωλύσῃ. Et libro iii. [cap. xii.] Διὰ τὸ γὰρ οὐχ ἕξει· ἡ γὰρ τῇ ψυχῇ βέλτιον ἢ τῷ σώματι· νῦν δὲ ἑκάτερον· ἡ μὲν γὰρ οὐ μᾶλλον νοήσει, τὸ δὲ ἑκὸν ἔσται μᾶλλον δ' ἐκεῖνο. Victorius.

[a] *Priorem autem* illi *egregie tradiderunt*, hi *omnino ne attigerunt quidem*] *Illi* sunt Peripatetici, *hi* vero Stoici. Nec novum est ut ad propius *ille* referatur, *hic* ad remotius. Infra cap. xvi. Stoici *quodam modo non sunt dissimiles Aristonis*: ille *enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur*: hi *autem ponunt* &c. Latinus Pacatus Pan. xii. cap. xxiv. 5. *Alta licet vulnera——proximus nobis Italus et contiguus ostendat Hispanus; sed in dolore summo habet suum uterque solatium. Tyrannidem ille* (Hispanus) *non vidit; hic* (Italus) *tyrannicidium vidit.* Sic, inter alios, passim loquitur Valerius Maximus, quod observavit Joan. Vorstius ad illius scriptoris lib. iii. cap. viii. 2. ext. Sed hæc sunt proletaria, neminique fere latent. Vide J. Fr. Gronovium Observ. iii. 16. et

Digitized by Google

autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne adtigerunt quidem: nam e quibus locis, quasi thesauris, argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt, superiores autem artificio et via tradiderunt. Quæ quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque a commentariolis suis discedere: nam qui sciet, ubi quidque positum sit, quaque eo veniat, is, etiam si quid obrutum erit, poterit eruere, semperque esse in disputando suus. [b] Quod etsi ingeniis magnis præditi quidam [c] dicendi copiam sine ratione consequuntur; ars tamen est dux certior, quam natura: aliud est enim poetarum more verba fundere, aliud ea, quæ dicas, ratione et arte distinguere.

V. Similia dici possunt de explicatione naturæ, qua hi utuntur et vestri. Neque vero ob duas modo causas, quod Epicuro videtur, ut pellatur mortis et religionis metus: [d] sed etiam modestiam quandam cognitio rerum cælestium adfert iis, qui videant, quanta sit etiam apud Deos moderatio, quantus ordo; et magnitudinem animi, Deorum opera et facta cernentibus; justitiam etiam, cum cognitum habeas, quod

Franc. Sanctium Minerv. ii. 9. *Davies.*

[b] Quod *etsi ingeniis magnis præditi quidam* dicendi copiam *sine ratione consequuntur*] Vel *quod* vitiosum putat P. Manucius, vel *dicendi copiam*, tanquam glossema, delendam pronuntiat. Viro doctissimo hæsit aqua, siquidem *quod* interdum vel τοῦ *sed* vim obtinere, vel quasi παρέλκειν non meminerat. Florus lib. iv. cap. ii. 81. Quod etsi *nondum fugerat, apparebat tamen pudore magis quam virtute resistere.* Supra iii. 2. Quod *cum accidisset, ut alter alterum nec——opinato videremus, surrexit statim.* Sic passim. Vide Gasp. Scioppium Verisim. i. 3. Th. Munckerum ad Hygini Fab. xvi. et J. Fr. Gronovium ad Livii xxvii. 7. xxxviii. 9. *Idem.*

[c] *Dicendi copiam*] Supervacaneum hoc videtur, cum dixerit *quod.* Aut igitur *quod* mendosum, aut *dicendi copiam* abundat, additum fortasse ut explanaretur *quod.* P. Manucius.

[d] *Sed* etiam *modestiam quandam cognitio rerum cælestium affert*] Deesse videtur particula causalis: qua de causa Lambinus conjecit, *sed* quod et *modestiam*; ego *sed* et quia *modestiam quandam* &c. *Davies.*

Digitized by Google

ſit ſummi rectoris et domini numen, quod conſilium, quæ voluntas: cujus ad naturam apta ratio, vera illa et ſumma lex a philoſophis dicitur. Ineſt in eadem explicatione naturæ inſatiabilis quædam e cognoſcendis rebus voluptas: in qua una, confectis rebus neceſſariis, [e] vacui negotiis, honeſte ac liberaliter poſſumus vivere. Ergo in hac ratione tota de maxumis fere rebus Stoici illos ſecuti ſunt, ut et Deos eſſe, et quattuor ex rebus omnia conſtare dicerent. Cum autem quæreretur res admodum difficilis, num quinta quædam natura videretur eſſe, ex qua ratio et intelligentia oriretur, [f] in quo etiam de animis, cujus generis eſſent, quæreretur; [g] Zeno id dixit eſſe ignem: nonnulla deinde aliter, ſed ea pauca: de maxuma autem re eodem modo, divina mente atque natura mundum univerſum atque ejus maxumas partes adminiſtrari. [h] Materiam vero rerum et copiam apud hos exilem, apud illos uberrimam reperiemus. Quam multa ab his conquiſita et conlecta ſunt de omnium animantium genere, ortu, membris,

[e] *Vacui negotiis*] C. C. C. *vacui* a *negotiis*. Utrumque dicitur. Vide Cl. Cortium ad Salluſtii Catil. cap. xiv. 4. *Davies*.

[f] *In quo etiam de animis cujus generis eſſent* quæreretur] Quandoquidem paullo ante dixerat *cum autem* quæreretur *res admodum difficilis*; niſi forſan ipſum Ciceronem levis incuriæ poſtules, hic reſcripſerim *de animis, cujus generis eſſent*, AGERETUR. *Idem*.

[g] *Zeno id dixit eſſe ignem*] Noſter Acad. i. 12. *De naturis autem ſic ſentiebat* (Zeno) *primum ut quatuor initiis rerum illis quintam hanc naturam, ex qua ſuperiores ſenſus et mentem effici rebantur, non adderet: ſtatuebat enim ignem eſſe ipſam naturam, quæ quidque gigneret et mentem atque ſenſus*. Vide ſis lib. ii. N. D. cap. 9. et lib. iii. cap. 14. Hinc ei φύσις eſt πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν. Vide Diogenem Laertium vii. 156. Athenagoram Leg. pro Chriſt. cap. vi. Marium Victorinum in i. Rhetor. Cicer. pag. 143. alioſque plurimos. *Idem*.

[h] Materiam *vero rerum et* copiam apud hos *exilem*] Pariſini tres, C. C. C. Med. Elienſ. Balliol. et editio Victoriana dant *materiam vero rerum et apud eos copiam exilem*. Corrupte quidem, ſed ita tamen, ut ad veram lectionem manu quaſi ducat ea ſcriptura. Reponas itaque velim, NATURALIUM *vero rerum* eſſe *apud hos copiam exilem, apud illos uberrimam reperiemus*. Idem.

Digitized by Google

ætatibus? quam multa de rebus iis, quæ gignuntur e terra? quam multæ, quamque de rebus variis et cauſſæ, cur quidque fiat, et demonſtrationes, quemadmodum quæque fiant? qua ex omni copia plurima et [i] certiſſima argumenta ſumuntur ad cujuſque rei naturam explicandam. Ergo adhuc, quantum equidem intellego, cauſſa non videtur fuiſſe mutandi nominis: non enim, ſi omnia non ſequebatur, idcirco non erat ortus illinc. [k] Equidem etiam Epicurum, in phyſicis quidem, Democritum puto. [l] Pauca mutat, vel plura ſane: at cum de plurimis eadem dicit, tum certe de maxumis. Quod item cum veſtri faciant, [m] non ſatis magnam tribuunt inventoribus gratiam. Sed hæc hactenus.

VI. Nunc videamus, quæſo, de ſummo bono, quod continet philoſophiam, ecquid tandem adtulerit, quamobrem ab inventoribus, tamquam a parentibus, diſſentiret. Hoc igitur loco quamquam a te, Cato, [n] diligenter eſt explicatum, finis hic bonorum, qui continet philoſophiam, et quis a Stoicis et quemadmodum diceretur; tamen ego quoque exponam, ut

[i] Certiſſima *argumenta*] Elienſ. *neceſſaria argumenta*. Davies.

[k] *Equidem etiam Epicurum in phyſicis quidem Democritum puto*] Vel *quendam* pro *quidem* placeret; vel ita diſtinguerem, *Equidem etiam Epicurum, in phyſicis quidem, Democritum puto*. P. Manucius.

Ib. Epicurum, *in phyſicis quidem*, Democritum *puto*] Victorius edidit *Democritium*, refragantibus noſtris Gruterique libris. At iidem dant *Epicurorum*, vel *Epicureorum*, vel *Epicureonta*; quod ultimum exhibent Pariſ. pr. tert. Ex his tamen varietatibus nihil extundo, quod vulgatæ lectioni præferendum videatur. Adi nos ad Acad. i. 2. *Davies.*

[l] *Pauca* mutat *vel plura ſane: at cum* de *plurimis eadem dicit, tum certe de maximis*] Vulgo *e plurimis*; quod, Lambino præeunte reque ipſa flagitante, mutavi. Præterea legerem *pauca* mutet, *vel plura ſane*. Idem.

[m] Non *ſatis magnam*] Pal. pr. *nam ſatis magnam*. Forte *num ſatis magnam* &c. *Idem.*

[n] *Diligenter eſt* explicatum, *finis hic bonorum——et quis a Stoicis et quemadmodum diceretur*] Vulgo *diligenter eſt* explicatus *finis hic bonorum* &c. Nobis Pariſini tres et Med. ſequendi videbantur, iiſque favet loquendi conſuetudo. *Idem.*

Digitized by Google

perſpiciamus, ſi potuerimus, quidnam a Zenone novi ſit adlatum. Cum enim ſuperiores, e quibus planiſſime Polemo, ſecundum naturam vivere ſummum bonum eſſe dixiſſent; his verbis tria ſignificari Stoici dicunt. Unum ejuſmodi, vivere adhibentem ſcientiam earum rerum, quæ natura evenirent. Hunc ipſum Zenonis aiunt finem eſſe, declarantem illud, quod a te dictum eſt, convenienter naturæ vivere. [o] Alterum ſignificare idem, ut ſi diceretur, officia omnia media aut pleraque ſervantem vivere. Hoc ſic expoſitum diſſimile eſt ſuperiori. [p] Illud enim rectum, quod κατόρθωμα dicebas, contingit ſapienti ſoli: hoc autem inchoati cujuſdam officii eſt, non perfecti; quod cadere in nonnullos inſipientes poteſt. Tertium autem, omnibus, aut maxumis rebus iis, quæ ſecundum naturam ſint, fruentem vivere. Hoc non eſt poſitum in noſtra actione: [q] completur enim et ex eo genere vitæ quod virtute fruitur, et ex iis rebus quæ ſecundum naturam ſunt, neque ſunt in noſtra

[o] *Alterum* ſignificare idem, *ut ſi diceretur*] Ante Lambinum deerat vox penultima, quam recte primus addidit, ut e Pall. primo liquet. Mihi mala manus huc aliquid videtur intuliſſe: non tamen tot verba, quot P. Manucius, reſecanda cenſeo; nam legerim *alterum* (ſignificari,) *ut ſi diceretur* &c. *Davies.*

Ib. *Significare idem, ut diceretur*] Tolle hoc: patebit ſententia. Tollendum autem puto, cum in illa tria, quæ ſignificari Stoici dicebant, intueor. *Unum ejuſmodi, vivere adhibentem ſcientiam earum rerum quæ natura evenirent: alterum, officia omnia media aut pleraque ſervantem vivere: tertium, omnibus aut maximis rebus iis quæ ſecundum naturam ſint fruentem vivere.* Quod ſi poſt *alterum* addatur *ſignificare idem ut diceretur*; fateor me quod dicatur non aſſequi, et habiturum gratiam explananti. *P. Manucius.*

[p] *Illud enim rectum, quod κατόρθωμα dicebas, contingit ſapienti ſoli*] Vulgo *illud enim rectum* eſt —contingitque *ſapienti ſoli*; contra quam loci ſenſus flagitat, licet *enclíticam conjunctionem* repræſentent e noſtris Pariſ. tres, Med. et Balliol. at iidem *verbum ſubſtantivum* neſciunt. Nos Elienſ. ſequendum judicavimus, ac ita Victorius, Lambinus et Aldus nepos ediderunt. Accedit et C. C. C. niſi quod is, *illud* eſt *rectum, quod κατόρθωμα dicebas*, contingit *ſapienti ſoli*. Vide nos ad lib. iii. cap. 18. *Davies.*

[q] *Completur enim et ex eo genere vitæ, quod virtute* fruitur]

poteſtate. Sed hoc ſummum bonum, quod [r] tertia ſignificatione intellegitur, eaque vita, quæ ex ſummo bono degitur, quia conjuncta ei virtus eſt, in ſapientem ſolum cadit: iſque finis bonorum, ut ab ipſis Stoicis ſcribtum videmus, a Xenocrate atque ab Ariſtotele conſtitutus eſt.

VII. Itaque ab his [s] conſtitutio illa prima naturæ, a qua tu quoque ordiebare, his prope verbis exponitur, omnis natura volt eſſe conſervatrix ſui, ut et ſalva ſit, et in genere conſervetur ſuo. Ad hanc rem aiunt artes quoque requiſitas, quæ naturam adjuvarent: in quibus ea numeretur in primis, quæ eſt vivendi ars, ut tueatur quod a natura datum ſit; quod deſit, adquirat. Iidemque diviſerunt naturam hominis in animum et corpus. [t] Cumque eorum utrumque per ſe expetendum eſſe dixiſſent, virtutes quoque utriuſque eorum per ſe expetendas eſſe dicebant: [u] cum animum quadam infinita laude anteponerent

Finitur pro *fruitur* habet vetus liber. *Urſin.*

Ib. *Quod virtute* fruitur] Malim *finitur*, ut exhibent Urſin. Pariſ. pr. tert. et Med. hoc eſt, τελειῶται, perficitur, abſolvitur. *Davies.*

[r] Tertia *ſignificatione*] Sic optime Gruterus ex Pall. pr. et ſext. quibus accedit Elienſ. noſter. Inepte veteres editi, *certa ſignificatione*; ſic tamen Pariſ. tres, Med. C. C. C. et Balliol. *Idem.*

[s] *Conſtitutio illa prima naturæ*] Vulgo *natura*, ſicut etiam noſtri Codices exhibent. At Pal. ſec. *naturæ*, quæ dubio procul eſt vera lectio, nec aliter Lambinus ediderat. *Idem.*

[t] *Cumque eorum utrumque per ſe expetendum eſſe dixiſſent, virtutes quoque utriuſque eorum per ſe expetendas eſſe dicebant*] Erat in vulgatis libris, *cumque eorum unumquodque*: in ſcripto pro *unumquodque utrumque*; quod probavi: cum et de animo et de corpore ſermo ſit, et ſequatur *virtutes quoque utriuſque eorum.* P. Manucius.

Ib. *Eorum* utrumque] Vulgo *unumquodque*. Lectiones haſce conjunxit Pal. ſecundi librarius, et exaravit *eorum utrumque unumquodque*. Liquido ſane conſtat, harum priorem genuinam eſſe, cum de duabus tantum rebus agatur, animo videlicet et corpore. Hac de cauſſa rationem, quam ſecutus ſum, priores iniere P. Manucius et D. Lambinus, eamque diſerte præſtant Pal. ſext. Pariſ. pr. tert. Elienſ. et Scalig. *Davies.*

[u] *Cum animum quadam infinita laude*] Aliquid manifeſto deeſt orationi connectendæ neceſſarium. Lambinus hoc vidit; ideoque dedit *et cum animum* &c.

Digitized by Google

corpori, virtutes quoque animi bonis corporis anteponebant. Sed cum ſapientiam totius hominis cuſtodem et procuratricem eſſe vellent, quæ eſſet naturæ comes et adjutrix; hoc ſapientiæ munus eſſe dicebant, ut eum tueretur qui conſtaret ex animo et corpore, in utroque [x] juvaret eum ac contineret. Atque ita re primo ſimpliciter conlocata, reliqua ſubtilius perſequentes, corporis bona facilem quandam rationem habere cenſebant: de animi bonis adcuratius exquirebant; in primiſque reperiebant, in his ineſſe juſtitiæ ſemina: primique ex omnibus philoſophis [y] natura tributum eſſe docuerunt, ut ii, qui procreati eſſent, a procreatoribus amarentur, et id quod temporum ordine antiquius eſt, ut conjugia virorum et uxorum natura conjuncta eſſe dicerent: qua ex ſtirpe orirentur amicitiæ cognationum. Atque ab his initiis profecti, omnium virtutum et originem et progreſſionem perſecuti ſunt; ex quo magnitudo quoque animi exſiſtebat, qua facile poſſet repugnari obſiſtique fortunæ, quod maxumæ res eſſent in poteſtate ſapientis: varietates autem injuriaſque fortunæ facile veterum philoſophorum præceptis inſtituta vita ſuperabat. Principiis autem a natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabantur, partim profectæ a contemplatione rerum occultiorum, quod erat inſitus menti cognitionis amor, ex quo etiam [z] rationis explicandæ, diſſerendique cupiditas conſequebatur: quodque hoc ſolum animal natum eſt pudoris ac verecundiæ particeps, [a] adpetenſque conjunc-

Ita quidem legi poſſit; vel *cum autem animum* &c. *Davies.*

[x] *Juvaret eum* ac *contineret*] Vulgo *atque contineret.* Cum vero mox iterum poſita ſit iſta vocula; lectionem recepi, quam ſuppeditant Pariſ. pr. tert. *Idem.*

[y] *Natura tributum*] Vulgo *a natura tributum.* Iſtam vero præpoſitionem neſciunt Pariſ. ſec. C. C. C. Med. Balliol. Elienſ. et editio Victoriana. *Idem.*

[z] *Rationis* explicandæ, *diſſerendique cupiditas*] Vulgo *rationis*, explicandi *diſſerendique cupiditas*; quod intellegi non poteſt. Nos igitur editionem Lambini, Codiceſque Scalig. et Elienſ. ſequi non dubitavimus. *Idem.*

[a] *Appetenſque* conjunctionem *hominum ac* ſocietatem] Vulgo

Digitized by Google

tionem hominum ac ſocietatem, animadvertenſque in omnibus rebus, quas ageret aut diceret, [b] ut nequid ab eo fieret, niſi honeſte et decore; his initiis, ut ante dixi, tamquam ſeminibus, a natura datis, temperantia, modeſtia, juſtitia, et omnis honeſtas perfecte abſoluta eſt.

VIII. Habes, inquam, Cato, formam eorum, de quibus loquor, philoſophorum: qua expoſita, ſcire cupio, quæ cauſſa ſit, cur Zeno ab hac antiqua inſtitutione deſciverit; quidnam horum ab eo non ſit probatum. Quodnè omnem naturam [c] conſervatricem ſui dixerit? an quod omne animal ipſum ſibi commendatum, [d] ut ſe et ſalvum in ſuo genere incolumeque vellet? [e] an, cum omnium artium finis is eſſet, quid natura maxume quæreret, idem ſtatui debere de totius arte vitæ? an quod, cum animo conſtaremus et corpore, et hæc ipſa et eorum virtutes per ſe eſſe ſumendas? an vero diſplicuit ea quæ tributa eſt animi virtutibus tanta præſtantia? an quæ de prudentia, de cognitione rerum, de conjunctione generis humani, quæque ab eiſdem de temperantia, de modeſtia, de magnitudine animi, de omni honeſtate dicuntur? fatebuntur Stoici, hæc omnia dicta

appetenſque conjunctionum *hominum ac* ſocietatum; quod quamvis Latine dicatur, tamen ob concinnitatem orationis illam lectionem malui, quam repræſentant C. C. C. Med. et Pariſ. ſec. tert. *Davies.*

[b] Ut *nequid ab eo fieret*] Vulgo deeſt prima vocula; ſed eam recepimus fide MSStorum trium Pariſinorum, Med. et Balliol. Vide infra cap. xv. *Idem.*

[c] *Conſervatricem ſui* dixerit] Hoc non de Zenone ſed iis philoſophis a quibus Zeno deſciverat eſt accipiendum: quapropter neceſſario legendum *dixerint*; quod interpretes fugiſſe mireris. *Idem.*

[d] *Ut ſe ſalvum* &c.] Sic legendum, *ut ſe ſalvum* &c. non ut vulgo *ut ſe* et *ſalvum* &c. *Lambinus.*

[e] *An, cum omnium artium finis is eſſet quid natura maxime quæreret*] Locus eſt corruptus. Elienſ. *quem natura*; Pariſ. pr. tert. *quis natura maxime quæreret.* Lego *an* quod, *cum omnium artium finis is eſſet* queis *natura maxime* careret quærere, *idem ſtatui debere de totius arte vitæ?* repetito verbo *dixerint* e ſuperioribus. Hic plane videtur eſſe loci ſenſus; quod, niſi fallor, abunde conſtat ex cap. vii. initio. *Davies.*

Digitized by Google

esse præclare, [f] neque eam caussam Zenoni desciscendi fuisse. Alia quædam dicent: credo, magna antiquorum esse peccata, quæ ille veri investigandi cupidus, nullo modo ferre potuerit. Quid enim perversius, quid intolerabilius, quid stultius, quam bonam valitudinem, quam dolorum omnium vacuitatem, quam integritatem oculorum reliquorumque sensuum, [g] ponere in bonis potius, quam dicere, nihil omnino inter eas res iisque contrarias interesse? ea enim omnia, quæ illi bona dicerent, præposita esse, non bona. Itemque illa, quæ in corpore excellerent, stulte antiquos dixisse per se esse expetenda; [h] et sumenda potius quam expetenda: eademque de omni vita, quæ in una virtute consisteret, illam vitam, quæ etiam ceteris rebus quæ essent secundum naturam abundaret, magis expetendam non esse, sed magis sumendam: cumque ipsa virtus efficiat ita beatam vitam, ut beatior esse non possit, tamen quædam deesse sapientibus, tum, cum sunt beatissimi: itaque eos id agere, ut a se dolores, morbos, debilitates repellant.

IX. O magnam vim ingenii, caussamque justam, cur nova exsisteret disciplina! Perge porro: sequen-

[f] *Neque eam causam*] Vulgo *neque* enim *eam causam*. Sed παρίλκει secunda vox, ut etiam Gruterus animadvertit; lectionemque quam dedimus exhibet C. C. C. Accedunt fere Pall. Paris. et Med. qui *namque eam causam* repræsentant. *Davies.*

[g] *Non ponere in bonis potius quam ejicere*] Corruptum esse hunc locum apparet, atque haud scio an in Venetis restitutus sit. Ibi enim ita, *Reliquorumque sensuum ponere in bonis potius quam dicerent nihil omnino* &c. Nam εἰρωνικῶς hæc omnia Cicero: scilicet stultos fuisse veteres, qui hæc *bona* potius quam *media*, id est ἀδιάφορα, appellarent. Ego tamen, ne quid dissimulem, pro *dicerent dicere* malim: ita enim saltem æquabilior esset oratio. *Camerar.*

[h] Et *sumenda potius quam expetenda*] His Guyetus annectit *esse*. Sed multo meliore, nisi fallor, conjectura lego *stulte antiquos dixisse per se esse expetenda: et sumenda potius quam expetenda* ea: denique *omni vita, quæ* &c. nam Paris. pr. sec. C. C. C. Med. Elien. ac editio Victoriana dant *eademque omni vita*; neglecta *præpositione*. Davies.

Digitized by Google

tur enim, quæ tu ſcientiſſime complexus es, [i] omnem inſipientiam, injuſtitiam, alia vitia, ſimilia eſſe, omniaque peccata eſſe paria; eoſque, qui natura doctrinaque longe ad virtutem proceſſiſſent, niſi eam plene conſecuti eſſent, ſumme eſſe miſeros, neque inter eorum vitam et inprobiſſimorum quicquam omnino intereſſe: ut Plato, tantus ille vir, ſi ſapiens non fuerit, nihilo melius, quam quivis inprobiſſimus, nec beatius vixerit. Hæc videlicet eſt conrectio philoſophiæ veteris et emendatio! quæ omnino aditum habere nullum poteſt in urbem, in forum, in curiam. Quis enim ferre poſſet ita loquentem eum, qui ſe auctorem vitæ graviter et ſapienter agendæ profiteretur, [k nomina rerum commutantem:] cumque idem ſentiret quod omnes, quibus rebus eandem vim tribueret, alia nomina inponentem, verba modo mutantem, de opinionibus nihil detrahentem? Patronuſne cauſſæ in epilogo, pro reo dicens, negaret eſſe malum exſilium, publicationem bonorum? hæc rejicienda eſſe, non fugienda? nec miſericordem judicem eſſe oportere? In concione autem ſi loqueretur, ſi Hannibal ad portas veniſſet murumque jaculo trajeciſſet, negaret eſſe in malis capi, venire, interfici, patriam amittere? An ſenatus, cum triumphum Africano decerneret, [l] QUOD EJUS VIRTUTE, AUT FELICI-

[i] *Omnem inſipientiam, injuſtitiam, alia vitia*] Vulgo *et injuſtitiam*. Conjunctionem vero copulativam delevi, quod eam non agnoſcant Pariſ. pr. ſec. Elienſ. et editio Victoriana; nec admittat orationis elegantia. *Davies*.

[k] *Nomina rerum commutantem*] Suſpicor gloſſema fuiſſe ad illud *ita loquentem*. P. Manucius.

Ib. *Nomina rerum commutantem*] His verbis uncinos circumdedi, quod ea gloſſematis eſſe damnanda ſtatuo. Hoc etiam P. Manucius optimo jure ſuſpicatus eſt. *Davies*.

[l] *Quod ejus virtute aut felicitate*] Sic optime Gruterus ex Pal. quarto, cum quo faciunt Pariſini tres noſtri. Cum autem veteres editi haberent *quid de ejus virtute aut felicitate*, locum ſic Lambinus conſtituit, *In ſenatu, cum triumphum Africano decerneret, quid de ejus virtute aut felicitate poſſet dicere?* Satis ingenioſe quidem: fruſtra vero; cum ad ſolennia decretorum verba Cicero reſpiciat. *Idem*.

Digitized by Google

TATE; poſſet dicere, [m] ſi neque virtus in nullo, niſi in ſapiente, nec felicitas vere dici poteſt? Quæ eſt igitur iſta philoſophia, quæ communi more in foro loquitur, in libello, ſuo? præſertim cum, quod illi verbis ſuis ſignificent, [n] in eo nihil novetur, [o] de ipſis rebus nihil mutetur, eædem res maneant, alio modo. Quid enim intereſt, divitias, opes, valitudinem, bona dicas, anne præpoſita? cum ille, qui iſta bona dicit, nihilo plus his tribuat, quam tu, qui eadem illa præ-

[m] *Si neque virtus in* nullo *niſi in ſapiente*] Communior loquendi ratio poſtulat ut legatur *ſi neque virtus in* ullo, *niſi in ſapiente*, quemadmodum dant Lambinus, Aldus nepos, et alii. Conculcanda tamen non eſt MSStorum fides, cum non minus apud Latinos quam Græcos duæ negationes interdum negent. Columella Præf. pag. 10. *Siquidem artis conſummatæ non ſit*, nec *in univerſa rerum natura ſagacitatem Democriti vel Pythagoræ* non *fuerit conſecutus*. Livius iii. 26. Nihil *tam* nec *inopinatum* nec *inſperatum accidere potuit*. Ubi nonnulla J. Fr. Gronovius. Varro apud Nonium in *negativas duas* pag. 530. *Quæ non modo ignoraſſe me clamat, ſed omnino omnes heroas* negat neſciſſe. Et p. 532. *Qua abſtinentia viri mulieresque Romanæ fuerint, quod a rege munera eorum* noluerit nemo *accipere*. Arnobius lib. iii. pag. 129. *Quemadmodum potuiſtis vocabula bis dare, quos neque videbatis aliquando*, neque *quales aut qui eſſent in* nulla *cognitione noratis?* Plura congeſſere cum alii, tum Cl. Dukerus de Latin. Vet. Juriſconſultorum pag. 366. *Davies*.

[n] *In eo nihil* novetur] Sic exhibuit Lambinus, ac ita reſtituendum ſtatuit Petr. Faber Semeſtr. i. 21. nam cuncti MSSti præ ſe ferunt, *in eo nihil movetur*. Mihi quidem ſuſpicio eſt malam manum ſordes ſuas huc intuliſſe; nam Ciceronem reliquiſſe puto, *præſertim cum, quod illi verbis ſuis ſignificent, in eo nihil mutetur. Quid enim intereſt* &c. Adeo ut voces, *nihil movetur de ipſis rebus, eædem res maneant alio modo*, gloſſemata ſint, quæ diverſi librarii marginibus addiderunt, quo Tullii mentem declararent. Non fuit enim cur noſter tam multa verba perderet, cum Zenonem jam ante dixerat, *quibus rebus eandem vim tribueret, alia nomina imponentem, verba modo mutantem, de opinionibus nihil detrabentem*. Sin tantas mutationes nolis, id ſaltem demendum quod obelo transfixit P. Manucius, ceteraque ſic ſcribenda, *præſertim cum, quod illi verbis ſuis ſignificent, in eo nihil* innovetur, ſed *eædem res maneant alio nomine*. Nam quod Lambinus edidit, *eædem res maneant, alio nomine dicantur*; in hoc conjecturam ſuam ſecutus eſt. *Idem*.

[o] *De ipſis rebus nihil mutetur*] Et hoc mihi ſuſpectum eſt, ut antecedentium verborum interpretatio. *P. Manucius*.

Digitized by Google

posita nominas. Itaque homo in primis ingenuus et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis et Lælii, Panætius, cum ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet, quod esse caput debebat si probari posset, [p] numquam posuit, non esse malum dolorem; sed quid esset et quale, quantumque in eo inesset alieni, deinde quæ ratio esset perferendi. Cujus quidem, quoniam Stoicus fuit, sententia, [q] condemnata mihi videtur esse inmanitas ista verborum.

X. Sed, ut propius ad ea, Cato, accedam quæ a te dicta sunt, pressius agamus, eaque, quæ modo dixisti, cum iis conferamus, quæ tuis antepono. Quæ sunt igitur communia vobis cum antiquis, his sic utamur, quasi concessis: quæ in controversiam veniunt, de iis, si placet, disseramus. Mihi vero, inquit, placet agi subtilius, et, ut ipse dixisti, pressius: quæ enim adhuc protulisti, popularia sunt; ego autem a te elegantiora desidero. A mene tu, inquam? sed tamen enitar, et, [r] si minus mihi multa occurrent, non fugiam ista popularia. Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis, primamque ex natura hanc habere adpetitionem, ut conservemus nosmetipsos. Hoc convenit. Sequitur illud, ut animadvertamus, qui simus ipsi, ut nos, quales oportet esse, servemus. Sumus igitur homines: ex animo constamus et corpore, quæ sunt [s] cujusdammodi: nosque oportet, ut prima adpetitio naturalis postulat, hæc diligere, constituereque ex his finem illum summi boni atque ultimi: quem, si prima vera sint, ita

[p] Nunquam *posuit*] Elienſ. *nuſquam poſuit*; quod non improbo. *Davies.*

[q] *Condemnata mihi videtur esse* immanitas *illa verborum*] In Urſini Codice, C. C. C. et Elienſ. eſt *inanitas*. Vulgatam tamen lectionem non repudio. Sic *acerbitatem ſententiarum* Stoicis exprobrat infra cap. xxviii. *Idem.*

Ib. Immanitas *illa verborum*] *Inanitas* eſt in antiquo. *Urſin.*

[r] *Si minus mihi* multa *occurrent*] Lego *ſi minus mihi* culta *occurrent*, quod valet ornata, vel elegantia; Catoque modo ſe dixerat *elegantiora deſiderare.* Davies.

[s] *Ejuſdem modi*] Verum eſt, quod et Veneti, *cujuſdam modi*, id eſt ποῖά τινα. Camerar.

Digitized by Google

conſtitui neceſſe eſt, earum rerum, [t] quæ ſint ſecundum naturam, quam plurima et quam maxuma adipiſci. Hunc igitur finem illi tenuerunt; quodque ego pluribus verbis, illi brevius, ſecundum naturam vivere: hoc his bonorum videtur extremum.

XI. Age nunc iſti doceant, vel tu potius (quis enim iſta melius?) quonam modo ab iiſdem principiis profecti, efficiatis, ut honeſte vivere, (id eſt enim vel ex virtute vel naturæ congruenter vivere) ſummum bonum ſit, et quonam modo aut quo loco corpus ſubito deſerueritis, omniaque ea, quæ, cum ſecundum naturam ſint, abſint a noſtra poteſtate, ipſum denique officium. Quæro igitur, quo modo hæ tantæ commendationes a natura profectæ ſubito a ſapientia relictæ ſint. Quod ſi non hominis ſummum bonum quæreremus, ſed cujuſdam animantis; is autem eſſet nihil, niſi animus: ([u] liceat enim fingere aliquid ejuſmodi, quo verum facilius reperiamus) tamen illi animo non eſſet hic veſter finis: deſideraret enim valitudinem, vacuitatem doloris: [x] adpeteret etiam conſervationem ſui, earumque rerum cuſtodiam: finemque ſibi conſtitueret, ſecundum naturam vivere; quod eſt, ut dixi, habere ea, quæ ſecundum naturam ſint, vel omnia, vel plurima et maxuma. Cujuſcumque enim modi animal conſtitueris; neceſſe eſt, etiam ſi id ſine corpore ſit, ut fingimus, tamen eſſe in animo quædam ſimilia eorum, quæ ſint in corpore: ut nullo modo, niſi ut expoſui, conſtitui poſſit finis bonorum. Chryſippus autem exponens differentias animantium, ait alias earum corpore ex-

[t] *Quæ* ſint *ſecundum naturam*] Vulgo *ſunt*, contra MSStos. *Davies.*

[u] Liceat *enim fingere aliquid ejuſmodi*] Vulgo *licet:* ſed id quod recepimus exhibent Pariſ. tres, C. C. C. Med. Balliol. Elienſ. et editio Victoriana. *Idem.*

[x] *Appeteret etiam conſervationem ſui, earumque rerum cuſtodiam*] Omnes hic libros video conſentire; nec tamen abjicio ſuſceptam ſemel opinionem, fortaſſe non improbandam. Opinor autem *ſuarumque rerum cuſtodiam* ſcripſiſſe Ciceronem; cum omnibus animantibus id a natura datum eſſe conſtet ut ſe ac ſua tueatur. *P. Manucius.*

Digitized by Google

cellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re: deinde diſputat, quod cujuſque generis animantis [y] ſtatui debeat extremum: cum autem hominem in eo genere poſuiſſet, ut ei tribueret animi excellentiam; ſummum bonum id conſtituit, [z] non ut excelleret animo, ſed ut nihil eſſe præter animum videretur.

XII. Uno autem modo in virtute ſola ſummum bonum recte poneretur, ſi quod eſſet animal, quod totum ex mente conſtaret; id ipſum tamen ſic, ut ea mens nihil haberet in ſe, quod eſſet ſecundum naturam, ut valitudo eſt. Sed id ne cogitari quidem poteſt, quale ſit, ut non repugnet ipſum ſibi. Sin dicit obſcurari quædam nec adparere, quia valde parva ſint; [a] nos quoque concedimus, quod dicit Epicurus de voluptate, quæ minimæ ſint voluptates, eas obſcurari ſæpe et obrui: ſed non ſunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ. Itaque, in quibus propter earum exiguitatem obſcuratio conſequitur, ſæpe accidit ut nihil intereſſe noſtra fateamur, ſint illa necne ſint: ut in ſole, quod a te dicebatur, lucernam adhibere nihil intereſt, aut [b] teruntium adjicere Crœſi pecuniæ. Quibus autem in rebus obſcuratio tanta non

[y] *Statui* debeat *extremum*] Vulgo *deceat*. Sed Elienſ. et editio Victoriana lectionem quam dedi repræſentant, eaque receptam bonitate ſuperat. Malim præterea, *quod cujuſque generis* animantibus *ſtatui debeat extremum*. Davies.

[z] *Non* ut excelleret *animo*] Vulgo *non excellere animo*. Cum tamen Elienſ. unus daret *non ut excellere animus*; alter *non ut excelleret animus*; ſtatim legendum vidi *non ut excelleret animo*, ſicut etiam edidi. *Idem*.

[a] *Nos quoque concedimus, quod dicit Epicurus de voluptate, quæ minimæ ſint* voluptates, *eas obſcurari ſæpe et obrui*] Lege *quæ minimæ ſint utilitates*. *Voluptates* et *utilitates* a librariis paſſim confuſas eſſe patet ex iis quæ notavimus ad ii. 26. 35. De Epicuri ſententia diximus ad lib. i. c. 10. *Idem*.

[b] *Teruncium* adjicere *Crœſi pecuniæ*] Sic Pariſini tres, C. C. C. Med. Elienſ. et editio Victoriana; ut neſciam unde Lambinus, Aldus nepos, alii quorecentiores *teruncium addere* ſumpſerint. Nos id repoſuimus quod ſuadebant MSSti. *Idem*.

Digitized by Google

ſit, fieri tamen poteſt, ut id ipſum, quod intereſt, non ſit magnum: ut ei, qui jucunde vixerit annos decem, ſi æque vita jucunda menſtrua addatur, [c] quia momentum aliquod habeat ad jucundum acceſſio, bonum ſit; ſi autem id non concedatur, non continuo vita beata tollitur. Bona autem corporis, huic ſunt quod poſterius poſui ſimiliora; habent enim acceſſionem dignam, in qua elaboretur: ut mihi in hoc Stoici jocari videantur interdum, cum ita dicant, ſi ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat, ſumpturum ſapientem eam vitam, potius, [d] cui hæc adjecta ſint, nec beatiorem tamen ob eam cauſſam fore. Hoc ſimile tandem eſt [e] non riſu potius, quam oratione ejiciendum? Ampulla enim ſit necne ſit, quis non jure optumo inrideatur, ſi laboret? at vero [f] gravitate membrorum et

[c] *Quia momentum aliquod habeat ad jucundum acceſſio, ne bonum ſit*] Veneti aliter, ſed ſenſu nondum liquido, *quia momentum aliquam habeat ad jucundum acceſſionem*. Nos aliquando non incommodam lectionem futuram eſſe talem rati ſumus, *ad jucundum, acceſſione bonum ſit*. Sed he hoc quæramus diligenter. *Camerar.*

Ib. *Quia momentum aliquod habeat ad jucundum acceſſio*] Sic legendus eſt hic locus, quamvis libri vulgati reclament, et nonnulli manuſcripti: ex quibus alii ſic habent plane, ut edidimus: alii hoc modo; *habeat ad jucundam acceſſio:* quæ ſcriptura eos adjuvaret, qui ſic legi vellent, ut olim edidi, quia *momentum aliquod habeat ad vitam jucundam acceſſio*. Lambinus.

Ib. *Quia momentum aliquod habeat ad jucundum acceſſio*] Victorius edidit *quia momentum* aliquam *habeat ad jucundum* acceſſionem: nec aliter Balliol. pro varia lectione. Quaſi *momentum* minimam quandam partem temporis hic denotaret. Codices autem fere dant *quia momentum aliquod habeat ad jucundum*, vel *ad jucundam acceſſionem*. Non tamen a Lambini ratione, quam Pal. ſext. et Scalig. præſtant, ipſe receſſerim, niſi quod, immiſſo pronomine, legerem, *quia momentum aliquod habeat* ea *ad jucundum acceſſio*. Vide cap. 17. *Davies.*

[d] Cui *hæc adjecta ſint*] Vulgo *quo hæc:* Elienſis vero MSti lectionem recipiendam putavi. Vetus ſcriptura fuit *quoi*; nec aliunde, quod vidit etiam Gruterus, effluxit vulgata lectio. *Id.*

[e] *Non riſu potius, quam oratione ejiciendum?*] Quidam legi volunt *rejiciendum*. Lambinus.

[f] *Gravitate membrorum*]. Lucretius iii. 477.

Conſequitur gravitas membrorum? *præpediuntur.*

Digitized by Google

cruciatu dolorum ſi quis quem levet, magnam ineat gratiam. Nec, ſi ille ſapiens ad tortoris eculeum a tyranno ire cogatur, [g] ſimilem habeat voltum, et ſi ampullam perdidiſſet: ſed, ut magnum et difficile certamen iniens, cum ſibi cum capitali adverſario, dolore, depugnandum videret, excitaret omnes rationes fortitudinis ac patientiæ, quarum præſidio iniret illud difficile, ut dixi, magnumque prœlium. Deinde non quæremus quid obſcuretur aut intereat, quia ſit admodum parvum; ſed quid tale ſit [h] ut expleat ſummam. Una voluptas e multis obſcuratur in illa vita voluptaria; ſed tamen ea quamvis parva ſit, pars eſt ejus vitæ, quæ poſita eſt in voluptate. Nummus in Crœſi divitiis obſcuratur; pars eſt tamen divitiarum. Quare obſcurentur etiam hæc, quæ ſecundum naturam eſſe dicimus, in vita beata: ſint modo partes beatæ vitæ.

XIII. Atqui ſi, ut convenire debet inter nos, [i] eſt

Crura vacillanti &c. Hanc vero φράσιν multis confirmavimus ad Tuſcul. iii. 1. *Davies.*

[g] *Similem habeat vultum*, et *ſi ampullam perdidiſſet*] Vulgo *ac ſi*. Sed eo quo dedimus modo repræſentant Pall. quinque, C. C. C. Med. Elienſ. et editio Victoriana. De loquendi ratione diximus ſupra ad lib. ii. cap. 7. *Idem.*

[h] *Ut expleat ſummam*] Sic plane ſcriptum eſt in libris noſtris manuſcriptis. Nam vulgati habent, *ut expleant ſummum*; quod ferri non poteſt. Antiqua vero ſcriptura, perſpicue recta et ſincera eſt. LAMBIN. *Ibid.* Cum Lambino faciunt omnes Pall. Elienſ. C. C. C. Med. Balliol. et editio Victorii. Et jure quidem merito. *Idem.*

[i] *Eſt quædam appetitio naturalis, ea quæ ſecundum naturam ſunt appetens*] Multum ſudat Lambinus, ut illud *appetentis* eſſe reponendum ſuadeat. Sed, ad me quod attinet, operam perdit: licet enim *appetitio* proprie non *appetat*, ſed ille qui rei cujuſdam deſiderio tenetur; tamen iſtiuſmodi locutiones auctoribus ſunt uſitatæ. Sic non ambitio gratiæ vel odio ſubſcribit, at id faciunt homines ambitione ducti. Nihilominus Phædrus lib. iii. Fab. x. 56. dixit,

Ambitio namque diſſidens mortalium
Aut gratiæ ſubſcribit aut odio ſuo.

Sic neque *vox cenſet* nec *oratio judicat*; at homines qui vel voce utuntur vel oratione. Hanc tamen loquendi formulam non refugit Cicero Tuſc. v. 29. nec illam Plutarchus Conſ. ad Apollonium pag. 106. B.

Digitized by Google

quædam adpetitio naturalis, ea quæ ſecundum naturam ſunt adpetens; eorum omnium eſt aliqua ſumma facienda: quo conſtituto, tum licebit otioſe iſta quærere, de magnitudine rerum, de excellentia, quanta in quoque ſit ad beate vivendum, de iſtis ipſis obſcurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem adpareant. [k] Quid, de quo nulla diſſenſio eſt? nemo enim eſt, qui aliter dixerit, quin omnium naturarum ſimile eſſet id, ad quod omnia referuntur, quod eſt ultimum rerum adpetendarum. Omnis enim eſt natura diligens ſui. Quæ eſt enim, quæ ſe umquam deſerat, aut partem aliquam ſui, aut ejus partis habitum, aut vim, aut ullius earum rerum,

Infinita ſunt hujuſmodi. Vide nos ad lib. iii. N. D. cap. 2. *Davies.*

Ib. *Appetentis*] Sic et olim, et nunc edidi, libris omnibus invitis, ratione flagitante. Hæc enim ſententia eſt, et hic orationis curſus et tenor: ſi eſt quædam naturalis appetitio hominis, ea, quæ ſecundum naturam ſunt, appetentis &c. Nam ſi quis dicat, nihil eſſe ſubintelligendum, ſed ſic hæc verba connectenda et explicanda: ſi eſt quædam appetitio naturalis, ea, quæ ſecundum naturam ſunt, appetens, id eſt, quæ appetitio appetit ea quæ ſunt ſecundum naturam &c. ſiquis, inquam, hoc mihi dicat; reſpondeam non fieri mihi verisimile, Ciceronem eſſe ita locutum. Præterea appetitio non appetit, ſed facit ut quis appetat: et appetitio eſt animantis appetentis, non ipſa appetit. Quod ſi appeteret, animal eſſet: quod eſt abſurdum dictu. Sed piget me hæc refellere, alio properantem. *Lambinus.*

[k] *Quid, de quo* nulla *diſſenſio eſt? nemo eſt enim qui aliter dixerit*] Mendoſe in vulgatis libris *multa diſſenſio.* Quo in loco cum hærerem, commotus proxime ſequentibus verbis quæ *nullam* potius quam *multam* diſſenſionem ſignificabant; inſpexi veterem Philippi Tertii librum: vidi ſcriptum planiſſime *nulla diſſenſio,* idque Caroli etiam Sigonii, eruditiſſimi hominis et de litteris optime meriti, liber confirmat. *P. Manucius.*

Ib. *Quid, de quo* nulla *diſſenſio eſt?*] Sic erat emendatus hic locus in libro Cl. Puteani; et ita reperi ſcriptum in aliquot libris manuſcriptis: nam libri vulgati mendoſe habent, *de quo* multa *diſſenſio eſt?* Lambin.

Ib. *Quid, de quo* nulla *diſſenſio eſt*] Sic ex MSStis nonnullis dedere P. Manucius et D. Lambinus, quibus accedit Elienſ. noſter: omnes enim Pall. C. C. C. Pariſ. tres, Med. et Balliol. una cum veteribus editis habent, *Quid, de quo* multa *diſſenſio eſt?* licet id verbis ſequentibus omnino repugnet. *Davies.*

Digitized by Google

quæ ſecundum naturam ſint, aut motum, aut ſtatum? quæ autem natura ſuæ primæ inſtitutionis oblita eſt? nulla profecto, quin ſuam vim retineat a primo ad extremum. [l] Quo modo igitur evenit, ut hominis natura ſola eſſet, quæ hominem relinqueret, quæ obliviſceretur corporis, quæ ſummum bonum non in toto homine, ſed in parte hominis poneret? quo modo autem, quod ipſi etiam fatentur conſtatque inter omnes, conſervabitur, [m] ut ſimile ſit omnium naturarum illud ultimum, de quo quæritur? tum enim eſſet ſimile, ſi in ceteris quoque naturis id cuique eſſet ultimum, quod in quaque excelleret: tale enim viſum eſſet ultimum Stoicorum. Quid dubitas igitur mutare principia naturæ? quid enim dicis, omne animal, ſimul atque ſit ortum, adplicatum eſſe ad ſe diligendum, eſſeque in ſe conſervando occupatum? quin potius ita dicis, omne animal adplicatum eſſe ad id quod in eo ſit optumum, et in ejus unius occupatum eſſe cuſtodia, reliquaſque naturas nihil aliud agere, niſi ut id conſervent quod in quaque ſit optumum? quo modo autem optumum, ſi bonum præterea nullum eſt? ſi autem reliqua adpetenda ſunt,

[l] *Quomodo igitur* evenit] Magis placet *eveniat*, ut eſt in MSto. *Urſin.*

Ib. *Quo* modo *igitur evenit*] Vulgo *quo igitur evenit*. Nos, ipſa re volente, Pariſ. tert. et editos veteres hic exhibemus. *Davies.*

[m] *Ut ſimile ſit omnium* naturarum *illud ultimum, de quo quæritur*] Paullo ante dixit; *Nemo eſt qui aliter dixerit quin omnium* naturarum *ſimile eſſet id, ad quod omnia referuntur*. Eſt autem præclara in primis ratio emendandi, cum ſimilia ſimilibus conferuntur; quod nos ſæpe fecimus: et hic *naturarum* pro *naturale* reponere non dubitavimus, accedente ad noſtram conjecturam vetere libro Caroli Sigonii. *P. Manucius.*

Ib. *Ut ſimile ſit omnium naturarum illud ultimum*] Sic reſtitui a ſimili loco, qui eſt ſupra non longe, admonitus. *Nemo enim eſt, qui aliter dixerit, quin omnium* naturarum *ſimile eſſet id, ad quod omnia referuntur* &c. *Lambinus.*

Ib. *Ut ſimile ſit omnium* naturarum *illud ultimum*] Vulgo *naturale illud ultimum*, quo modo Codices etiam noſtri, ſimul ac Gruteriani. Sed omnino vera eſt ea lectio quam P. Manucius e Sigonii libro primus eruit, quamque D. Lambinus eſt amplexus. *Davies.*

Digitized by Google

cur; quod eſt ultimum rerum adpetendarum, id non aut ex omnium earum, aut ex plurimarum, et maxumarum adpetitione concluditur? ut Phidias [n] poteſt a primo inſtituere ſignum, idque perficere; poteſt ab alio inchoatum accipere et abſolvere: huic eſt ſapientia ſimilis. Non enim ipſa genuit hominem, ſed accepit a natura inchoatum: [o] hanc ergo intuens, debet inſtitutum illud, quaſi ſignum, abſolvere. Qualem igitur natura hominem inchoavit? et quod eſt munus, quod opus ſapientiæ? quid eſt, quod ab ea abſolvi et perfici debeat? [p] ſi nihil in eo perficiendum eſt præter motum ingenii quendam, id eſt, rationem; neceſſe eſt huic ultimum eſſe [q] ex virtute vitam fingere; rationis enim perfectio, eſt virtus: [r] ſi nihil niſi corpus; ſumma erunt illa, valitudo, vacuitas doloris, pulcritudo, et cetera. Nunc de hominis ſummo bono quæritur.

XIV. Quid ergo dubitamus in tota ejus natura quærere quid ſit effectum? Cum enim conſtet inter omnes, omne officium munuſque ſapientiæ in hominis cultu eſſe occupatum: alii (ne me exiſtumes contra Stoicos ſolum dicere) eas ſententias adferunt, ut ſummum bonum in eo genere ponant, quod ſit extra noſtram poteſtatem; tamquam de animali aliquo loquantur: alii contra, quaſi nullum corpus ſit hominis, ita, præter animum, nihil curant: [s] cum

[n] *Poteſt* a primo *inſtituere ſignum*] Alii Codices *a principio.* Hanc vero lectionem merito retinent Pariſ. pr. tert. Med. Balliol. et editio Victoriana. Vide ſis ad lib. iii. cap. 9. *Davies.*

[o] *Hanc* ergo *intuens*] Vocem mediam, quæ vulgo deeſt, ſupplevit C. C. C. eaque quaſi conditur oratio. *Idem.*

[p] *Si nihil in eo* quidem *perficiendum ſit*] Abeſt adverbium *quidem* a vetere libro. *Urſin.*

Ib. *Si nihil in eo perficiendum eſt*] Vulgo *ſi nihil in eo* quidem *perficiendum eſt.* At Codices fere *ſi nihil in eo* quod *perficiendum eſt.* Cum tamen Urſin. et Pal. quint. inutilem illam vocem neſciant, eos ſequor. *Davies.*

[q] *Ex virtute vitam agere*] Ven. eleganter *vitam fingere.* Camerar.

[r] Si *nihil niſi corpus*] Forte *ſin nihil.* Davies.

[s] *Cum præſertim ipſe quoque animus non inane neſcio quid ſit (neque enim id poſſum intelligere) ſed in quodam genere corporis*] Alibi rectius Cicero. Vide

præſertim ipſe quoque animus non inane neſcio quid ſit (neque enim id poſſum intellegere) ſed in quodam genere corporis; ut ne is quidem virtute una contentus ſit, ſed adpetat vacuitatem doloris. Quamobrem utrique idem faciunt, ut ſi lævam partem neglegerent, dexteram tuerentur: aut ipſius animi, ut fecit Herillus, cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. Eorum enim omnium, multa prætermittentium dum eligant aliquid quod ſequantur, quaſi curta ſententia: at vero illa perfecta atque plena eorum qui, cum de hominis ſummo bono quærerent, nullam in eo neque animi neque corporis partem vacuam tutela reliquerunt. Vos autem, Cato, quia virtus, ut omnes fatemur, altiſſimum locum in homine et maxume excellentem tenet, et quod eos, qui ſapientes ſunt, abſolutos et perfectos putamus, [t] aciem

Tuſc. i. 27. Nihil tamen, quod omnino ſit ἀσώματον, intelligere potuerunt e philoſophis quam plurimi. Pſellus de Oper. Dæmon. pag. 46. Καὶ τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς θύραζε καὶ τοῖς ἀπωτέρω καὶ θύραθεν εἰωθόσ ἐστιν τὰ ταχύτερα τῶν σωμάτων σωματώδη λέγειν· ὃ δὲ λεπτομερίς ἐστι καὶ τὴν ὄψιν διαφυγγάνον, καὶ τὴν ἀφὴν ἀσώματον οὐ μόνον οἱ καθ' ἡμᾶς ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν ἐκτὸς ἀξιοῦσι λέγειν. Hinc factum, ut Dæmonas etiam bonos, aliaſque gradus inferioris naturas rationales corporibus pro ratione conditionis aut craſſioribus aut tenuioribus inſtructas eſſe cenſuerint. Eadem fuit Origenis aliorumque Patrum ſententia. Vide P. D. Huetium Origen. lib. ii. Quæſt. v. §. 3. et Quæſt. vi. §. 13. Immo Tertullianus advſ. Praxeam cap. vii. ait, *Quis negavit Deum corpus eſſe, etſi Deus ſpiritus eſt.* Plura D. Petavius Dogm. Theol. lib. ii. cap. 1. Quin et de tota re ſat multis egit etiam vir eruditus Tobias Pfannerus Theol. Gent. cap. ii. §. 19. et cap. vi. §. 3. *Davies.*

[t] *Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplendore præſtinguitis*] Sic legendum, non, ut vulgo, *perſtringitis*; quod eſt nuper introductum: nam omnes libri manuſcripti habent vel *præſtringitis*, vel *preſtringentis*, vel paullo aliter. Omnino in prima ſyllaba ſemper habent *pre* vel *præ*. Jam vero quin *præſtinguo* ſit verbum compoſitum ex *præ* et *ſtinguo*, ut *reſtinguo*, *exſtinguo*, *diſtinguo*, ex *re*, *ex*, *di*, et eodem ſimplici *ſtinguo*, nemo, niſi linguæ Latinæ ignarus, dubitat. Sed de hoc verbo plura in commentariis Lucretianis, et ſupra in his notis Ciceronianis, non ſemel. *Lambin.*

Ib. *Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplendore* præſtringitis] Lambino placet *præſtinguitis*. Et

Digitized by Google

animorum noſtrorum virtutis ſplendore præſtringitis. In omni enim animante eſt ſummum aliquid atque optumum, ut in equis, in canibus; quibus tamen [u] et dolore vacare opus eſt et valere: ſic igitur in homine perfectio iſta in eo potiſſimum quod eſt optumum, id eſt, [x] in virtute laudatur. Itaque mihi non ſatis videmini conſiderare, [y] quod iter ſit naturæ, quæque progreſſio. [z] Non enim, quod facit in fru-

ad Horatii lib. ii. Epiſt. i. 14. ait *Ubicunque legitur* perſtringere *ſeu* præſtringere oculos *ſeu* aciem oculorum, legendum *præſtinguere*. Hoc autem fuſius agit ad Lucretii iii. 1057. Grammatici tamen veteres receptam lectionem tuentur; nec apud me Lambini, viri licet eruditiſſimi, tanta eſt auctoritas, ut ſexcentis auctorum locis, ipſo jubente, manus afferrem. Vide Nonium, qui verba de quibus agimus laudat in *præſtringere*; cui comes detur Aſconius Divin. in Cæcil. c. xiv. ne Ciceronem cum alibi ſæpe, tum de Divin. i. 29. Minucium Felicem c. 23. Lactantium Div. Inſt. ii. 6. reliquoſque plures memorem. *Davies.*

[u] *Et dolore vacare opus eſt et valere*] Pal. quart. *et olere nare præ eſt et valere*. Quam lectionem non dubitat Gruterus auctoris eſſe germanam; ſiquidem canes ſagacitate cenſeantur, quemadmodum equi robore. Reliqua, quæ viro gravi prorſus indigna ſunt, pudet exſcribere: nihil tamen inconſideratius a Grutero ſcriptum, quam ea quæ jam retuli. Nam primo *valere* Latinis idem non denotat ac robore præſtare; præterquam quod equi plerique curſu plus poſſint quam robore. Dein non ſoli canes *olent nare*, ſed hoc reliquis contingit animantibus. Quod ſi concedas, iis verbis eximiam odorandi facultatem denotari; nec in ea vi cunctorum canum ponitur optimum: canes enim venatici pedum celeritate cum primis laudantur, naſo parum valent. Denique non contendit Cicero quid in canibus aut equis ſummum ſit, ſed quibus rebus careant, ut illo ſummo perfecte queant uti: tales autem ſunt et iis et ceteris animalibus doloris vacuitas et bona valetudo. *Idem.*

[x] *In virtute* laudatur] Ita quidem Codices; vox tamen ultima loco non videtur convenire. Legerim *in virtute locatur*; ut paullo poſt *in tanto dominatu locari* dixit. Vide pro Murena cap. xiv. et ad Attic. vi. 1. *Idem.*

[y] *Quod* iter ſit *naturæ*] Sic optime Gruterus ex Pal. quart. et Scalig. quibuſcum faciunt Pariſ. tres et Elienſ. nam plerique Codices, et in iis C. C. C. Med. et Balliol. repræſentant *quod interſit naturæ*. Sic et editi veteres, quamvis ſenſum nullum fundat ea lectio. *Idem.*

[z] *Non enim, quod facit in frugibus*, ut, cum *ad ſpicam perduxerit ab herba* &c.] Vulgo *non enim* hoc, *quod facit*. At ſi lo-

Digitized by Google

gibus, ut, cum ad ſpicam perduxerit ab herba, relinquat et pro nihilo habeat herbam, idem facit in homine, cum eum ad rationis habitum perduxerit. Semper enim ita adſumit aliquid, ut ea, quæ prima dederit, ne deſerat. Itaque ſenſibus rationem adjunxit, [a] et, ratione effecta, ſenſus non reliquit. Ut ſi cultura vitium, cujus hoc munus eſt, ut efficiat ut vitis cum partibus ſuis omnibus quam optume ſe habeat; ([b] ſed ſic intellegamus: licet enim, ut vos quoque ſoletis, fingere aliquid docendi cauſſa) ſi igitur illa cultura vitium in vite inſit, ipſa cetera, credo, velit, quæ ad colendam vitem adtinebunt, ſicut antea; ſe autem omnibus vitis partibus præferat, ſtatuatque nihil eſſe melius in vite, quam ſe: ſimiliter ſenſus, cum acceſſit ad naturam, tuetur illam quidem, ſed etiam tuetur ſe; cum autem adſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ, hujus tutelæ ſubjiciantur. Itaque non diſcedit ab eorum curatione, quibus præpoſita vitam omnem debet gubernare: ut mirari ſatis eorum inconſtantiam non poſſimus. Naturalem enim adpetitionem, quam vocant ὁρμὴν, itemque officium, ipſam etiam virtutem, tuentem eſſe volunt earum rerum, quæ ſecun-

cum daremus ejuſmodi voculæ, reponi placeret *hæc*; ut ad *naturam* referretur. Illam tamen fide Pariſinorum prorſus omiſimus. Quin et Nonius eandem non agnoſcit: ſic enim hunc ipſum locum laudat in *ſpicæ, Non enim, quod facit in frugibus*, victum *ad ſpicam perduxerit*. Ex Tullio legas oportet, *ut cum ad ſpicam* &c. *Davies*.

[a] *Et, ratione effecta, ſenſus non reliquit; quod ſic intelligamus. Licet enim, ut vos quoque ſoletis, fingere aliquid docendi cauſa. Ut ſi cultura vitium* &c.] In hoc loco verborum ordo erat perturbatus, et permixtus. Ego ſenſum et mentem Ciceronis odoratus, quod erat inordinatum, in ſuum ordinem reſtitui, ac redegi, nihil præterea. *Lambin.*

Ib. *Ratione* effecta] Pariſ. ſec. tert. *ratione affecta*. Forſan *ratione adjecta* quod ab *adfecta* parum differt. Sane confundi ſolent iſtæ litteræ. Sic cap. 15. recte nunc editur, *quæ leget quæque* rejiciet; at ibi *reficiet* exhibent Pariſ. tres, C. C. C. Med. et Balliol. *Davies*.

[b] Sed *ſic intelligamus*] Hujuſce periodi verba nimis quam licenter tranſpoſuit Lambinus. Si vero, duarum literarum ſedibus mutatis, legas *dcs ſic intelligamus*; ulteriore mutatione non eſt opus. *Idem.*

Digitized by Google

dum naturam ſunt: cum autem ad ſummum bonum volunt pervenire, tranſiliunt omnia et duo nobis opera pro uno relinquunt ut alia ſumamus, alia adpetamus, [c] potius quam uno fine utrumque concludant.

XV. [d] At enim jam dicitis virtutem non poſſe

[c] *Quam uno fine* utrumque *concludant*] Quæ antecedunt, hoc plane probant; eo magis quod antiquus liber habet *utrumque*, non, ut vulgati, *omnia*. P. Manucius.

Ib. *Potius quam uno fine* omnia concludant] Sic Pall. noſtrique Codices præter Elienſ. qui dat *potius quam uno fine utrumque concluderent*. Hic a Manucii Codice parum diſcrepat. Lego *potius quam uno fine* utrumque concludunt. *Davies*.

[d] *At enim* veram *dicitis virtutem non poſſe conſtitui*] Addidi *veram*, ne diſcederem a libris antiquis Sigonii et Tertii; quanquam non eſſe verbum neceſſarium duxi: ſimplex enim *virtutis* nomen ſæpe hic a Cicerone uſurpatur: et paullo poſt, ubi confutat argumentum Stoicorum, *Contra*, inquit, *eſt ac dicitis: nam conſtitui virtus nullo modo poteſt, niſi ea quæ ſunt prima naturæ, ut ad ſummam pertinentia, tenebit*. Cur igitur *veram* non rejeci? Quia vereor antiquitatem, et quia ſæpe ad inveniendam veritatem quaſi lumen aliquod præfert: quod hic fortaſſe contigit. Nam, ne quid occultem, puto Ciceronem ſcriptum reliquiſſe *at enimvero*: ut enim ab *at* et *verum*, quæ idem valent, factum eſt *at enim* et *verum enim*; cur non item ab iiſdem *at enim vero* et *verum enim vero* deducantur? cum præſertim *verum enim vero* uſitatum eſſe videamus. Hoc porro placet eo magis quia libri ſcripti nonnulli habent pro *veram*, *non*; quod a *vero*, ſi contracte ſcribatur, longe non diſtat. *P. Manucius*.

Ib. *At enim dicitis virtutem* &c.] Noſtri omnes libri veteres, uno excepto, habent partim, *At nam dicitis virtutem* &c. partim, *At enim nam dicitis* &c. Manucius teſtatur in Maffæi libro ſcriptum eſſe, *At enim* veram *dicitis virtutem* &c. quam ſcripturam non improbo, et eam confirmant noſtri libri, quamvis depravati. Credibile enim eſt, *uam* factum ex *veram*, cum eſſet ita ſcriptum *u'am*: deinde ex *u'am* factum *nam*: poſtremo ex *nam* nonnulli facere conati ſunt *non*. Contra videtur vox *veram* eſſe inanis; nam virtutis nomen, ſatis per ſe plenum, atque integrum eſt: quanquam Horatius dixit, in Epiſt. i. lib. i.

Virtutis veræ cuſtos, rigiduſque ſatelles.

Et in Oda v. lib. iii.

Nec vera virtus cum ſemel excidit &c.

Et M. Tullius infra libro v. *veram virtutem* appellat, virtutem moralem et voluntariam, differentem a non voluntaria, quam διανοητικὴν appellat Ariſtoteles.

Digitized by Google

conſtitui, ſi ea, quæ extra virtutem ſint, ad beate vivendum pertineant. Quod totum contra eſt: introduci enim virtus nullo modo poteſt, niſi omnia, quæ leget, quæque rejiciet, unam referantur ad ſummam. [e] Nam ſi omnino nos neglegimus, in Ariſtonea vitia et peccata incidemus, obliviſcemurque quæ virtuti ipſi principia dederimus: ſin ea non neglegimus, neque tamen [f] ad finem ſummi boni referemus, non multum ab Herilli levitate aberrabimus. Duarum enim vitarum nobis erunt inſtituta capienda: facit enim ille duo ſejuncta ultima bonorum; quæ, ut eſſent vera, conjungi debuerunt: nunc iſta ſeparantur ut disjuncta ſint, quo nihil poteſt eſſe perverſius. Itaque contra eſt, ac dicitis; nam conſtitui virtus nullo modo poteſt, niſi ea, [g] quæ ſint prima naturæ, ut ad ſummam pertinentia, tenebit. Quæſita enim virtus eſt, non quæ relinqueret naturam, ſed quæ tueretur. At illa, ut vobis placet, partem quandam tuetur, reliquam deſerit. Atque ipſa inſtitutio hominis ſi loqueretur, hæc diceret, primos ſuos quaſi cœptus adpetendi fuiſſe, ut ſe conſervaret in ea natura, in qua ortus eſſet. Nondum autem explanatum ſatis

Præterea *nam* potuit eſſe natum ex particula *enim* quæ antecedit. Sed hac de re judicet lector eruditus. Sed codex Memmianus tollit omnem dubitationem, in quo ſcriptum eſt, *At enim* natura *dicitis virtutem* &c. Natum erratum ex eo quod *natura* ſcripſerunt librarii illi hoc modo *na*. Hinc ceteræ ſcripturæ fluxere. *Lambinus.*

Ib. *At enim* jam *dicitis*] In hoc loco conſtituendo ſudarunt viri doctiſſimi. Nos haud repetitis eorum ſententiis, varias Codicum noſtrorum lectiones exſcribemus; dein quid nobis videatur declarabimus. Elienſ. *at enim* nam veram *dicitis*. Aſcenſ. *at enim veram dicitis*. Pariſ. tres *at* nam *dicitis*. Pall. Med. et Balliol. *at enim* nam *dicitis*. C. C. C. et Memm. *at enim* natura *dicitis*. ac ita reſcribendum puto, quod et Lambinus videtur ſtatuiſſe. *Davies.*

[e] *Nam ſi omnino* nos *negligimus*] Forte *nam ſi omnino* hæc *negligimus*. Idem.

[f] *Ad finem ſummi boni* referemus] Vulgo *referimus*. At Pariſ. pr. tert. C. C. C. Med. Elienſ. Balliol. et editio Victoriana ſic habent ut nos edidimus. *Idem.*

[g] *Quæ* ſint *prima naturæ*] Vulgo *ſunt*, refragantibus Pariſinis tribus, Elienſ. Med. et editionibus Aſcenſii ac Victorii. *Idem.*

Digitized by Google

erat, [h] quid maxume natura vellet. Explanetur igitur. Quid ergo aliud intellegetur, nisi [i] ut nequa pars naturæ neglegatur? in qua si nihil est præter rationem, sit in una virtute finis bonorum: sin est etiam corpus, ista explanatio naturæ nempe hoc effecerit, ut ea, [k] quæ ante explanationem tenebamus, relinquamus. Ergo id est convenienter naturæ vivere, a natura discedere. Ut quidam philosophi, cum a sensibus profecti majora quædam ac diviniora vidissent, sensus reliquerunt: sic isti, cum ex adpetitione rerum virtutis pulcritudinem adspexissent, omnia [l] quæ præter virtutem ipsam viderant abjecerunt, obliti, naturam omnem adpetendarum rerum ita late patere, [m] ut a principiis permanaret ad fines, [n] neque intellegunt se rerum illarum pulcrarum atque admirabilium fundamenta subducere.

XVI. Itaque mihi videntur omnes quidem illi erasse, qui finem bonorum esse dixerunt, honeste vivere; sed alius alio magis: Pyrrho scilicet maxume, qui, virtute constituta, nihil omnino, quod adpetendum sit, relinquat: deinde Aristo, qui nihil relinquere non est ausus: introduxit autem, quibus commotus [o] sapiens adpeteret aliquid, quodcumque in

[h] Quid *maxime natura vellet*] Sic recte Ascensius, Victorius et Lambinus edidere, non *quod*, ut vulgo legitur. *Davies.*

[i] *Ut* æque *pars naturæ negligatur*] Mendum subesse manifestum est. Quod si hæc cum superioribus conferantur, sensus ostendet ita legendum esse, *ut* ne qua *pars naturæ negligatur*. Ita etiam in Maffæi libro scriptum est. *P. Manucius.*

[k] *Quæ ante* explanationem *tenebamus*] Sic Elienf. et Med. quod elegantius, quam si legamus *explicationem*, quemadmodum vulgo dant. *Davies.*

[l] *Quæ* propter *virtutem ipsam viderant*] Sic omnes noſtri Codices. Legendum tamen *quæ* præter *virtutem ipsam viderant*; ut Ascensius edidit: ac ita scripsisse Ciceronem doctissimus vir Joan. Clericus observavit. *Idem.*

[m] *Ut a principiis permanaret ad fines*] Sic legendum, non ut habent plerique libri vulgati, et nonnulli manuscripti, *permaneret ad fineis*. Lambin.

[n] *Neque* intelligunt *se*] Forsan *neque* intelligentes *se* &c. *Davies.*

[o] *Sapiens appeteret aliquid*, quod cuique *in mentem incideret, et quodcumque tanquam occurreret*] Locus locum aperit, si diligenter legas. Ego hic, vel con-

Digitized by Google

mentem incideret et quodcumque tamquam occurreret. Is hoc melior quam Pyrrho, quod vel aliquod genus adpetendi dedit; deterior quam ceteri, quod penitus a natura receſſit. Stoici autem, quod finem bonorum in una virtute ponunt, ſimiles ſunt illorum: quod autem principium officii quærunt, melius quam Pyrrho: quod ea non occurrentia fingunt, vincunt Ariſtonem: quod autem ea, quæ ad naturam adcommodata et per ſe adſumenda eſſe dicunt, non adjungunt ad finem bonorum, deſciſcunt a natura, et quodam modo ſunt non diſſimiles Ariſtonis. Ille enim occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur: [p] hi autem ponunt illi quidem prima naturæ, ſed ea ſejungunt a finibus et a ſumma bonorum. [q] Quæ cum proponunt ut ſit aliqua rerum ſelectio, naturam videntur ſequi; cum autem negant ea quicquam ad beatam vitam pertinere, rurſus naturam relinquunt. Atque adhuc ea dixi, cur cauſſa Zenoni non fuiſſet quamobrem a ſuperiorum auctoritate diſcederet. Nunc reliqua videamus; niſi aut ad hæc, Cato, dicere aliquid vis, aut nos jam longiores ſumus. Neutrum vero, inquit ille: nam et a te perfici iſtam diſputationem volo, nec tua mihi oratio longa videri poteſt. Optume, inquam: quid enim mihi poteſt eſſe optatius, quam [r] cum Catone omnium virtutum auctore

tra veteres libros, unius tantum literæ mutatione legendum exiſtimo, *quodcumque in mentem incideret*. Melior omnino ſententia: et idem paullo poſt memoratur his verbis, *Hoc igitur quæritis omnes, et ii, qui quodcumque in mentem veniat, aut quodcumque occurrat, ſe ſequi dicent*. Sic poſtea comperi in antiquo Latini Latinii libro. *P. Manucius*.

Ib. Quodcunque *in mentem incideret*] Vulgo *quod cuique*: Sed olim locum reſtituerat P. Manucius ex Latinii MSto, cum quo facit Elienſ. noſter. Pari modo loquitur cap. xvii. Videſis et cap. xxv. *Davies*.

[p] *Hi autem ponunt* illi *quidem prima naturæ*] Lego *bi autem ponunt* illa *quidem prima naturæ*. Idem.

[q] *Quæ cum* proponunt] Forte *quæ cum* ponunt. *Idem*.

[r] *Cum Catone omnium virtutum* auctore] Noſter Acad. ii. 2. *Nec literarum Græcarum nec philoſophiæ jam ullum* auctorem *requiro*. Ubi non erat cur *fautorem* reponerent. Sulpicius Severus vit. Martini cap. vi. 4.

Digitized by Google

de virtutibus disputare? Sed primum illud vide, gravissimam illam vestram sententiam, quæ familiam ducit, honestum quod sit, id esse solum bonum, honesteque vivere, bonorum finem, communem fore vobis cum omnibus, qui in una virtute constituunt finem bonorum: quodque dicitis, informari non posse virtutem, [s] si quicquam, nisi quod honestum sit, numeretur, idem dicetur ab illis, quos modo nominavi. Mihi autem æquius videbatur, Zenonem cum Polemone disceptantem (a quo quæ essent principia naturæ acceperat) a communibus initiis progredientem videre ubi primum insisteret, et unde caussa controversiæ nasceretur; non stantem cum iis, qui ne dicerent quidem sua summa bona esse a natura profecta, [t] uti iisdem argumentis, quibus illi uterentur, iisdemque sententiis.

XVII. Minime vero illud probo, quod, cum docuistis, ut vobis videmini, solum bonum esse, quod honestum sit, tum rursum dicitis, initia proponi necesse esse apta et adcommodata naturæ, quorum [u] ex selectione virtus possit exsistere. Non enim in selectione virtus ponenda erat, ut id ipsum, quod erat bonorum ultimum, aliud aliquid adquireret: nam omnia, quæ sumenda quæque legenda aut optanda sunt, inesse debent in summa bonorum, ut is, qui eam adeptus sit, nihil præterea desideret. Videsne,

Ibi quoque eum Auxentius, auctor *et princeps Arianorum, gravissime insectatus est*. Velleius Paterculus lib. i. cap. xiii. 3. *Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinæ et* AUCTOR *et admirator fuit*. Ibi vide Nic. Heinsium. Pariter *virtutis et bonoris auctores* dixit Cyprianus Epist. li. *Davies*.

[s] *Si* quicquam, *nisi quod honestum sit*, numeretur] Ita Codices, non *quidpiam* ut vulgo. Lambinus autem duabus voculis adjectis, rescribit *numeretur in bonis*. Certe deest simile quiddam, nisi forsan id Cicero subaudiendum reliquerit. Vide cap. xv. *Idem*.

[t] Uti *iisdem argumentis*] Sic, Lambino et Aldo nepote præeuntibus, edidi, et sic pro varia lectione dat Elienſ. nam Codices *ut iisdem argumentis*, ac ita nullo sensu vulgo legitur. *Idem*.

[u] *Ex selectione*] Sic aliqui Codices, et Aldi nepotis editio. Recte; quod ex verbis sequentibus abunde patet. Vulgo tamen *ex electione*. Idem.

Digitized by Google

ut, quibus ſumma eſt in voluptate, perſpicuum ſit, quid iis faciendum ſit aut non faciendum? ut nemo dubitet, eorum omnia officia quo ſpectare, quid ſequi, quid fugere debeant? Sit hoc ultimum bonorum, quod nunc a me defenditur: adparet ſtatim, quæ ſint officia, quæ actiones. Vobis autem, quibus nihil eſt aliud propoſitum niſi rectum atque honeſtum, unde officii, unde agendi principium naſcatur, non reperietis. [x] Hoc igitur quæritis omnes, et ii, qui, quodcumque in mentem veniat, aut quodcumque occurrat, ſe ſequi dicent, [y] et vos ad naturam revertimini. Quibus natura jure reſponderit, non eſſe verum, aliunde finem beate vivendi, a ſe principia rei gerendæ peti: eſſe enim unam rationem, qua et principia rerum agendarum et ultima bonorum continerentur: atque ut Ariſtonis eſſet exploſa ſententia, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec eſſe res ullas, præter virtutes et vitia, inter quas quicquam omnino intereſſet, ſic errare Zenonem, [z] qui nulla in re, niſi in virtute [aut vitio,] propenſionem ne minimi quidem

[x] *Hoc igitur quæritis omnes, et ii, qui* &c.] Legendum *ut ii, qui* &c. *Urſin.*

[y] *Et vos ad naturam revertemini*] Liber Tertii *ſed vos ad naturam revertimini*, quod placet: ſequitur enim paullo poſt, *Quid autem minus conſentaneum eſt, quam, quod aiunt, cognito ſummo bono reverti ſe ad naturam ut ab ea petant agendi principium id eſt officii?* P. Manucius.

Ib. *Et vos ad naturam* revertimini] Pall. Med. C. C. C. aliique Codices *revertemini*. Lambinus autem dedit, *et vos* qui *ad naturam* revertimini. Legendum tamen *et vos* qui *ad naturam* revertemini: nam certe deeſt illud pronomen, ut nexus orationis liquido demonſtrat. *Et ii qui dicent, et vos qui revertemini.* Quod e Tertii libro P. Manucius eruit, id vero non eſt nauci. Ita tamen Aſcenſius prior ediderat. *Davies.*

[z] *Qui nulla in re, niſi in virtute* aut vitio, *propenſionem ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret.*] An igitur Zeno qui *vitium* non modo ſummum ſed etiam ſolum malum putavit, an is *in vitio propenſionem ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret?* Hæc, niſi fallor, ſibi vehementiſſime repugnant. Vix igitur dubito quin legendum ſit, *qui nulla in re, niſi in* virtute, *propenſionem ne minimi quidem* &c. exclusis vocibus *aut vitio*, quas homines inepti videntur addidiſſe. Quin et Guyetus iis adſcripſit *an gloſſema?* Idem.

Digitized by Google

momenti ad ſummum bonum adipiſcendum eſſe diceret: [a] et, cum ad beatam vitam nullum momentum ea res haberet, ad adpetitionem autem rerum, eſſe in his momenta diceret. Quaſi vero hæc adpetitio non ad ſummi boni adeptionem pertineret! Quid autem minus conſentaneum eſt, quam quod aiunt, cognito ſummo bono, reverti ſe ad naturam, ut ab ea petant agendi principium, id eſt, officii? Non enim actionis aut officii ratio inpellit ad ea, quæ ſecundum naturam ſunt, adpetenda: ſed ab his et adpetitio et actio conmovetur.

XVIII. Nunc venio ad illa tua brevia, quæ conſectaria eſſe dicebas: et primum illud, quo nihil poteſt eſſe brevius, Bonum omne, laudabile: laudabile autem omne, honeſtum: igitur omne bonum, honeſtum. O plumbeum pugionem! Quis enim tibi illud primum conceſſerit; quo quidem conceſſo, nihil opus eſt ſecundo: [b] ſi enim omne bonum laudabile eſt, omne honeſtum eſt. Quis tibi ergo iſtud dabit, præter Pyrrhonem, Ariſtonem, eorumve ſimiles? quos tu non probas. Ariſtoteles, Xenocrates, tota illa familia, non dabit; quippe qui valitudinem, vires, divitias, gloriam, multa alia, [c] bona eſſe dicunt, lau-

[a] *Et cum ad beatam vitam nullum momentum* ea res haberet, *ad appetitionem* autem *rerum, eſſe in his momenta diceret*] Cùm præceſſerit *ea res*, nullus *his* eſt locus, niſi priora illa male ſe habere ſtatueris. Itaque reſcripſerim, *et cum ad beatam vitam nullum momentum* ceteræ *res* haberent, *ad appetitionem* tamen *rerum, eſſe in his momenta diceret*. Mutationes quas feci neceſſarias eſſe, ſententia, niſi fallor, ipſa ſatis docet. Adi capp. 18, 19. Ultimam vero vocem, licet παρίλκειν videatur, haud expunxi, quod alibi Ciceronem ſimiliter locutum eſſe deprehendi. Vide nos Acad. i. 13. *Davies.*

[b] *Si enim omne bonum laudabile eſt, omne honeſtum eſt*] Lambinus edidit *omne* bonum *honeſtum eſt*. Sed ex ipſa re conſtat reponendum eſſe *ſi enim omne bonum laudabile eſt*; *omne* laudabile *honeſtum eſt*. Ac ita dant Aſcenſii, Aldi avi aliorumque nonnullorum libri typis impreſſi; nam cuncti, quod ſciam, MSSti vocem illam neſciunt. *Idem.*

[c] *Bona eſſe* dicunt] Vulgo *dicant*. Nos Elienſ. C. C. C. et editionem Victorii ſequimur. *Idem.*

Digitized by Google

dabilia non dicant. Et hi quidem ita non ſola virtute finem bonorum contineri putant, ut rebus tamen omnibus virtutem anteponant. Quid cenſes eos eſſe facturos, qui omnino virtutem a bonorum fine ſegregaverunt, Epicurum, Hieronymum, illos etiam, ſi qui Carneadeum finem tueri volunt? Jam aut Callipho aut Diodorus [d] quo modo poterunt tibi iſtud concedere, qui ad honeſtatem aliud adjungant, quod ex eodem genere non ſit? Placet igitur tibi, Cato, cum res ſumpſeris non conceſſas, ex illis efficere quod velis? Jam ille ſorites, [e] quo nihil putatis eſſe melius, Quod bonum ſit, id eſſe optabile: quod optabile, id eſſe expetendum: quod expetendum, laudabile: deinde reliqui gradus; ſed ego in hoc reſiſto: eodem enim modo tibi nemo dabit, quod expetendum ſit, id eſſe laudabile. [f] Illud vero minime conſectarium,

[d] *Quo* modo *poterunt*] Vulgo *quo poterunt*. Sed, ipſa re poſtulante, Pariſ. tert. C. C. C. et veteres editos ſequimur. *Dav.*

[e] *Quo nihil putatis eſſe* melius] Vulgo *quo nihil putatis eſſe vitioſius*. Et ſoriten quidem *vitioſum interrogandi genus* eſſe dicit noſter Acad. ii. 16. 28. Sed ſua ſibi vineta cæderent Stoici, ſi ſoriten illum, quo quod expetendum ſit id eſſe laudabile probant, eſſe vitioſum concederent. Nihil igitur hæſitans, lectionem recepi, quam totidem litteris Med. exhibet. Sin alteram vocem tenendam putes, ſaltem legas oportet, *quo* genere *nihil putatis eſſe vitioſius*, ut non ad ſingularem hunc ſoriten reſpiciat Cicero, ſed de toto genere ſententiam Stoicorum declaret. Vide Laertium vii. 82. Hæc autem verba, tanquam ſpuria, deleri jubet Ob. Giſanius tom. ii. Syllog. Epiſt. Burmannianæ pag. 308. *Idem.*

[f] *Illud vero minime conſectarium, ſed in primis hebes illorum, gloriatione*] Sic reſtituit hunc locum Muretus, duabus his vocibus *ſcilicet nominum*, quæ ex aliqua annotatione natæ erant, deletis, et diſtinctione mutata. Profert autem hunc locum Nonius in voce *conſectarium*; quod ille interpretatur *efficax, perfectum*: ubi tamen impreſſum eſt, *conjectarium*, non *conſectarium*. Lambinus.

Ib. *Illud vero minime* conſectarium, *ſed in primis hebes illorum*] Laudat Nonius in *conjecturarium*; ſic enim perperam legit. Noſtri vero Codices cum reliquis omnibus, præter unum Car. Sigonii, dant *ſed inprimis hebes* vel *habes, illorum* ſcilicet nominum *gloriatione dignam* &c. Illas vero duas voces ex gloſſa natas eſſe recte monuerunt P. Manucius et D. Lambinus, facem præferente M. A. Mureto Var. Lect. iv. 13. *Davies.*

Digitized by Google

ſed in primis hebes illorum, gloriatione dignam eſſe beatam vitam, quod non poſſit ſine honeſtate contingere, [g] ut jure quiſquam glorietur. Dabit hoc Zenoni Polemon, etiam magiſter ejus, et tota illa gens, et reliqui, qui virtutem omnibus rebus multo anteponentes, adjungunt ei tamen aliquid ſummo in bono finiendo. Si enim virtus, digna eſt gloriatione, ut eſt, tantumque præſtat ceteris rebus, ut dici vix poſſit; et beatus eſſe poterit virtute una præditus, carens ceteris. Nec tamen illud tibi concedet, præter virtutem, nihil in bonis eſſe ducendum. Illi autem, quibus ſummum bonum ſine virtute eſt, non dabunt fortaſſe, vitam beatam habere in quo jure poſſit gloriari: etſi illi quidem etiam voluptates faciunt interdum glorioſas. Vides igitur, te aut ea ſumere quæ non concedantur, aut ea quæ etiam conceſſa te nihil juvent.

XIX. Equidem in omnibus iſtis concluſionibus hoc putarem philoſophia nobiſque dignum, et maxume cum ſummum bonum quæreremus, vitam noſtram, conſilia, voluntates, non verba conrigi. Quis enim poteſt iſtis, quæ te, ut ais, delectant, brevibus et acutis auditis, de ſententia decedere? Nam [h] cum

[g] *Ut jure quiſquam glorietur*] Sic omnino in duobus antiquis libris; opinor tamen, ut ſuppoſiticium, inducendum eſſe: additum enim videtur ad interpretationem antecedentium verborum. Quod eo magis exiſtimo, quia reſponderi conſtat ad id quod lib. iii. [cap. 8.] dictum eſt his verbis, *Ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam eſſe beatam vitam; quod non poſſit quidem, niſi honeſtæ vitæ, jure contingere. Ita fit, ut honeſta vita beata ſit.* Is autem locus correctionem doctiſſimi viri confirmat M. Antonii Mureti, qui legendum putat ex Nonio, *Illud vero minime conſectarium, ſed in primis hebes illorum, gloriatione dignam eſſe beatam vitam: quod non poſſit* &c. Id quod Sigonii quoque liber comprobat. *P. Manucius.*

Ib. *Ut jure quiſquam glorietur*] Sic omnes omnino Codices, et ſuſpicionibus ſuis plus quam par erat indulſit P. Manucius, qui hæc in ſpuriis et ſuppoſiticiis numeravit. Supra tamen legerim *cum non poſſit ſine honeſtate* &c. *Davies.*

[h] *Cum ea ſpectant et avent audire*] Nonnulli, reor, ex conjectura, *cum* exſpectant *et avent audire*; quod frigidum. Noſtri certe libri receptam lectionem retinent; ea tamen vide-

Digitized by Google

ea ſpectant et avent audire, cur dolor malum non ſit; dicunt illi, [i] aſperum eſſe dolere, moleſtum, odioſum, contra naturam, difficile toleratu: ſed, quia nulla ſit in dolore nec fraus, nec inprobitas, nec malitia, nec culpa, nec turpitudo, non eſſe illud malum. Hæc qui audierit, ut ridere non curet, diſcedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferendum, quam venerat. Tu autem negas fortem eſſe quemquam poſſe, qui dolorem malum putet. Cur fortior ſit, ſi illud, quod tute concedis, aſperum et vix ferendum putabit? Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis naſcitur. Et ais, ſi una littera conmota ſit, fore tota ut labet diſciplina. Utrum igitur tibi litteram videor an totas paginas conmovere? ut enim ſit apud illos, id quod eſt a te laudatum, ordo rerum conſervatus, et omnia inter ſe apta et connexa, (ſic enim aiebas) tamen perſequi non debemus, ſi a falſis principiis profecta [k] congruunt ipſa ſibi, et a propoſito non aberrant. In prima igitur conſtitutione Zeno tuus a natura receſſit; cumque ſummum bonum poſuiſſet in ingenii præſtantia, quam virtutem vocamus, nec quicquam aliud bonum eſſe dixiſſet niſi quod eſſet honeſtum, nec virtutem poſſe conſtare, ſi in ceteris rebus eſſet quicquam, quod aliud alio melius eſſet aut pejus; [l] his propoſitis, tenuit prorſus conſequentia. Recte dicis:

tur ineptiſſima. Quid igitur? Lego *cum* eos *ſpectant et avent audire*. Loquendi ratio ducitur ex eo quod quotidie fit; homines enim eos, a quibus nova quædam miraque geſtimus audire, fixis oculis intuemur. Conſtantinus Porphyrogenneta de Themat. lib. i. pag. 3. Πᾶς ὁ λαὸς ἵνα καὶ μόνον τὸν βασιλέα ἰδῶσιν, ſcilicet ut ad ejus nutum ſe componeret. Sic de Peloponidis ait idem lib. ii. pag. 92. Ἡ Πελοποννησος εἰς αὐτοὺς ἀφιώρα, Peloponneſum ab eis pendere ſignificans. Ita Chabriam *magis milites, quam qui præerant*, ASPEXISSE tradit Corn. Nepos in ejus vita cap. iv. 1. *Davies.*

[i] *Aſperum eſſe dolere—difficile toleratu*] Sic Pal. quart. Pariſ. pr. tert. At reliqui dant *aſperum eſſe dolorem—difficilem toleratu*; quod eodem redit. *Idem.*

[k] Congruunt *ipſa ſibi*] Sic edidi, Aſcenſium et Lambinum ſecutus. Vulgo *congruent*, quod cum ſequente verbo parum recte conjungeretur. *Idem.*

[l] *His* propoſitis] Legerim *bis poſitis*. Idem.

Digitized by Google

negare enim non poſſum: ſed ita falſa ſunt ea, quæ conſequuntur, ut illa, e quibus hæc nata ſunt, vera eſſe non poſſint. Docent enim nos (ut ſcis) dialectici, ſi ea, quæ rem aliquam ſequantur, falſa ſint, falſam illam ipſam eſſe, quam ſequantur. Ita fit illa concluſio non ſolum vera, ſed ita perſpicua, ut dialectici ne rationem quidem reddi putent oportere, Si illud, hoc: non autem hoc: igitur ne illud quidem. [m] Sic conſequentibus veſtris ſublatis, prima tollantur; quæ ſequuntur igitur, omnes, qui non ſunt ſapientes, æque miſeros eſſe, ſapientes omnes ſumme beatos eſſe, recte facta omnia æqualia, omnia peccata paria, quæ cum magnifice primo dici viderentur, conſiderata minus probantur: [n] ſenſus enim cujuſque et natura rerum atque ipſa veritas clamat quodam modo, non poſſe adduci, ut inter eas res, quas Zeno exæquaret, nihil intereſſet.

XX. [o] Poſtea tuus ille Pœnulus, (ſcis enim Ci-

[m] Sic, *conſequentibus* &c.] Totam hanc orationem ſic ordinandam puto: *Si, conſequentibus veſtris ſublatis, prima tollantur; quæ ſequuntur igitur, omnes —paria,* quamquam *magnifice primo dici* videantur, *conſiderata minus probantur.* Lambinus hoc modo legit, *ſic conſequentibus veſtris ſublatis, prima* tolluntur: *quæ ſequuntur igitur, omnes—paria, quæ magnifice primo dici* videntur *&c.* Uter rectius, aliorum ſit judicium. *Davies.*

[n] *Senſus enim cujuſque, et natura rerum, atque ipſa veritas* &c.] Sic Horatius Sat. iii. lib. primo.

Queis paria eſſe fere placuit peccata, laborant,
Cum ventum ad verum eſt, ſenſus, moreſque repugnant,
Atque ipſa utilitas, juſti prope mater, et æqui. Lambin.

Ib. *Ipſa veritas* clamat] Vulgo *clamabat.* Aſcenſius *clamabit,* quod melius. Nos Pariſ. ſec. tert. hic exhibemus, ac ita dant ex editis nonnulli. *Davies.*

[o] *Poſtea tuus ille Zenulus, ſcis enim ſcitius quam hunc a philoſophia clientes tuos a Poetica profectos*] Semper hunc locum mendoſum eſſe ſuſpicati ſumus. Veneti pro *Zenulus Pœnulus,* et alia paullo aliter. Ac poteſt quidem a *Zenone* quoque *Zenulus,* ut a *lenone lenulus* apud Plautum. Sed mihi talis lectio, vel huic non diſſimilis certe quædam, vera videtur eſſe, *Poſtea tuus ille Pœnulus: ſcis enim Citieas clientes tuos a Phœnicia eſſe profectos.* Conſtat enim certe Zenonem fuiſſe Citiea; et quamvis Citium fuerit in Cypro Græcum oppidum, tamen Phœnicas incolas admiſit. Itaque Laertius ſic de Zenone orditur [vii. 1.] Ζήνων Μνασέᾳ ἢ Δημέᾳ,

tiæos, clientes tuos, a Phœnicia profectos) homo igitur acutus cauſſam non obtinens, repugnante natura, verba verſare cœpit. Et primum rebus iis, [p] quas nos bonas ducimus, conceſſit, [q] ut haberentur aptæ,

Κιτιιεὺς ἀπὸ Κύπρου πολίσματος Ἑλληνικῆ Φοίνικας ἱποίκους ἰσχνικότος. Clientes autem hos Catonis fuiſſe quis dubitet? cum in hujus clientela tota Cyprus eſſet; quippe qui, publicato nefaria rogatione Clodii, ut Cicero vult, regno Cypri, ad illud occupandum et regiam pecuniam deportandam miſſus fuerit. Itaque jam prope, quod non facile ſoleo facere, hanc noſtram lectionem eſſe veram auſim affirmare. *Camerar.*

Ib. *Scis enim Citiæos, clientes tuos, e Phœnicia profectos*] Laertius in Zenone auctor eſt [vii. 1.] Citiæos a Phœnicibus originem duxiſſe; quem ego ſecutus emendavi *e Phœnicia* ſive *a Phœnicia*, cum antea legeretur *a poetica*, fœdo errore et manifeſto. Appellat autem *Pœnulum* Zenonem, quaſi callidum et aſtutum, ut ſunt Pœni fere omnes, qui a Phœnicibus nomen acceperunt: qua ratione *Pœnulum* Zenonem dixit Cicero, quod a Phœnicibus eſſe oriundus. P. Manucius. *Ibid.* Non Pœnulum vocat noſter Zenonem, quod callidus eſſet; ſed appellatione diminutiva propter contemtum utitur. Alioqui cognomine *Pœnus* ſive Φοίνιξ appellabatur, ut tradit Suidas. Vide ſis et Laertium vii. 3. *Davies.*

Ib. *E Phœnicia profectos*] *E Pœnicia* puto legendum, ut ſervetur antiqua ſcribendi ratio qua *bellum Pœnicium* in ænea tabella inciſum eſt. In veteribus etiam libris hujus ſcripturæ veſtigium apparet, qui habent *poetica*, corrupte ſcilicet pro *Pœnicia*. Urſin.

[p] *Quas nos bonas* ducimus] MS. C. C. C. Elienſ. et veteres editi *dicimus*. Pall. vero reliquique noſtri *ducimus*; quod ob ſequens *haberentur* retineo. *Davies.*

[q] *Ut haberentur* aptæ, habiles, *et ad naturam accommodatæ*] Pro duobus verbis *aptæ, habiles*, unum *optabiles* habet MStus. *Urſin.*

Ib. *Ut haberentur* aptæ, habiles, *et ad naturam accommodatæ*] Urſini MStus, *ut haberentur* optabiles *et ad naturam accommodatæ*. Sic etiam Med. noſter. Huic vero lectioni repugnat ſermo Stoicus. Infra. c. 23. *Hoc vero te ferre non potuiſſe, quod antiqui illi—crediderint, ejus qui honeſte viveret, ſi idem et bene valeret, bene audiret, copioſus eſſet*, optabiliorem *fore vitam melioremque et magis expetendam quam illius* &c. *Illi igitur antiqui non tam acute* optabiliorem *illam vitam putant, præſtantiorem, beatiorem: Stoici autem tantummodo præponendam in ſeligendo, non quo beatior hæc vita ſit, ſed quod ad naturam accommodatior.* Et cap. 26. *Illa* (præpoſita) *non dico me expetere, ſed legere*; *nec* optare, *ſed ſumere.* Nihil igitur hoc in loco moveatur. *Davies.*

Digitized by Google

habiles, et ad naturam adcommodatæ; fateriquè cœpit, ſapienti, hoc eſt, ſumme beato, commodius tamen eſſe, ſi ea quoque habeat, quæ bona non audet adpellare; [r natura ipſa adcommodata eſſe concedit:] negatque, Platonem, ſi ſapiens non ſit, eadem eſſe in cauſſa, qua tyrannum Dionyſium: huic mori optumum eſſe, propter deſperationem ſapientiæ; illi, propter ſpem, vivere: peccata autem partim eſſe tolerabilia, partim nullo modo, propterea quod alia peccata plures, alia pauciores quaſi numeros officii præterirent: jam inſipientes alios ita eſſe, ut nullo modo ad ſapientiam poſſent pervenire; alios, qui poſſent, s ſi id egiſſent, ſapientiam conſequi. Hic loquebatur aliter atque omnes: ſentiebat idem quod ceteri: nec vero minoris æſtimanda ducebat ea, quæ ipſe bona negaret eſſe, quam illi, qui ea bona eſſe dicebant. Quid igitur voluit ſibi, qui illa mutaverit? Saltem aliquid de pondere detraxiſſet et paullo minoris æſtimaviſſet ea quam Peripatetici, ut ſentire quoque aliud, non ſolum dicere videretur. Quid? de ipſa beata vita, ad quam omnia referuntur, quæ dicitis? Negatis eam eſſe, quæ expleta ſit omnibus iis rebus quas natura deſideret, totamque eam in una virtute ponitis. Cumque omnis controverſia aut de

r *Natura ipſa accommodata eſſe concedit*] Lambinus et Aldus nepos edidere, *naturæ ipſi accommodata*; contra quam volunt MSSti, qui tamen fere non *accommodata*, ſed *commoda*, præ ſe ferunt. De lectionis varietate non multum laboro; hæc enim omnia mihi librariorum videntur emblema. Cum enim jam dixiſſet, *rebus iis, quas nos bonas ducimus, conceſſit, ut haberentur aptæ, habiles et* ad naturam accommodatæ; *fateriquè cœpit ſapienti*—commodius *tamen eſſe, ſi ea quoque habeat quæ bona non audet appellare,* ſine fatua inſulſaque tautologia verba, de quibus agitur, addi non poſſe puto. Quapropter uncinis ea clauſimus. *Davies.*

s *Si id* geſſiſſent.] Suſpicor de mendo. Tertii liber *geſiſſent.* Uſitatius erat *egiſſent.* Idem poſtea ſcriptum vidimus in Latinii libro. *P. Manucius.*

Ib. *Si id egiſſent*] Lambinus edidit *ſi proceſſiſſent.* Vulgo *ſi id geſſiſſent,* a quo ſtant noſtri Codices. Loquendi tamen uſus fecit, ut id quod P. Manucius in Latinii MSto, Gruterus in Pal. ſec. invenit, receperim. *Davies.*

Digitized by Google

re ſoleat aut de nomine eſſe; utraque earum naſcitur, ſi aut res ignoratur aut erratur in nomine: quorum ſi neutrum eſt, opera danda eſt, ut verbis utamur quam uſitatiſſimis et quam maxume aptis, id eſt, rem declarantibus. Num igitur dubium eſt, quin, ſi in re ipſa, nihil peccatur a ſuperioribus, [t] verbis illi commodius utuntur?

XXI. Videamus igitur ſententias eorum: tum ad verba redeamus. Dicunt adpetitionem animi moveri, cum aliquid ei ſecundum naturam eſſe videatur: omniaque, quæ ſecundum naturam ſunt, æſtimatione aliqua digna: eaque pro eo, quantum in quoque ſit ponderis, eſſe æſtimanda: [u] quæque ſecundum naturam ſint, [x] partim nihil habere in ſeſe ejus adpetitionis, de qua ſæpe jam diximus, quæ nec honeſta, nec laudabilia dicantur: partim * * * quæ voluptatem habeant in omni animante, ſed in homine rationem etiam. Ex his quæ ſint apta, ea honeſta, ea pulchra, ea laudabilia; illa autem ſuperiora, naturalia nominantur; quæ conjuncta cum honeſtis vitam beatam perficiunt et abſolvunt. Omnium autem eorum commodorum, quibus non illi plus tribuunt, qui illa bona eſſe dicunt, quam Zeno, qui negat, longe præſtantiſſimum eſſe, quod honeſtum eſſet atque lau-

[t] *Verbis illi commodius utantur*] Legendum videtur *commodioribus*. Commodioribus autem, id eſt, aptioribus, et accommodatioribus. *Lambin.*

Ib. *Verbis illi commodius utuntur*] Lego *verbis illi commodis utantur:* nam Latinitas, niſi fallor, haud finit, ut *indicandi* modum Tullius adhibeat. *Davies.*

[u] *Quæ ſecundum naturam* ſint] Vulgo *ſunt.* Sed alterum repræſentant Pariſ. ſec. tert. C. C. C. Med. et ita Victorius edidit. *Idem.*

[x] *Partim nihil habere in ſeſe ejus appetitionis de qua ſæpe jam diximus, quæ nec honeſta nec laudabilia dicantur; partim quæ voluptatem habeant in omni animante, ſed in homine rationem etiam*] Silent interpretes, nihilque juvant Codices. Lambinus quidem edidit *partim* habere, *quæ voluptatem habeant* &c. Mihi locus non videtur integer. At licet eum mendoſum eſſe video; quæ tamen ineunda ſit emendandi via, non intelligo. Defectus tamen appoſui notam, quod librarii nonnulla prætermiſiſſe videbantur. *Idem.*

Digitized by Google

dabile: ſed, ſi duo honeſta propoſita ſint, alterum cum valitudine, alterum cum morbo, non eſſe dubium ad utrum eorum natura nos ipſa deductura ſit: ſed tamen tantam vim honeſtatis eſſe, tantumque eam rebus omnibus præſtare et excellere, ut nullis nec ſuppliciis nec præmiis demoveri poſſit ex eo quod rectum eſſe decreverit: omniaque, quæ dura, difficilia, adverſa videantur, [y] ea virtutibus iis, quibus a natura eſſemus ornati, obteri [z] poſſe, non faciles illas quidem, nec contemnendas (quid enim eſſet in virtute tantum?) ſed ut hoc judicaremus, non eſſe in his [a] partem maxumam poſitam beate aut ſecus vivendi. Ad ſummam, ea quæ Zeno æſtimanda et ſumenda et apta naturæ eſſe dixit, eadem illi bona adpellant: vitam autem beatam illi eam, quæ conſtaret ex iis rebus, quas dixi, aut plurimis aut graviſſimis. Zeno autem, quod ſuam, quod propriam ſpeciem habeat,

[y] *Ea virtutibus bis, quibus a natura eſſemus ornati,* aptari *poſſe*] Fortaſſe fuit in veteribus exemplis ſcriptum *opteri*. Venetum quidem exemplum *obteri* habet. Sed quomodo cohærent quæ ſequuntur, *non faciles illas quidem nec contemnendas?* De hoc igitur quærendum. Ac *res* quidem ſi adderetur, quaſi complanatus jam locus eſſet, ut fieret, *non faciles illas quidem* res, *nec* &c. Sed quæramus amplius. *Camerar.*

[z] *Poſſe:* valetudinem autem, pulchritudinem, celeritatem, vires corporis, divitias et ceteras res hujus generis *non faciles illas quidem* &c.] Poſt *obteri poſſe* et ante *facileis illas quidem*, erat lacuna in uno libro manuſcripto, longe omnium antiquiſſimo: quæ ſic in ora libri aliena manu, ut videtur, expleta eſt, ut jam olim edidimus. *Lambinus.*

Ib. *Non faciles illas quidem nec contemnendas*] Hoc fortaſſe vident alii quo referatur: mihi, homini non acuto, tenebras eſſe confiteor. Quod ſi legatur cum Sigonii libro *non facilia illa quidem nec contemnenda*; nemo erit tam hebes qui hæc non cernat ab iis pendere *quæ dura, difficilia, adverſa videantur.* P. Manucius.

Ib. *Non faciles illas quidem nec contemnendas*] Niſi forſan hic quædam deſint, quod equidem vehementer ſuſpicor; ductu libri Sigoniani, qui dabat *non facilia illa quædam nec contemnenda*, reſcripſerim, *non* ut futilia *illa quidem* et *contemnenda—ſed ut hoc judicaremus* &c. *Davies.*

[a] *Partem maximam poſitam beate aut ſecus vivendi*] Vulgo *aut beate aut ſecus.* Primam vero voculam delevi fide MSStorum Med. Pariſ. pr. ſec. et Elienſ. nec eam Aſcenſius aut Victorius agnoſcunt. *Idem.*

Digitized by Google

cur adpetendum ſit, id ſolum bonum adpellat: [b] beatam autem vitam eam ſolam, quæ cum virtute degatur.

XXII. Si de re diſceptari oportet; nulla mihi tecum, Cato, poteſt eſſe diſſenſio: nihil eſt enim, de quo aliter tu ſentias atque ego, modo commutatis verbis ipſas res conferamus: nec hoc ille non vidit, ſed verborum magnificentia eſt et gloria delectatus. [c] Qui ſi ea quæ dicit, ita ſentiret ut verba ſignificant; [d] quid inter eum et vel Pyrrhonem vel Ariſtonem intereſſet? ſin autem eos non probat, quid adtinuit cum iis, [e] quibuſcum re concinebat, verbis diſcrepare? Quid ſi reviviſcant [f] Platonici illi et deinceps qui eorum auditores fuerunt, et tecum ita loquantur? Nos cum te, M. Cato, ſtudioſiſſimum philoſophiæ, juſtiſ-

[b] *Beatam autem vitam eam ſolam, quæ cum virtute degatur*] An igitur Academici vel Peripatetici vitam beatam ſine virtute poſſe fieri concedebant? Nullo modo. Pro Zenonis itaque ſententia legas oportet, *beatam autem vitam eam quæ* SOLA *cum virtute degatur*. Davies.

[c] Qui *ſi ea* quæ *dicit, ita ſentiret ut verba ſignificant*] Lego *quod ſi ea* qui *dicit, ita ſentiret ut verba ſignificant*. Hoc niſi fiat, mihi profecto Tullius non eloqui, ſed balbutire videatur. *Idem*.

[d] *Quid inter eum* et *vel Pyrrhonem vel Ariſtonem intereſſet*] Vulgo *inter eum vel Pyrrhonem*. Nos autem voculam ſenſui neceſſariam MSStis C. C. C. Elienſ. Med. et editionibus Aſcenſianæ ac Victorianæ debemus. *Idem*.

[e] *Quibuſcum re concinebat*] Sic hunc locum reſtitui ex Nonio. *Lambinus*.

Ib. *Quibuſcum re* concinebat] Sic reſtituit Lambinus, ut ait, ex Nonio. Nonius tamen in editione Joſ. Merceri repræſentat *cum quibus re concinebatur*. Nec aliter illius Grammatici MS. C. C. C. Vide ſis eum in *concinnare*. Verum tamen a ſcopo non aberrabat Lambinus; ſic enim, ut edidit, habent Pal. quart. et Pariſ. pr. tert. In reliquis *conveniebat*, quod, ut reor, eſt gloſſema. *Davies*.

[f] *Platonici illi et deinceps qui eorum auditores fuerunt*] *Platonici*, niſi fallor, non ſolos *Platonis* auditores, ſed eos omnes, qui Platonis dogmata ſequuntur, licet ab ejus ætate fuerint remotiſſimi, complectuntur. J. Fr. Gronovii MStus exhibebat *Platonis illi*. Legendum ſuſpicor *Platonis* alumni *et deinceps qui eorum auditores fuerunt*. Nam *auditores* ex verbis ſequentibus mutuari, durum videtur. Ut repoſuimus, loquitur infra cap. 26. *Idem*.

Digitized by Google

simum virum, optumum judicem, religiosissimum testem audiremus; [g] admirati sumus, quid esset cur nobis Stoicos anteferres, qui de rebus bonis et malis sentirent ea, quæ ab hoc Polemone Zeno cognoverat: nominibus uterentur iis, quæ prima specie, admirationem; re explicata, risum moverent. Tu autem, si tibi illa probabantur, cur non propriis verbis illa tenebas? sin te auctoritas commovebat, nobisne omnibus et Platoni ipsi nescio quem illum anteponebas? præsertim cum in republica princeps esse velles, ad eamque tuendam cum summa tua dignitate maxume a nobis ornari atque instrui posses? nobis enim ista quæsita, a nobis descripta, notata, præcepta sunt; omniumque [h] rerumpublicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam et instituta ac mores civitatum perscripsimus: eloquentiæ vero, quæ et principibus [i] maxumo ornamento est et qua te audivimus valere plurimum, quantum tibi ex monumentis nostris addidisses! Ea cum dixissent, quid tandem talibus viris responderes? Rogarem te, inquit, ut diceres pro me tu idem, qui illis orationem dictavisses, vel potius paullulum loci mihi, ut his responderem, dares, nisi et te audire nunc mallem, et iis tamen alio tempore responsurus essem, tum scilicet, cum tibi.

XXIII. Atqui, si verum respondere velles, Cato, hæc erant dicenda, Non eos tibi non probatos, tantis ingeniis homines tantaque auctoritate, sed te animadvertisse, quas res illi propter antiquitatem parum vidissent, eas a Stoicis esse perspectas, eisdemque de rebus hos tum acutius disseruisse, tum sensisse gravius et fortius; quippe qui primum valitudinem bo-

[g] *Admirati sumus*] Malim legi *demirati sumus*. Lambin.

[h] *Rerumpub.* rationes] Ven. *rectiones*; sed et alii similiter: et mox in quinto [cap. iv.] eodem verbo utitur, et simile certe est *scriptio, dictio, lectio* &c. *Camerar.*

[i] Maximo *ornamento est*] Vulgo *maxime*. Sed nos elegantiam, quam suppeditabat Elienf. aspernari non potuimus. *Davies.*

Digitized by Google

nam expetendam negent esse, eligendam dicant: non quia sit bonum valere, sed quia sit non nihilo æstimandum; [k] neque tamen pluris, quam illis videatur, qui illud non dubitant bonum dicere. Hoc vero te ferre non potuisse, quod [l] antiqui illi, quasi barbati, ut nos de nostris solemus dicere, crediderint, ejus, qui honeste viveret, si idem et bene valeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore vitam melioremque et magis expetendam, quam illius, qui æque vir bonus, multis modis esset, ut Ennii Alcmæo,

—Circumventus morbo, exsilio, atque inopia.

Illi igitur antiqui non tam acute optabiliorem illam vitam putant, præstantiorem, beatiorem. Stoici autem tantummodo præponendam in seligendo; non quo beatior hæc vita sit, sed quod ad naturam accommodatior: et qui sapientes non sunt, omnes æque miseros esse. [m] Stoici hoc videlicet viderunt: illos autem id fugerat superiores; qui arbitrabantur, ho-

[k] *Neque tamen* pluris, *quam illis* videatur] Corrupte Pall. quint. sext. Paris. tres, C. C. C. et Balliol. *neque tamen plures quam illi videntur*. At multo melius Med. habet *neque tamen pluris quam illis* videtur. Hic autem vel Tullii calamus, vel librarii deerrarunt; nam sensus omnino flagitat, *neque tamen* minoris *quam illis* videtur, *qui illud non dubitant bonum dicere*. Scilicet Stoici, quod illis philosophis passim exprobrat Cicero, non *minoris* ea, quæ *præposita* vocabant, fecere, quam Peripatetici, qui eadem *bona* dicebant. *Davies*.

[l] *Antiqui illi quasi* barbati] Elienf. et Med. *barbari*. Sic et Ascenfii, P. Manucii ac Aldi nepotis editiones, nec aliter ex conjectura reponebat vir eruditus. Ego secus sentio. Nam mihi veteres illos, *barbatos* videtur appellare; quod antiquissimi Romani barbam non tondebant. Cicero pro Sextio cap. viii. *Unum aliquem te ex* barbatis *illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen reip. diceres intueri*. Et pro Murena cap. xii. *Hæc jam tum apud illos* barbatos *ridicula, credo, videbantur*. Ibi vide P. Manucium, et Oct. Ferrarium Elect. ii. 12. Juvenalis Sat. iv. 103.

—Facile est barbato *imponere regi.*

Adi fis et xvi. 30. *Idem*.

[m] *Stoici* hoc *videlicet viderunt*] Vulgo *hæc*. Paris. sec. tert. *bos*. At *hoc* recte dant Elienf. C. C. C. et Med. ac ita Victorius edidit. Sequens *id* rem liquido probat. *Idem*.

Digitized by Google

mines ſceleribus et parricidiis inquinatos, [n] nihilo miſeriores eſſe, quam eos, qui cum caſte et integre viverent, nondum perfectam illam ſapientiam eſſent conſecuti. Atque hoc loco ſimilitudines eas, quibus illi uti ſolent, diſſimillimas proferebas. Quis enim ignorat, ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad reſpirandum qui ad ſummam jam aquam adpropinquant, ſed nihilo magis reſpirare poſſe, quam eos qui ſunt in profundo? Nihil igitur adjuvat procedere et progredi in virtute, quo minus miſerrimus ſit, antequam ad eam pervenerit, [o] quoniam in aqua nihil adjuvat; et quoniam catuli, [p] qui jam diſpecturi ſunt, [q] cæci æque et ii qui modo nati, Platonem quoque neceſſe eſt, quoniam nondum videbat ſapientiam, æque cæcum animo ac Phalarim fuiſſe.

XXIV. Iſta ſimilia non ſunt, Cato, in quibus quamvis multum proceſſeris, tamen illud in eadem cauſſa eſt, a quo abeſſe velis, donec evaſeris: nec enim ille reſpirat ante quam emerſit, et catuli æque cæci [r] priuſquam diſpexerunt, ac ſi ita futuri ſemper eſſent. Illa ſunt ſimilia, hebes acies eſt cuipiam oculorum: corpore alius langueſcit: hi curatione adhi-

[n] Nihilo *miſeriores*] Non Stoicorum ſed Academicorum ſententiam refert Tullius: at hi cunctos, qui ſapientes non ſunt, haud æque miſeros dicebant. Igitur eorum menti plane repugnat quod hic ponitur. Hac de cauſa Guyetus legendum putat *non nihilo*. Cum vero nimis diluta videatur ea loquendi ratio, ſcripſerim *nimio miſeriores*. Plautus Bacchid. Act. ii. Sc. iii. 80. Nimio *hic privatim ſervaretur* rectius. Vide ſis et Moſtell. Act. i. Sc. i. 69. *Davies.*

[o] *Quoniam in aqua nihil adjuvat*] Et hoc quiddam olet gloſſematis perſimile; quo genere bonos libros olim imperiti homines referſerunt. *P. Manucius.*

[p] *Qui jam* diſpecturi *ſunt*] Vulgo *deſpecturi*. Sic etiam c. 24. *Catuli æque cæci priuſquam* deſpexerunt. Legendum *diſpecturi* et *diſpexerunt*, quod etiam Lambinus recte monuit. Horum certe verborum diverſæ ſunt poteſtates, nec idem *deſpicere*, quod *diſpicere*, ſonat. *Davies.*

[q] *Cæci æque* et *ii*] Sic omnes Pall. noſtrique Codices; nec eſt cur legamus *cæci æque* ut *ii*. Vide nos ad lib. ii. c. 7. *Idem.*

[r] *Prius quam* deſpexerunt] Legendum cenſeo, *diſpexerunt*: et ſupra non longe, *qui jam* diſpecturi *ſunt*. Lambin.

Digitized by Google

bita levantur in dies; alter valet plus cotidie, alter videt. [s] Hi ſimiles ſunt omnibus qui virtuti ſtudent: levantur vitiis, levantur erroribus: [t] niſi forte cenſes Ti. Gracchum patrem non beatiorem fuiſſe quam filium, cum alter ſtabilire rempublicam ſtuduerit, alter evertere. Nec tamen ille erat ſapiens: [u] quis enim? aut quando? aut ubi? aut unde? ſed quia ſtudebat laudi et dignitati, multum in virtute proceſſerat. [x] Conferam autem avum tuum Druſum cum C. Graccho ejus fere æquali. Quæ hic reipublicæ vulnera inponebat, eadem ille ſanabat. [y] Si nihil eſt

[s] Hi *ſimiles ſunt* omnibus] Ex Elienſ. legendum, *bis ſimiles ſunt omnes*; et ſic Aldi nepotis editio. *Davies.*

[t] *Niſi forte* cenſes *Tib. Gracchum*] Vulgo *cenſeres*. Sed commodior eſt ea lectio, quam præſtant Med. et Balliol. quamque Aſcenſius, Manucius, Lambinus, Brutus et Aldus nepos in ſuis editionibus exhibent. *Idem.*

[u] *Quis enim? aut quando?*] Vulgo *quis enim* hoc? *aut quando?* Cum vero C. C. C. *hoc* non agnoſceret, illam vocula cenſuimus expungendam. De Stoicorum ſapiente videas Lipſium Manud. ad Philoſ. Stoic. lib. ii. Diſſ. 8. *Idem.*

[x] *Conferam autem avum tuum Druſum*] Si Plutarchum audias, corrigendum erit, *conferam avunculum tuum Druſum*: nam avunculum fuiſſe Catonis Druſum Plutarchus in Gracchis, et in Catone Uticenſi auctor eſt. *P. Manuc.*

Ib. Avum *tuum Druſum*] P. Manucius repoſuit *avunculum tuum Druſum*: eumque ducem ſecuti ſunt Lambinus et Brutus. Omnes vero Codices (niſi quod C. C. C. *avum* prætermittat) vulgatam lectionem repræſentant, nec eſt cur deſeratur. Nam, quod notavit Aldus nepos, de illo Druſo loquitur, qui Druſum Liviamque Catonis matrem genuit. Vide ſis interpretes ad Suetonii Tiberium cap. 3. *Davies.*

[y] Si *nihil eſt, quod tam miſeros faciat quam impietas et ſcelus; ut jam omnes inſipientes ſint miſeri, quod profecto ſunt; non eſt tamen æque miſer qui* &c.] Integritati ſuæ locum reſtituimus, opem ferentibus Par. pr. tert. et Pal. quarto, qui ſic dant, ut exhibemus. Vulgo *Sed nihil eſt, quod tam miſeros faciat quam impietas et ſcelus. Ut jam omnes* &c. Quo modo non ſolum connexio ſententiarum, ſed et ſenſus ipſe vitiatur. *Idem.*

Ib. *Quod profecto ſunt*] Fuit cum legendum crederem *qui profecto ſunt*. Poſtea *quod* eodem modo uſurpatum a Cicerone comperi; ut Epiſt. 40. ad Ancharium lib. xiii. *Si ulla mea apud te commendatio valuit*; quod *ſcio multas plurimum valuiſſe*; *hæc ut valeat rogo.* Eodem modo locutus eſt ad Atticum epiſtola ultima libri ix. et apud

Digitized by Google

quod tam miſeros faciat quam inpietas et ſcelus; ut jam omnes inſipientes ſint miſeri, quod profecto ſunt, non eſt tamen æque miſer qui patriæ conſulit, et is qui illam exſtinctam cupit. Levatio igitur vitiorum magna fit iis, qui habent ad virtutem [z] progreſſionis aliquantum. Veſtri autem progreſſionem ad virtutem fieri aiunt, levationem vitiorum fieri negant. [a] At, quo nitantur homines acuti argumento ad probandum, operæ pretium eſt conſiderare. [b] Quarum, inquit, artium ſumma creſcere poteſt, [c] earum etiam contrariarum ſumma poterit augeri: ad virtutis autem ſummam accedere nihil poteſt: ne vitia quidem igitur creſcere poterunt, quæ ſunt virtutum contraria. Utrum igitur tandem perſpicuiſne dubia aperiuntur, an dubiis perſpicua tolluntur? Atqui hoc perſpicuum eſt, vitia alia in aliis eſſe majora: illud dubium, ad id, quod ſummum bonum dicitis, ecquænam fieri poſſit acceſſio. Vos autem cum perſpicuis dubia de-

eundem Ep. iv. lib. ix. Cæſar etiam lib. i. Comm. de bello civ. [de B. G. i. 18.] *Reperiebat*, inquit, *inquirendo, quod initium fugæ prælii equeſtris adverſi a Dumnorige factum eſſet.* P. Manucius.

[z] *Progreſſionis* aliquantum] Vulgo *aliquantulum.* Sed cum vox diminutiva menti Ciceronis derogare videretur, (nec enim *aliquantula* progreſſione fieri poteſt *magna* vitiorum levatio) lectionem dedi, quam ſuppeditarunt Pariſ. pr. tert. C. C. C. Elienſ. Med. et editio Victoriana. *Davies.*

[a] *At quo* nitantur] Vulgo *utuntur.* Pall. tert. ſext. Med. et Balliol. *nituntur.* At linguæ Latinæ ratio *modum ſubjunctivum* poſtulat; quapropter edidimus *at quo nitantur*, idque fide MSti C. C. C. *Idem.*

[b] *Quarum*, inquit, *artium*] Vulgo *inquiunt.* At merito recepi lectionem, quam repræſentant Pariſ. pr. ſec. C. C. C. et Med. Vide quæ diximus ad lib. ii. cap. 24. *Idem.*

[c] *Earum etiam contrariorum*] Vel ſic legendum, vel, ſi vulgatam lectionem retineamus *contrariarum*, deſideratur aliquid poſt vocem *contrariarum*; fortaſſe *inertiarum.* Ego *contrariorum* probo: ſic enim ſtatim loquitur, ibi, *virtutum contraria.* Lambinus.

Ib. *Earum etiam* contrariarum *ſumma poterit augeri*] Manucius, Lambino probante, *contrariorum.* Victorius edidit *contrariarum*, et ſic Pariſ. Lego *earum etiam* contraria *ſumma poterit augeri.* Quod elegantius eſt illa, quam dixi, conjectura, nec tamen non eodem redit. *Davies.*

Digitized by Google

beatis inluſtrare, dubiis perſpicua conamini tollere. [d] Itaque uſque eadem ratione, qua ſum paullo ante uſus, hærebitis: ſi enim propterea vitia alia aliis majora non ſunt, quia ne ad finem quidem bonorum eum, quem vos facitis, quicquam poteſt accedere; quoniam perſpicuum eſt, vitia non eſſe omnium paria, finis bonorum vobis mutandus eſt. Teneamus enim illud neceſſe eſt, cum conſequens aliquod falſum ſit, illud, cujus id conſequens ſit, non poſſe eſſe verum.

XXV. Quæ eſt igitur cauſſa iſtarum anguſtiarum? Glorioſa oſtentatio in conſtituendo ſummo bono. Cum enim, quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe confirmatur, tollitur cura valitudinis, diligentia rei familiaris, adminiſtratio reipublicæ, ordo gerendorum negotiorum, officia vitæ; ipſum denique illud honeſtum, in quo uno voltis eſſe omnia, deſerendum eſt: quæ diligentiſſime contra Ariſtonem dicuntur a Chryſippo. Ex ea difficultate [e] illæ

[d] *Itaque* uſque *eadem ratione*] Vulgo *itaque uſi*. Pall. C. C. C. Med. et Balliol. *itaque uſus*. At Pariſ. ſec. tert. *itaque uſque*; quod recepimus. Terentius Hecyr. Act. iii. Sc. iv. 9.

Ita uſque *advorſa tempeſtate uſi ſumus.*

Cicero Fam. xii. 19. *Mihi quidem* uſque *curæ erit quid agas, dum quid egeris ſciero.* Vide Servium ad Virgilii Ecl. ix. 64. *Davies.*

[e] *Illæ fallaciloquæ, ut ait Statius*] Sic olim reſtitui ex codice Memmiano, *illæ fallaciloquæ, ut ait Statius, malitiæ* &c. cum libri vulgati habeant, *illæ fallaciloquentiæ, ut ait Accius*, &c. Ego nunc *fallaciloquæ* retineo; *Statius* non item: *Accius*, vel *Attius*, malo. Nonius autem non me movet, qui legit *fallaciloquentiæ*, ut vulgo. *Lambin.*

Ib. *Illæ fallaciloquentiæ*] Alii *fallacis loquelæ*, falſo. Verum puto *fallaci loquelæ*. Camerarius.

Ib. *Illæ* fallaciloquentiæ, *ut ait Accius*, malitiæ *natæ ſunt*] Pall. Pariſ. pr. tert. C. C. C. Med. et Balliol. *illæ fallacis loquelæ*. Pariſ. ſec. *illæ fallaciloquæ*, prout etiam Manucius, Lambinus et Aldus nepos ediderunt. Et *verſutiloquas* quidem *malitias* ex vetere Poeta laudat noſter de Orat. iii. 38. At cum Nonius in *fallaciloquentiæ* ſtet ab ea voce; veteris iſtius ſcriptoris exemplaria ſic præ ſe tuliſſe conſtat. Igitur alibi mendum quærerem; legeremque *illæ fallaciloquentiæ, ut ait Accius*, novitiæ *natæ ſunt*. Davies.

Digitized by Google

fallaciloquentiæ (ut ait Accius) malitiæ natæ ſunt. [f] Quod enim ſapientia ubi pedem poneret, non habebat, ſublatis officiis omnibus: officia autem tollebantur, delectu omni et diſcrimine remoto; (quæ enim eſſe poterant, rebus omnibus ſic exæquatis ut inter eas nihil intereſſet?) ex his anguſtiis iſta evaſerunt deteriora quam Ariſtonis. Illa tamen ſimplicia: veſtra verſuta. Roges enim Ariſtonem, bonane ei videantur hæc, vacuitas doloris, divitiæ, valitudo? neget. Quid? quæ contraria ſunt his, malane? nihilo magis. Zenonem roges: reſpondeat totidem verbis. Admirantes quæramus ab utroque, quonam modo vitam agere poſſimus, ſi nihil intereſſe noſtra putemus, [g] valeamus ægrine ſimus: vacemus, an cruciemur do-

[f] *Quid enim? ſapientia*, &c.] Neque in verbis vitium eſt, neque in ſententia: quiddam tamen ornatius elucebit, ſi totum continues, et ita legas, *Quod enim ſapientia, ubi pedem poneret, non habebat, ſublatis officiis omnibus; officia autem omnia tollebantur, delectu omni et diſcrimine remoto: (quæ enim eſſe poterant, rebus omnibus ſic exæquatis, ut inter eas nihil intereſſet?) ex bis anguſtiis* &c. Antiquus Maffæi liber nobiſcum facit, niſi quod conjunctionem illam *enim* a nobis additam, non habet. *P. Manucius.*

Ib. *Quod enim ſapientia*] Lectionem diſtinctionemque, quam ex Maffæi Codice, cum quo facit Pal. quart. primus notavit P. Manucius, recepere Lambinus et Gruterus. Nihil tamen incommodi video, ſi legatur, *Quid enim? ſapientia, ubi pedem poneret, non habebat, ſublatis officiis omnibus: officia autem omnia tollebantur, delectu omni et diſcrimine remoto. Qui ea eſſe poterant, rebus omnibus ſic exæquatis ut inter eas nihil intereſſet? ex bis anguſtiis* &c. Sic certe dant editi veteres noſtrique MSSti, niſi quod *omnia* nos ex Elienſ. addidimus, et *qui ea eſſe poterant* ex conjectura reſcripſimus, cum *quæ eſſe poterant* in libris reperiatur. *Davies.*

[g] *Valeamus ægrine ſimus*] Lambinus reponendum cenſuit, *valeamuſne an ægri ſimus.* Nihil opus. Corn. Nepos in Datame c. ix. 2. *Experiri voluit*, verum falſumne *eſſet relatum.* Seneca de vit. beata c. xxiv. *Servi liberine ſint——quid refert?* Supra lib. ii. cap. 12. *Si perſpexerit*, rerum *inter eas* verborumne *ſit controverſia.* Naſo Metam. i. 578.

Neſcia gratentur conſolenturne *parentem.*

Idem v. 167.

Sic dubius Perſeus, dextra lævane *feratur.*

Vide ſis et vi. 329. viii. 44. 635. ix. 147. x. 563. *Idem.*

Digitized by Google

lore: frigus, famem propulsare possimus, necne possimus. Vives, inquit Aristo, magnifice atque praeclare: [h] quod erit cumque visum agens, numquam angere, numquam cupies, numquam timebis. Quid Zeno? portenta haec esse dicit, nec ea ratione ullo modo posse vivi; sed [i] differre inter honestum et turpe nimium quantum, nescio quid inmensum: inter ceteras res nihil omnino intersse. Idem adhuc (audi reliqua, et risum contine, si potes) Media illa, inquit, inter quae nihil interest, tamen ejusmodi sunt, ut eorum alia eligenda sint, alia rejicienda, alia omnino neglegenda, hoc est, ut eorum alia velis, alia no-

[h] *Quod erit cumque visum*, ages] Melius *agens*, ut est in antiquo. Paullo post pro *istud quaeso* est *ista, inquam*; sed non ita placet. *Ursin.*

Id. *Quod erit cumque visum* agens, *nunquam angere*] Vulgo *ages*; at Ursini Codex, eo probante, dabat *agens*, ac ita Med. noster. Recte quidem: hoc enim illud erat, quod Aristo se sequi profitebatur. Vide supra capp. 16, 17. *Davies.*

[i] *Differre inter honestum et turpe nimium quantum, nescio quid immensum, inter ceteras res nihil omnino intersse*] *Nimium quantum* dixit pro summum quiddam, quod expressit magis, cum intulit *nescio quid immensum*. Similiter locutus est Sallustius Hist. lib. ii. *Immane quantum animi exarsere*. Et Terentius Phorm. Act. iv, Sc. 3.

CH. *Cedo, quid postulat?*
GE. *Quid? nimium quantum libuit.*

Sic enim emendandum ex Charisio lib. ii. [pag. 185.] cum ante legeretur *Quid? nimium: quantum libuit*. Et Plinius lib. xvi. cap. 36. *Immensum quantum praelatis* pro quam maxime praelatis. Et lib. xviii. cap. 28. *Infinitum quantum illo tempore candentes pruinas congelat*. Et Agellius lib. xvi. cap. 6. *Nimium quantum*, inquit, *audacter*. Et lib. xviii. cap. 3. *Lingua atque facundia nimium quanto praestabilis*. Amm. quoque Marcellinus lib. xxii. [cap. xvi.] *Insula Pharos Rhodiorum erat obnoxia vectigali; quod cum inde quidam* nimium quantum *petituri venissent, femina callida* &c. Quinctilianus lib. iv. cap. 21. *Pecunia, quae* nimium quam *in animis hominum potest*. In vulgatis autem libris haec quatuor verba *nimium, quantum, nescio quid, immensum* imperite distincta sententiam obscurabant. *P. Manucius.*

Ib. *Nescio quid immensum*] Si modo vetus Codex haec tria verba non agnoscat, quod testatur Lud. Carrio Antiq. Lect. ii. 12. equidem ea cum viro illo docto Tullii non esse lubens judicarem. Pall. tamen nostrique MSSti huic sententiae refragantur. *Davies.*

Digitized by Google

lis, alia non cures. At modo dixeras, [k] nihil in iſtis rebus eſſe quod intereſſet. Et nunc idem dico, inquies, ſed ad virtutes et ad vitia nihil intereſſe.

XXVI. Quis iſtud, quæſo, neſciebat? Verum audiamus. Iſta, inquit, quæ dixiſti, valere, locupletem eſſe, non dolere, bona non dico, ſed, dicam Græce, προηγμένα, Latine autem producta; ſed præpoſita aut præcipua malo: ſic tolerabilius et mollius. Illa autem, morbum, egeſtatem, dolorem, [l] non adpello mala, ſed, ſi libet, rejectanea. Itaque illa non dico me expetere, ſed legere, nec optare, ſed ſumere: contraria autem non fugere, ſed quaſi ſecernere. Quid ait Ariſtoteles reliquique Platonis alumni? Se omnia, quæ ſecundum naturam ſint, bona adpellare; quæ autem contra, mala. Videſne igitur, Zenonem tuum cum Ariſtone verbis conſiſtere, re diſſidere: [m] cum Ariſtotele et illis re conſentire, verbis diſcrepare? Cur igitur, cum de re conveniat, non malimus uſitate loqui? Aut doceat, paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, ſi illam in rebus præpoſitis, quam ſi in bonis duxero; fortioremque in patiendo dolore, ſi eum aſperum et difficilem perpeſſu et contra naturam eſſe, quam ſi malum dixero. Facete M. Piſo, familiaris noſter, et alia multa, et hoc loco Stoicos inridebat. [n] Quid enim aiebat? bonum negas eſſe divitias, præpoſitum eſſe dicis: quid adjuvas? avaritiamne minuis? quod ſi verbum ſequimur, primum longius

[k] *Nihil in* iſtis *rebus eſſe*] Vulgo *in* his *rebus eſſe*. Cum nobis vero faciunt Pariſ. ſec. tert. C. C. C. et Med. *Davies.*

[l] *Non appello mala, ſed, ſi libet,* rejectanea] *Rejecta* habet liber vetus. *Urſin.*

[m] *Cum Ariſtotele et illis re conſentire*] Codex Memmianus habet *conſiſtere:* unde ſuſpicor legendum *concinere,* ut ſupra [cap. xxii.] *Quibuſcum re* concinebat, *verbis diſcrepabat.* LAMBIN. *Ibid.* Pall. Pariſ. tres, Elienſ. Med. Balliol. et editio Victoriana ſupra dant *verbis conſiſtere,* ſed in hoc loco *re conſentire* retinent. Nec a lectionibus, quas præſtant, receſſerim. *Davies.*

[n] Quid *enim aiebat? bonum negas eſſe divitias, præpoſitum eſſe dicis: quid adjuvas?*] Niſi fallor, hoc modo locus eſt legendus et diſtinguendus: *Quod enim, aiebat, bonum negas eſſe divitias, præpoſitum eſſe dicis, quid adjuvas?* Idem.

Digitized by Google

verbum, præpoſitum, quam bonum. Nihil ad rem. Ne ſit ſane: at certe gravius: nam bonum ex quo adpellatum ſit neſcio; præpoſitum ex eo credo, quod præponatur aliis: id mihi magnum videtur. Itaque dicebat plus tribui divitiis a Zenone, qui eas in præpoſitis poneret, quam ab Ariſtotele, qui bonum eſſe divitias fateretur, ſed neque magnum bonum et præ rectis honeſtiſque contemnendum ac deſpiciendum nec magno opere expetendum: omninoque de omnibus iſtis [o] verbis a Zenone mutatis ita diſputabat, [p] et quæ bona negarentur eſſe ab eo et quæ mala, illa lætioribus nominibus ab eo adpellari quam a nobis, hæc triſtioribus.

XXVII. Piſo igitur hoc modo, vir optumus tuique, ut ſcis, amantiſſimus. Nos paucis ad hæc additis finem faciamus aliquando. Longum eſt enim ad omnia reſpondere, quæ a te dicta ſunt; nam ex iiſdem verborum præſtigiis et regna nata vobis ſunt et imperia et divitiæ, et tantæ quidem, ut omnia, quæ ubique ſint, ſapientis eſſe dicatis; ſolum præterea formoſum, ſolum liberum, ſolum civem: [q] ſtultorum omnia contraria, quos etiam inſanos eſſe voltis. Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis, cum prope acceſſe-

[o] *Verbis a Zenone* mutatis] Auctor eſt Gruterus, Joſ. Scaligerum repoſuiſſe *mutuatis*. Si res ita ſe habeat, hoc temere prorſus effutiit vir ille maximus. Nihil enim Zenoni crebrius objicit Cicero, quam quod *hæc non tam rebus quam vocabulis commutaverat*, ut loquitur Acad. lib. i. cap. xi. Vide Fin. iii. 2. iv. 1. et Tuſc. lib. v. cap. xi. *Davies.*

[p] Et *quæ bona negarentur eſſe ab eo*] Ut *quæ bona* &c. vetus liber, et ita plane legendum videtur. URSIN. *Ibid.* Cum Urſini Codice facit editio Aſcenſiana. Sed illam lectionem renuit ipſa ſyntaxis. *Idem.*

[q] *Stultorum*] Hanc vocem, quæ antea deſiderabatur, interjeci, acceptam e libro Maffæi manuſcripto, ſententia comprobante. *P. Manucius.*

Ib. Stultorum *omnia contraria*] Sic ex Maffæi Codice P. Manucius, quem ſecuti ſunt recentiores; nam libri fere primam vocem neſciunt. At Elienſ. et editio Aſcenſiana exhibent *omnia contraria ſtultis*: quod magis placet; ut illis reſpondeat, *regna nata* VOBIS *ſunt et imperia*. Davies.

Digitized by Google

ris? conferam tecum, quam cuique verbo rem ſubjicias; nulla erit controverſia. Omnia peccata paria dicitis. [r] Non ego tecum jam ita loquar, ut iiſdem his de rebus, cum L. Murenam, te adcuſante, defenderem: apud inperitos tum illa dicta ſunt; aliquid etiam coronæ datum. Nunc agendum eſt ſubtilius. Peccata paria quonam modo? Quia nec honeſto quicquam honeſtius, nec turpi turpius. Perge porro; nam de iſto magna diſſenſio eſt: illa argumenta propria videamus, cur omnia peccata ſint paria. Ut, inquit, in fidibus plurimis, [s] ſi nulla earum ita contenta numeris ſit ut concentum ſervare poſſit, omnes æque incontentæ ſint; ſic peccata, quia diſcrepant, æque diſcrepant: paria ſunt igitur. Hic ambiguo ludimur: æque enim contingit omnibus fidibus, ut incontentæ ſint: illud non continuo, ut æque incontentæ. Conlatio igitur iſta te nihil juvat: nec enim omnes avaritias, ſi æque avaritias eſſe dixerimus, ſequitur etiam ut æquas eſſe dicamus. Ecce aliud ſimile diſſimile. Ut enim, inquit, gubernator æque peccat, ſi palearum navem evertit et ſi auri; item æque peccat qui parentem et qui ſervum injuria verberat. [t] Hæc non videre, cujus generis onus navis

[r] *Non ego tecum jam ita loquar* &c.] Quidam legi volunt, *non ego tecum jam ita jocabor:* et paullo poſt, ubi eſt *contenta numeris*, liber unus manuſcriptus habet *contenta nervis:* ego malim deleri *numeris*. Nam videtur et *nervis* et *numeris* eſſe ſupervacaneum. *Lambin.*

[s] *Si nulla earum ita contenta* numeris *ſit*] Quid loci poſſit eſſe *numeris*, equidem nullus intelligo. Pariſ. pr. tert. et Elienſ. *contenta* nervis *ſit*. Lego *ſi nulla earum ita* contentis nervis *ſit*. Hoc certe melius videtur, quam ſi cum Lambino vocem penultimam funditus expunxeris. *Davies.*

[t] *Hæc* non *videre, cujus generis onus*] Particula *non* abeſt a MSto, nec ſane ſententia requirit. *Urſin.*

Ib. *Cujus generis onus navis vehat*] Lectionem hanc receptam probo, tametſi *cujuſcujus* habeat unus liber manuſcriptus. *Cujuſcujus* autem, id eſt, cujuſcumque, a recto *quiſquis*. Uſus eſt eodem caſu Lucretius, ut eſt in noſtris editionibus. Hæc autem verba, *Hæc non videre*, ſi mendo carent, ſic ſunt explicanda et intelligenda, Eſtne hoc ferendum, vel, an non eſt hoc turpe et pudendum, hæc non videre, ad gubernatoris artem nihil pertinere, cujus generis

Digitized by Google

[u] vehát, ad gubernatoris artem nihil pertinere? itaque, [x] aurum paleamne portet, ad bene aut ad male gubernandum nihil intereſſe. At quid inter parentem et ſervolum interſit, intellegi et poteſt et debet. Ergo in gubernando nihil, in officio plurimum intereſt, quo in genere peccetur: et ſi in ipſa gubernatione neglegentia eſt navis everſa, majus eſt peccatum in auro quam in palea. Omnibus enim artibus volumus adtributam eſſe eam, quæ communis adpellatur prudentia; quam omnes, qui cuique artificio præſunt, debent habere. Ita ne hoc modo paria quidem peccata ſunt.

XXVIII. Urgent tamen et nihil remittunt. Quoniam, inquiunt, omne peccatum inbecillitatis et inconſtantiæ eſt; hæc autem vitia in omnibus ſtultis æque magna ſunt; neceſſe eſt paria eſſe peccata. Quaſi vero aut concedatur in omnibus ſtultis æque magna eſſe vitia, et eadem inbecillitate et inconſtantia [y] L. Tubulum fuiſſe, qua illum, cujus is condem-

onus navis *vehat?* Sic fere Lucretius loquitur libro ſecundo vſ. 16.

——*Nonne videre,*
Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi, ut cum
Corpore ſejunctus dolor abſit, mente fruatur
Jucundo ſenſu, cura ſemota metuque?

Omnino tamen malim legi, *Nemo non videt, cujus generis* &c. *pertinere:* vel, *Hic nemo non videt, cujus generis onus navis vehat ad gubernatoris artem nihil pertinere.* Lambin.

Ib. Hæc *non videre, cujus*] Lambinus ex conjectura legit *hic nemo non videt cujus* &c. Hoc autem nimis ab ea lectione recedit, quam tuentur omnes MSSti. Legerim *Hunc non videre, cujus generis onus navis vehat, id ad gubernatoris artem nihil pertinere!* In admirationibus enim infinitivos ſolemus adhibere. Vide Cl. Græviùm ad Juſtini ii. 14. *Davies.*

[u] *Vehat, ad gubernatoris artem*] Pariſ. tres, C. C. C. Elienſ. et editio Victoriana, *vehat* et *ad gubernatoris artem.* Med. *vehat,* et id *ad gubernatoris artem.* Legendum *vehat,* id *ad gubernatoris artem nihil pertinere.* Idem.

[x] *Aurum* paleamne *portet*] Vulgo *paleamve.* Sed C. C. C. Med. et editio Victoriana lectionem, quam repræſentamus, exhibent, eamque loci mens flagitat. *Idem.*

[y] *L. Tubulum*] Non eſt ignotum, poſteriores in multis nominibus duplicaſſe conſonantes, ut *Catulus, Catullus; Tubulus*

Digitized by Google

natus est rogatione, P. Scævolam: [z] et quasi nihil inter res quoque ipsas, in quibus peccatur, intersit; ut, quo hæ majores minoresve sint, eo, quæ peccentur in his rebus, aut majora sint aut minora. Itaque (jam enim concludatur oratio) [a] hoc uno vitio maxume mihi premi videntur tui Stoici, quod se posse putant duas contrarias sententias obtinere. Quid enim est tam repugnans, quam eundem dicere, quod honestum sit, solum id bonum esse, qui dicat adpetitionem rerum ad vivendum adcommodatarum a natura profectam? Ita cum ea volunt retinere quæ superiori sententiæ conveniunt, in Aristonem incidunt; cum id fugiunt, [b] re eadem defendunt quæ Peripate-

Tubullus; *Cæcina, Cæcinna* fieret. Sed et mutatio *u* in *i* nota, ut *optumus, monumentum*. Hujus igitur Tubuli et supra libro ii. [cap. 16.] meminit Cicero, sed ibi *Tibullus* scribitur. *An tu me de* L. Tibullo *putas dicere, qui cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, ita aperte cepit pecunias ob rem judicandam, ut anno proximo P. Scævola Trib. pl. ferret ad populum*, vellentne de ea re quæri. *Quo plebis scito decreta a senatu est consuli quæstio* Cn. Scipioni. *Profectus in exsilium* Tibullus *statim, nec respondere ausus: erat enim res aperta.* Citatur et locus ab Asconio; *Si mehercule, Judices, pro* L. Tibullo *dicerem, quem unum ex omni memoria sceleratissimum fuisse accepimus.* Sed in vulgatis libris, ut cum pleraque alia, tum maxime nomina propria, et hoc nomen corruptius reperitur. CAMERAR. *Ibid.* Locus est ex oratione pro M. Scauro. De Tubulo (nam *Tibullus* nonnullis locis perperam legitur) vide Fr. Douzam in Lucilii Reliq. pag. 110. *Davies.*

[z] Et *quasi nihil*] Siquidem præcessit *quasi vero* aut *concedatur*; hic omnino legendum *aut quasi nihil*, ut vir eruditus Th. Bentleius recte monuit. *Idem.*

[a] *Hoc uno* vitio *maxime mihi premi*] Vocem *vitio*, quæ huc irrepsit, ut alienam, delendam puto. LAMBIN. *Ibid.* Nihil, invitis Codicibus, expunxerim. *Vitium* culpam denotat, ut apud bonos auctores passim. Vide Acad. ii. 16. et Terentium Andr. Prol. vs. 8. *Idem.*

[b] *Re eadem defendunt quæ Peripatetici verba tamen mordicus*] Quomodo possunt Stoici Peripateticorum verba mordicus tenere, si nova verba finxerunt, et quæ illi bona appellant, hi proegmena seu producta; quæ illi mala, hi apoproegmena sive rejecta nominarunt? Omnino hic locus mendo non vacat: quod sic fortasse purgari possit, *re eadem defendunt, quæ Pripatetici et tenent mordicus: verbo non item: quæ rursus* &c. vel, *re eadem defendunt, quæ Peripatetici et tenent mordicus: verbo dese-*

Digitized by Google

tici; verba tenent mordicus: quæ rurſus dum ſibi [c] evelli ex ore nolunt, horridiores evadunt, aſperiores, duriores et oratione et moribus. Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum nec differendi ſpinas probavit, fuitque in altero genere mitior, in altero inluſtrior, ſemperque habuit in ore Platonem, Ariſtotelem, Xenocratem, Theophraſtum, Dicæarchum, ut ipſius ſcribta declarant: quos quidem tibi ſtudioſe et diligenter tractandos magno opere cenſeo. Sed quoniam adveſperaſcit et mihi ad villam revertendum eſt, nunc quidem hactenus: verum hoc idem ſæpe faciamus. Nos vero, inquit ille: nam quid poſſumus facere melius? et hanc quidem primam exigam a te operam, ut audias me quæ a te dicta ſunt refellentem. Sed memento, te, quæ nos ſentiamus, omnia probare, [d] niſi quod verbis aliter utamur; mihi autem veſtrorum nihil probari. Scrupulum, inquam, abeunti: ſed videbimus. Quæ cum eſſent dicta, diſceſſimus.

runt, quæ &c. Conjecturam probabiliorem faciat lector ingenioſus: mihi ſatis eſt, mendum quaſi digito indicaſſe. *Lambinus.*

Ibid. *Verba tenent mordicus*] Pariſ. *verba* ſibi *tenent mordicus.* Et revera deeſt ſimile vocabulum. Cum vero mox recurrat idem illud, forſan in eo tantum vitioſi ſunt plerique MSSti, quod *ſibi* ſuam non aſſignent ſedem. Totum igitur locum ſic lego: *verba* ſibi *tenent mordicus*; *quæ rurſus dum evelli* ex ore *nolunt, horridiores evadunt* &c. Licet enim vulgo dent *ex ordine*, nec aliter fere Codices; vera tamen eſt illa lectio, quam Elienſ. multique veteres editi repræſentant. *Davies.*

[c] *Evelli ex* ore *nolunt*] Libri veteres omnes, quos vidi, habent, *evelli ex ordine volunt* &c. Ego eos depravatos eſſe arbitror, et vulgatos ſequor. *Lambin.*

[d] Niſi *quod verbis*] Sic Manucius, Lambinus, Brutus et Aldus nepos ediderunt. Vulgo *ni quod verbis*: at perperam. *Davies.*

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE FINIBUS

BONORUM ET MALORUM

AD

BRUTUM

LIBER QUINTUS.

I. CUM audiſſem Antiochum, Brute, ut ſolebat, [a] cum M. Piſone in eo gymnaſio, quod Ptolemæium vocatur, unaque nobiſcum Q. frater et T. Pomponius et L Cicero, frater noſter cognatione patruelis, amore germanus; conſtituimus inter nos, ut ambulationem poſtmeridianam conficeremus in Academia, maxume quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. Itaque ad tempus ad Piſonem omnes: inde vario ſermone ſex illa a Dipylo ſtadia confecimus. Cum autem veniſſemus [b] in Academiæ non ſine cauſſa nobilitata ſpatia, ſolitudo erat ea, quam volueramus. Tum Piſo, Naturane nobis hoc, inquit, datum dicam, an errore quodam, ut, cum ea loca videamus, in quibus memoria dignos viros acceperimus multum eſſe verſatos, magis moveamur, quam ſiquando eo-

[a] *Cum M. Piſone diſputantem in eo gymnaſio*] In libris veteribus non comparet vox *diſputantem*. Lambinus.

[b] *In* Academiæ *non ſine cauſſa nobilitata ſpatia*] Vulgo *in Academiam*. Pal. quart. et Pariſ. pr. *in Academia*. Legendum vero, prout nos, Victorio Lambinoque præeuntibus, edendum curavimus. *Davies*.

Digitized by Google

rum ipſorum aut facta audiamus, aut ſcriptum aliquod legamus? velut ego nunc moveor: venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hic diſputare ſolitum; cujus etiam illi hortuli propinqui non memoriam ſolum adferunt, ſed [c] ipſum videntur in conſpectu meo ponere. Hic Speuſippus, hic Xenocrates, hic ejus auditor Polemo, [d] cujus illa ſeſſio fuit, quam videmus. Equidem etiam curiam noſtram, Hoſtiliam dico, non hanc novam, quæ mihi minor eſſe videtur poſteaquam eſt major, ſolebam intuens, Scipionem, Catonem, Lælium, noſtrum vero in primis avum cogitare. Tanta vis admonitionis inest in locis, ut non ſine cauſſa ex his memoriæ ducta ſit diſciplina. Tum Quintus, Eſt plane, Piſo, ut dicis, inquit: nam me ipſum huc modo venientem convertebat ad ſeſe Coloneus ille locus, cujus incola Sophocles ob oculos verſabatur: quem ſcis quam admirer quamque eo delecter. [e] Me quidem ad altiorem memoriam Œdipodis huc venientis, et illo molliſſimo carmine, quænam eſſent ipſa hæc loca, requirentis, ſpecies quædam conmovit, inanis ſcilicet, ſed conmovit tamen. Tum Pomponius, At ego, quem vos ut deditum Epicuro inſectari ſoletis, ſum mul-

[c] *Ipſum videntur in conſpectu meo ponere*] Vulgo *in conſpectu meo* hic *ponere*. Sed vocem penultimam, cum plane ſupervacanea ſit, expungendam cenſuimus, eamque neſciunt Pariſ. pr. ſec. C. C. C. Med. Balliol. et editio Victoriana. *Davies.*

[d] *Cujus illa ſeſſio fuit*] Vulgo *cujus* ipſa *illa*. Med. *cujus illa* ipſa *ſeſſio fuit*. *Ipſa* nobis delenda videbatur idque fide MSS. torum Pariſ. pr. ſec. *Idem.*

[e] *Me ad altiorem memoriam Œdipodis—ſpecies quædam commovit*] Fruſtra Lambinus mutanda quædam putavit. Scriptor ad Herennium iv. 40. *Duæ res ſunt, quæ poſſunt* homines ad *turpe* compendium commovere, *inopia atque avaritia*. Pari modo, ſenſu tamen diverſo, Cæſar B. C. ii. 17. Se *quoque* ad motum *fortunæ* movere *cœpit*. Porro locus ad quem reſpicit Tullius exſtat in Sophoclis Œdip. Colon. vſ. 1. ſeqq. *Idem.*

Ib. *Species quædam commovit* &c.] Vel legendum *commonuit*; ſi ſupra recte legitur *me quidem ad altiorem memoriam* &c. vel ſupra legendum, *mihi quidem altiorem memoriam Œdipodis* &c. ſi *commovit* retinere voluimus. *Lambin.*

Digitized by Google

tum equidem cum Phædro, quem unice diligo ut ſcitis, in Epicuri hortis, quos modo præteribamus; ſed veteris proverbii admonitu, [f] *vivorum memini*: [g] nec tamen Epicuri licet obliviſci, ſi cupiam; cujus imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis et in anulis habent.

II. Hic ego, Pomponius quidem, inquam, noſter jocari videtur et fortaſſe ſuo jure: [h] ita enim ſe Athenis conlocavit, ut ſit pæne unus ex Atticis, [i] ut id etiam cognomine videatur habiturus. Ego autem tibi, Piſo, adſentior, uſu hoc evenire, ut acrius aliquanto et adtentius de claris viris locorum admonitu cogitemus: ſcis enim me quodam tempore Metapontum veniſſe tecum, nec ad hoſpitem ante diverſiſſe, quam [k] Pythagoræ ipſum illum locum, ubi vitam ediderat, ſedemque viderim: hoc autem tempore, etſi multa in omni parte Athenarum ſunt in

[f] *Vivorum memini*] Vide Petronium Satir. capp. xliii. p. 194. et lxxv. pag. 376. ac Eraſmum Adag. Chil. i. Cent. ii. 52. *Davies.*

[g] *Nec tamen* Epicuri *licet obliviſci——in* anulis habent] Profert hæc Nonius in *anellus* legitque, *nec tamen* Epicurum *licet obliviſci——in* anellis habebant. Illud ultimum male; reliqua duo non incommode. Tulliani tamen Codices haud addicunt. *Idem*

[h] *Ita enim Athenis ſe collocavit, ut ſit pæne unus ex Atticis, ut* id etiam cognomine *videatur habiturus*] Lego, confirmante libro MSto, *ut inde etiam cognomen videatur* &c. *Urſin.*

Ib. *Ut ſit pæne unus ex Atticis,* ut *id etiam* cognomine *videatur habiturus*] Non abeunt noſtri libri, niſi quod C. C. C. det *ut id etiam* cognomen pæne *videatur habiturus.* Lego *et id etiam cognomen videatur* &c. *Davies.*

[i] *Ut id etiam cognomen*] Sic habent libri veteres: vulgati autem mendoſe *cognomine.* Velim præterea legi, *qui id etiam* pro *ut id etiam.* Lambin.

[k] *Pythagoræ ipſum illum locum, ubi vitam ediderat*] Finierat. Vide J. Fr. Gronovium ad Agellii iii. 15. De re ipſa ſic Juſtinus xx. 4. *Pythagoras autem, cum annos* xx *Crotonæ egiſſet, Metapontum migravit, ibique deceſſit.* Tam vero de loco, quam de modo, quo mortem Pythagoras obiit, varia tradunt auctores: noſter autem Dicæarchum ſequi videtur. Diogenes Laertius viii. 40. φησὶ δὲ Δικαίαρχος τὸν Πυθαγόραν ἀποθανεῖν καταφυγόντα εἰς τὸ ἐν Μεταποντίῳ ἱερὸν τῶν Μουσῶν, τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀσιτήσαντα. Ibi plura veterum teſtimonia congeſſit Æg. Menagius; quibus addatur Jamblichus vit. Pyth. cap. xxxv. §. 249. *Davies.*

Digitized by Google

ipſis locis indicia ſummorum virorum, tamen ego illa moveor exedra. Modo enim fuit Carneades, quem videre videor (eſt enim nota imago) a ſedeque ipſa [l] tanti ingenii magnitudine orbata deſiderari illam vocem puto. Tum Piſo, [m] Quoniam igitur aliquid omnes, quid Lucius noſter, inquit? an eum locum libenter inviſit, ubi Demoſthenes et Æſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt? ſuo enim quiſque ſtudio maxume ducitur. Et ille, cum erubuiſſet, Noli, inquit, ex me quærere, qui in Phalericum etiam deſcenderim; quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum adſueſceret voce vincere: modo etiam paullum ad dextram de via declinavi, ut ad Periclis ſepulchrum accederem: quamquam id quidem infinitum eſt in hac urbe; quacumque enim ingredimur, in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus. Tum Piſo, Atqui, Cicero, inquit, iſta ſtudia, ſi ad imitandos ſummos viros ſpectant, ingenioſorum ſunt; ſin tantummodo [n] ad indicia veteris memoriæ cognoſcenda, curioſorum. Te autem hortamur omnes, currentem quidem, ut ſpero, ut eos, quos noviſſe vis, etiam imitari velis. Hic ego, Etſi facit hic quidem, inquam, Piſo (ut vides) ea quæ præcipis, tamen mihi grata eſt hortatio tua. Tum ille amiciſſime, ut ſolebat, Nos vero, inquit, omnes omnia ad hujus aduleſcentiam conferamus, in primiſque ut aliquid ſuorum ſtudiorum philoſophiæ quoque inpertiat, vel ut te imitetur quem amat, vel ut illud ipſum, quod ſtudet, facere poſſit ornatius.

[l] Tanti *ingenii magnitudine*] Vulgo *tanta*. Concinnior autem, prout equidem reor, eſt ea lectio, quam præſtant Pariſ. Med. et Elienſ. *Davies.*

[m] *Quoniam igitur aliquid* omnes] Non inepte Scaliger, inquit Gruterus, literis tranſpoſitis, finxerat ad libri ſui oram *mones*. Si tamen revera Scaliger ita repoſuit, proculdubio dormitavit; cum ſenſus inde non oriatur commodus, et elliptiæ locutiones in ſermone familiari ſint proletariæ. *Idem.*

[n] *Ad indicia veteris memoriæ* cognoſcenda] Vulgo *cognoſcendæ*, quod nullo ſenſu diceretur. Nos igitur Pariſ. ſec. tert. C. C. C. Med. et Balliol. ſecuti ſumus; ac ita Aſcenſius, Victorius, Brutus et Aldus nepos ediderunt. *Idem.*

Digitized by Google

Sed utrum hortandus es nobis, Luci, inquit, an etiam tua ſponte propenſus es? mihi quidem Antiochum, quem audis, ſatis belle videris attendere. Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. Sed audiſtine modo de Carneade? rapior illuc: revocat autem Antiochus, nec eſt præterea, quem audiamus.

III. Tum Piſo, [o] Etſi hoc, inquit, fortaſſe non poterit ſic abire, cum hic adſit, (me autem dicebat) tamen audebo te ab hac Academia nova ad veterem illam vocare; in qua, ut dicere Antiochum audiebas, non ii ſoli numerantur, qui Academici vocantur, Speuſippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, ceterique, ſed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Ariſtoteles, quem, excepto Platone, haud ſcio an recte dixerim principem philoſophorum. Ad eos igitur converte te, quæſo: ex eorum enim ſcribtis et inſtitutis cum omnis doctrina liberalis, omnis hiſtoria, omnis ſermo elegans ſumi poteſt, tum varietas eſt tanta artium, ut nemo ſine eo inſtrumento ad ullam rem inluſtriorem ſatis ornatus poſſit accedere. Ab his oratores, ab his imperatores ac rerumpublicarum principes exſtiterunt. Ut ad minora veniam, mathematici, poetæ, muſici, medici denique, ex hac, tamquam ex omnium artium officina, profecti ſunt. [p] Ad quæ ego, Scis me, inquam, iſtud idem ſentire, Piſo, [q] ſed a te opportune facta mentio eſt: ſtudet enim meus audire Cicero, quænam ſit iſtius veteris, quam conmemoras, Academiæ de finibus bonorum, Peripa-

[o] *Etſi* hinc, *inquit, fortaſſe non* poteris *ſic abire*] Ven. *Etſi* hoc, *inquit, fortaſſe non* poterit *ſic abire*. Quemadmodum illud [Terentii Andr. Act. i. Sc. ii. 4.] *Mirabar, hoc ſi ſic abiret.* Camerar.

[p] *Ad quæ ego*] Med. *atque ego*; quod rectum videtur: non enim adverſus ea, quæ dixit Piſo, diſputat. Ea tamen fere eſt in hujuſmodi formulis *præpoſitionis* illius poteſtas. Vide nos ad Epitomes Lactantianæ cap. xxix. *Davies.*

[q] *Sed a te opportune* facta mentio *eſt——ſententia*] Vulgo *mentio facta*; contra quam volunt Codices, et Nonius, qui locum profert in *commemorare*. Idem.

Digitized by Google

teticorumque ſententia. Cenſemus autem te facillime id explanare poſſe, quod et Staſeam Neapolitanum multos annos habueris apud te, et complures jam menſes Athenis hæc ipſa te ex Antiocho videmus exquirere. Et ille ridens, Age, age, inquit, (ſatis enim ſcite me noſtri ſermonis principium eſſe voluiſti) exponamus aduleſcenti, ſi qua forte poſſumus; dat enim id nobis ſolitudo: quod ſi quis Deus diceret, numquam putarem, me in Academia, tamquam philoſophum, diſputaturum. [r] Sed ne, dum huic obſequor, vobis moleſtus ſim. Mihi, inquam, qui te id ipſum rogavi? Tum Quintus et Pomponius cum idem ſe velle dixiſſent, Piſo exorſus eſt: cujus oratio, adtende quæſo, Brute, ſatiſne videatur Antiochi complexa eſſe ſententiam, quam tibi, qui [s] fratrem ejus Ariſtum frequenter audieris, maxume probatam exiſtumo.

IV. Sic eſt igitur locutus. Quantus ornatus in Peripateticorum diſciplina ſit, ſatis eſt a me, ut breviſſime potui, paullo ante dictum. Sed eſt forma ejus diſciplinæ, ſicut fere ceterarum, triplex: [t] una pars eſt naturæ: differendi, altera: vivendi, tertia. Natura ſic ab iis inveſtigata eſt, ut nulla pars [u] cælo,

[r] *Sed, ne, dum huic obſequor*] Vel ſubintelligendum *vide* ſeu *verendum*, ſeu aliquid tale, vel adſcribendum, ut a librario prætermiſſum. Sic autem Græci ſæpe loqui ſolent, ut apud Platonem lib. i. de Rep. [p. 413. E.] Εἰπὲ τί φὴς εἶναι τὸ δίκαιον καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς ὅτι τὸ δίον ἐστίν. Id eſt, *Dic, quid aſſeveres eſſe jus: et ut ne mihi dicas eſſe id quod oportet.* Eſt enim ἔλλειψις Attica, et ſubintelligendum σκόπει, vel ὅρα, vel aliquid aliud tale. *Lambin.*

[s] *Fratrem ejus Ariſtum*] De hocce viro diximus ad Tuſcul. v. 8. *Davies.*

[t] *Una pars* naturæ] Vulgo *natura*. Sed res ipſa poſtulat lectionem, quam ſuppeditavit C. C. C. eamque Lambinus prior expreſſit. *Idem.*

[u] *Cælo, mari, terra, ut poetice loquar*] Terentius Adelph. Act. v. Sc. iii. 4.

O cælum, O terra, O maria Neptuni.

Ubi Donatus in hæc tria, rerum naturam dividi notat. Prudentius Cathem. ix. 14. *Terra, cælum, foſſa ponti, trina rerum machina.* Noſter Tuſc. v. 36. *In hoc ipſo mundo* cælum, terras, maria *cognoſcimus.* Seneca de Ira ii. 35. *Si aliter nocere non poſſit,*

Digitized by Google

mari, terra, (ut poetice loquar) prætermiſſa ſit. Quin etiam cum de rerum initiis omnique mundo locuti eſſent, ut multa non modo probabili argumentatione, ſed etiam neceſſaria mathematicorum ratione concluderent; maxumam materiam ex rebus per ſe inveſtigatis ad rerum occultarum cognitionem adtulerunt. Perſecutus eſt Ariſtoteles animantium omnium ortus, victus, figuras. Theophraſtus autem ſtirpium naturas, omniumque fere rerum, quæ e terra gignerentur, cauſſas atque rationes: qua ex cognitione facilior facta eſt inveſtigatio rerum occultiſſimarum. Differendique ab iiſdem non dialectice ſolum ſed etiam oratorie præcepta ſunt tradita: ab Ariſtoteleque principe de ſingulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio eſt inſtituta, ut non contra omnia ſemper, ſicut Arceſilas, diceret, et tamen ut in omnibus rebus, quicquid ex utraque parte dici poſſet, expromeret. Cum autem tertia pars bene vivendi præcepta quæreret, ea quoque eſt ab iiſdem non ſolum ad privatæ vitæ rationem, ſed etiam ad rerumpublicarum rectionem relata. Omnium fere civitatum non Græciæ ſolum, ſed etiam Barbariæ, ab Ariſtotele, mores, inſtituta, diſciplinas; a Theophraſto leges etiam cognovimus: cumque uterque eorum docuiſſet, qualem in republica principem eſſe conveniret; pluribus præterea cum ſcribſiſſet, qui eſſet optumus reipublicæ ſtatus; hoc amplius Theophraſtus, quæ eſſent in republica inclinationes rerum et momenta temporum, quibus eſſet moderandum utcumque res poſtularet. Vitæ autem degendæ ratio maxume quidem illis placuit quieta, in contemplatione et cognitione poſita rerum: quæ quia Deorum erat vitæ ſimillima, ſapiente viſa eſt digniſſima. Atque his de rebus et ſplendida eſt eorum et inluſtris oratio.

V. De ſummo autem bono, quia duo genera li-

terras, maria, cælum *ruere cupientem*. Sic paſſim Virgilius. Adi ſis Eclog. iv. 51. Georg. iv. 222. Æn. i. 62. *Davies.*

brorum ſunt, unum populariter ſcribtum, [x] quod ἐξωτερικὸν adpellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non ſemper idem dicere videntur: nec in ſumma tamen ipſa aut varietas eſt ulla, apud hos quidem quos nominavi, aut inter ipſos diſſenſio. Sed cum beata vita quæratur, idque ſit unum quod philoſophia ſpectare et ſequi debeat; ſitne ea tota ſita in poteſtate ſapientis, an poſſit aut labefactari aut eripi rebus adverſis, in eo nonnumquam variari inter eos et dubitari videtur: quod maxume efficit Theophraſti *de beata vita* liber, [y] in quo multum admodum fortunæ datur. Quod ſi ita ſe habeat, non poſſit beatam vitam præſtare ſapientia. Hæc mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio, quam virtutis vis gravitaſque poſtulat. Quare teneamus Ariſtotelem et ejus filium Nicomachum; [z] cujus adcurate ſcribti *de moribus* libri, dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis: ſed non video cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius. Theophraſtum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute

[x] *Quod ἐξωτερικὸν appellabant; alterum limatius*] De commentariis, quos ἐξωτερικοὺς et ἀκροαματικοὺς nominabant, videantur Salmaſius in Simplicium pagg. 228. ſeqq. ac Menagius ad Laertii v. 27. Eos tamen fugit inſignis Themiſtii locus Orat. xxiv. pag. 319. ut et Origenis contra Celſum lib. i. pagg. 7, 8. *Davies.*

[y] *In quo multum admodum* fortunæ datur] Pall. quart. ſext. et Pariſ. tres, *in quo multum admodum* fortior eſt. Inepte quidem. Vide Tuſcul. v. 9. *Idem.*

[z] *Cujus accurate ſcripti de moribus libri, dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis; ſed non video cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius*] Diogenes Laertius in Eudoxi Cnidii vita videtur ejus opinionis et judicii fuiſſe, ut ſcripti *de moribus* libri Nicomacho tribuendi eſſent. Φησὶ δὲ αὐτὸν, inquit, Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν. URSIN. *Ibid.* Et Eudoxum quidem in ea fuiſſe ſententia, ut voluptatem bonum putaret, legimus Ethic. Nicom. lib. x. cap. 2. Cum tamen, ut teſtatur Suidas, Nicomachus ἔγραψεν Ἠθικῶν βιβλία ἓξ, non dubito quin ἠθικὰ Νικομάχεια, quæ decem libris terminantur, ſint Ariſtoteli tribuenda: fierique poteſt ut quod ex Nicomacho laudat Diogenes, in ejus Ethicis revera ſcriptum fuerit. Qui vero contigerit, ut Tullius aliam foverit opinionem, docebit Menagius ad Laertii viii. 88. *Davies.*

Digitized by Google

teneamus, quam ille tenuit, firmitatis et roboris. Simus igitur contenti his: namque horum posteri, meliores illi quidem, mea sententia, quam reliquarum philosophi disciplinarum; sed ita degenerant, ut ipsi ex se nati esse videantur. Primum Theophrasti Strato, physicum se voluit: in quo etsi est magnus, tamen nova pleraque et perpauca de moribus. [a] Hujus Lyco est oratione locuples, rebus ipsis jejunior. Concinnus deinde et elegans hujus Aristo: sed ea, quæ desideratur a magno philosopho, gravitas in eo non fuit. Scribta sane et multa et polita; sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. Prætereo multos, in his doctum hominem et suavem Hieronymum, quem jam cur Peripateticum adpellem nescio:

[a] *Hujus Lyco, oratione locuples* &c.] Sic legendum, non ut vulgo, *Hujus Lysias oratione locuples* &c. Hujus autem emendationis dux mihi fuit et quasi signifer Franciscus Fabricius Marcoduranus, qui cum ad me scripsisset, cognoscere licere ex Laertio, *Lyconem*, non *Lysiam*, Stratonis discipulum, et auditorem fuisse; ego continuo iterum consului hoc loco veteres Codices. In eis reperi partim *Hujus Lyoratione*, partim, *Hujus Lycoratione:* ex quibus scripturis, quamvis depravatis, apparet, vulgatam scripturam *Lysias* esse rejiciendam, *Lyconis* nomen autem esse reponendum. Diogenis autem verba, si quis forte requiret, hæc sunt, in Stratone [v. 58.] Διεδέξατο αὐτοῦ τὴν σχολὴν Στράτων &c. id est, *Excepit autem ejus* (Theophrasti) *scholam Strato* &c. Deinde in Lycone [v. 65.] Τοῦτον διεδέξατο Λύκων Ἀγυάνακτος, Τρωαδεὺς, ῥαγικὸς ἀνὴρ, &c. id est, *Hunc autem* (Stratonem) *suscepit*, seu *excepit, Lyco, Astyanactis filius, Troadensis, vir eloquens* &c. Sequitur duabus paginis post [v. 70.] Τὸν δὲ περίπατον καταλείπω τῶν γνωρίμων τοῖς βυλομένοις, Βύλωνι, Καλλίνῳ, Ἀρίστωνι, Ἀμφίονι, Λύκωνι, Πύθωνι, &c. id est, *Peripatum autem relinquo ex iis, qui nobiles et clari sunt, si qui volent,* [Vertere debuit *ex discipulis qui volent*] *Buloni, Callino, Aristoni, Amphioni, Lyconi, Pythoni,* &c. *Lambin.*

Ib. *Lysias* et *oratione locuples*] Liber Tertii, *ex oratione.* Malim sine copula hoc modo, *Lysias oratione locuples, rebus ipsis jejunior.* P. Manucius.

Ib. *Hujus* Lyco est *oratione locuples*] Vulgo *hujus* Lysias et *oratione locuples.* Tertii liber et C. C. C. *Hujus Lysias* ex *oratione locuples.* A Lambino tamen haud recessi, nisi quod *verbum substantivum*, libris eo ducentibus, interposui: nam certe *Lyco*, non *Lysias*, Stratonis erat successor. De eo vide doctissimum virum J. A. Fabricium Bibl. Græc. lib. iii. cap. xi. pagg. 304, 305. *Davies.*

Digitized by Google

ſummum enim bonum expoſuit vacuitatem doloris: qui autem de ſummo bono diſſentit, de tota philoſophiæ ratione diſſentit. Critolaus imitari antiquos voluit, et quidem eſt gravitate proxumus et redundat oratio: attamen is quidem in patriis inſtitutis manet. Diodorus, ejus auditor, adjungit ad honeſtatem vacuitatem doloris. Hic quoque ſuus eſt, de ſummoque bono diſſentiens, dici vere Peripateticus non poteſt. Antiquorum autem ſententiam Antiochus noſter mihi videtur perſequi diligentiſſime; quam eandem Ariſtotelis fuiſſe et Polemonis docet.

VI. Facit igitur Lucius noſter prudenter, qui audire de ſummo bono potiſſimum velit: hoc enim conſtituto in philoſophia, conſtituta ſunt omnia. Nam ceteris in rebus ſive prætermiſſum, ſive [b] ignoratum ſit quippiam, non plus incommodi eſt, quam quanti quæque earum rerum eſt, in quibus neglectum eſt aliquid: ſummum autem bonum ſi ignoretur, vivendi rationem ignorari neceſſe eſt; ex quo tantus error conſequitur, ut, quem in portum ſe recipiant, ſcire non poſſint: cognitis autem rerum finibus, cum intellegitur quid ſit et bonorum extremum et malorum, inventa vitæ via eſt conformatioque omnium officiorum. Eſt igitur, quo quidque referatur; ex quo, id quod omnes expetunt, beate vivendi ratio inveniri et comparari poteſt. Quod quoniam in quo ſit, magna diſſenſio eſt; [c] Carneadea nobis adhibenda diviſio eſt,

[b] *Ignoratum* ſit *quippiam*] Vulgo *ignoratum* eſt *quippiam*: melior autem videbatur ea ſcriptura, quam præſtat Elienſ. *Dav.*

[c] Carneadea *nobis adhibenda diviſio eſt, qua noſter Antiochus libenter uti ſolet.* Ille *igitur vidit*] *Ille,* ſcilicet Carneades; quod nomen ex voce *Carneadea* ſubauditur. Ac ita loqui ſolent auctores. Minucius Felix cap. xxiv. *Sic nata* Romana *ſuperſtitio,* quorum *ritus ſi percenſeas, ridenda quam multa.* Ubi Franc. Calventio male placet *Romanorum ſuperſtitio*; pariterque Suetonium Calig. cap. 51. infeliciter tentat vir ille doctus, fruſtra ſuffragante Petr. Fabro Semeſtr. lib. iii. cap. xxiii. pag. 371. Lucretius ii. 174.

Ne genus occidat humanum,
quorum *omnia cauſſa*
Conſtituiſſe Deos fingunt——

Livius ii. 53. VEIENS *bellum exortum,* quibus *Sabini arma*

qua noſter Antiochus libenter uti ſolet. Ille igitur vidit, non modo quot fuiſſent adhuc philoſophorum de ſummo bono, ſed quot omnino eſſe poſſent ſententiæ. Negabat igitur ullam eſſe artem, quæ ipſa a ſe proficiſceretur: etenim ſemper illud extra eſt, quod arte conprehenditur. Nihil opus eſt exemplis hoc facere longius: eſt enim perſpicuum, [d] nullam artem ipſam in ſe verſari, ſed eſſe aliud artem ipſam, aliud quod propoſitum ſit arti. [e] Quoniam igitur, ut medicina valitudinis, navigationis gubernatio, ſic vivendi ars eſt prudentia; neceſſe eſt eam quoque ab alia re eſſe conſtitutam et profectam. Conſtitit autem fere inter omnes, id, in quo prudentia verſaretur et quod adſequi vellet, aptum et adcommodatum naturæ eſſe oportere, et tale ut ipſum per ſe invitaret et adliceret adpetitum animi, quem ὁρμὴν Græci vocant. Quid autem ſit, quod ita moveat, itaque a natura in primo ortu adpetatur, non conſtat; deque eo eſt inter philoſophos, cum ſummum bonum exquiritur, omnis diſſenſio. Totius enim quæſtionis ejus, quæ habetur de finibus bonorum et malorum, [[f] cum quæ-

conjunxerant. Euſebius H. E. lib. i. Procem. Ὅσα τε καὶ πηλίκα πεπραγματευθῆναι κατὰ τὴν ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΝ ἱστορίαν λέγεται καὶ ὅσοι ΤΑΥΤΗΣ (quaſi præceſſerant verba τῆς Ἑλληνίδος) διαπρεπῶς ἠγήσαντο. Clemens Alexandrinus Protrept. pag. 7. Τὸ γὰρ ποιητὸν καὶ ἐρευνητικὸν θηρίον, γοητευτὸν καταδεδεῖται καὶ αἰκίζεται ἔτι νῦν τὸς ἀνθρώπους· ἐμοὶ δοκεῖν, ΒΑΡΒΑΡΙΚΩΣ τιμωρέμενον, ΟΙ τυφοῖς τὰς αἰχμαλώτους συνδεῖν λέγονται σώμασιν. Vide ſis etiam Theodoretum Therap. iii. pag. 54. A. Origenem περὶ ψυχῆς §. xxx. p. 56. ed. Londin. et Philoſtratum vit. Apoll. vii. 39. *Davies.*

[d] *Nullam artem* ipſam *in ſe verſari*] Vulgo prætermittunt *ipſam.* Nos eam vocem, jubentibus Pariſinis tribus, Elienſ. C. C. C. et Med. recipiendam putavimus. *Idem.*

[e] *Quoniam ut medicina valetudinis*] Locus ſumtus ex lib. i. Ethic. ad Nicomachum [cap. 1.] Ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια, ναυτικῆς δὲ πλοῖον. Urſin.

Ib. *Quoniam* igitur *ut*] Vulgo deeſt vox media, quam Ciceroni vindicat Elienſ. et ita quidem Lambinus ex conjectura repoſuit. *Davies.*

[f] *Cum quæritur, in his quid ſit extremum et ultimum*] Hæc verba pro gloſſemate mihi videntur habenda: nam *in quæſtione quæ habetur de finibus bonorum et malorum,* nihil aliud quæritur quam *quid ſit in bonis*

Digitized by Google

ritur, in his quid ſit extremum et ultimum] fons reperiendus eſt, in quo ſint prima invitamenta naturæ: quo invento, omnis ab eo quaſi capite de ſummo bono et malo diſputatio ducitur.

VII. Voluptatis alii primum adpetitum putant et primam depulſionem doloris. [g] Alii cenſent primum adſcitum, doloris vacuitatem, et primum declinatum, dolorem. Ab his alii, quæ prima ſecundum naturam nominant, proficiſcuntur; in quibus numerant incolumitatem conſervationemque omnium partium, valitudinem, ſenſus integros, doloris vacuitatem, vires, pulcritudinem, ceteraque generis ejuſdem, quorum ſimilia ſunt prima in animis, quaſi virtutum igniculi et ſemina. Ex his tribus cum unum aliquod ſit, quo primum natura moveatur vel ad adpetendum vel ad repellendum, nec quicquam omnino præter hæc tria poſſit eſſe; neceſſe eſt omnino officium aut fugiendi aut ſequendi ad eorum aliquod referri, ut illa prudentia, quam artem vitæ eſſe diximus, in earum trium rerum aliqua verſetur, a qua totius vitæ ducat exordium. Ex eo autem, quod ſtatuerit eſſe quo primum natura moveatur, exſiſtet etiam recti ratio atque honeſti, quæ cum uno aliquo ex tribus illis congruere poſſit: [h] ut aut id honeſtum ſit, facere omnia aut voluptatis cauſſa, etiam ſi eam non conſe-

aut malis extremum et ultimum: quippe *fines bonorum et malorum*, ſunt eorum ultima vel extrema. *Davies.*

[g] *Alii cenſent primum aſcitum, doloris vacuitatem*] *Doloris vacuitatem* in ſuo libro quidam induxerunt; et aſteriſci notam, quæ corruptum locum ſignificaret, e regione appoſuerunt. Nos ea verba conſervamus; quod et ſententiam ſane bonam efficiunt; neque in antiquis Maffæi, Sigonii, Tertii libris deſiderantur: ut omittam, quod libros ſuperioris noſtræ editionis tamen credendum eſt ad propoſitum aliquod manuſcriptum exemplar fuiſſe impreſſos. *P. Manucius.*

Ib. *Alii cenſent primum aſcitum doloris vacuitatem*] *Non dolere* pro *doloris vacuitatem* habet antiquus liber. *Urſin.*

[h] *Ut* aut id *boneſtum ſit*] Sententia non recipit *aut*. P. Manucius.

Ib. *Ut* aut *id boneſtum ſit*] Manucius et Lambinus voculam *aut*, tanquam ſupervacaneam, delent, et revera παρέλκει. Forſan tamen minore mutatione legendum, *ita* ut *id boneſtum ſit*. Davies.

Digitized by Google

quare; aut non dolendi, etiam ſi id adſequi nequeas; aut eorum, quæ ſecundum naturam, adipiſcendi. Ita fit, ut, quanta differentia eſt in principiis naturalibus, tanta ſit in finibus bonorum malorumque diſſimilitudo. Alii rurſus iiſdem a principiis omne officium referunt aut ad voluptatem, aut ad non dolendum, aut ad prima illa ſecundum naturam obtinenda. Expoſitis jam igitur ſex de ſummo bono ſententiis, trium proxumarum hi principes; voluptatis, Ariſtippus; non dolendi, Hieronymus; fruendi rebus iis, quas primas ſecundum naturam eſſe diximus, Carneades: non ille quidem auctor, ſed defenſor, diſſerendi cauſſa, fuit. Superiores tres erant, quæ eſſe poſſent; quarum eſt una ſola defenſa, eaque vehementer. Nam voluptatis cauſſa [i] facere omnia, cum, etiam ſi nihil conſequamur, tamen ipſum illud conſilium ita faciendi per ſe expetendum et honeſtum et ſolum bonum ſit, nemo dicit. Ne vitationem quidem doloris ipſam per ſe quiſquam in rebus expetendis putavit, [k] ne ſi etiam evenire poſſet. At vero facere omnia ut adipiſcamur quæ ſecundum naturam ſint, [l] etſi ea non adſequamur, id eſſe ét honeſtum et ſolum per ſe expetendum et ſolum bonum Stoici dicunt.

VIII. Sex igitur hæ ſunt ſimplices [m] de ſummo bonorum malorumque ſententiæ; duæ ſine patrono,

[i] *Facere omnia*, cum, *etiamſi*] Locum ſic lege, *Nam voluptatis cauſa facere omnia*, ut, *etiamſi nihil conſequamur, tamen ipſum illud conſilium ita faciendi per ſe expetendum et honeſtum et ſolum bonum ſit, nemo dicit.* Hanc mutationem mens Tullii videtur flagitare. *Davies.*

[k] Ne ſi *etiam evitare poſſet*] *Niſi etiam* &c. eſt in MSto. *Urſin.*

Ib. *Ne ſi etiam* evenire *poſſet*] Vulgo, *ne ſi etiam* evitare *poſſet.* Urſini MStus, *niſi etiam evitare poſſet.* Abſurde. Lambinus, libris refragantibus, edidit, *etiamſi eum vitare poſſet.* Sed doctiſſimus ille vir, pro ſua perſpicacia, rectam judicaſſet lectionem, quam nos ex Elienſ. recepimus; ſi modo Codices, quibus uſus eſt, eam repræſentaſſent. *Davies.*

[l] Etſi *ea non aſſequamur*] Vulgo *etiamſi.* Renituntur autem Pariſ. tres, C. C. C. Med. Elienſ. Balliol. et editio Victoriana. *Idem.*

[m] *De ſummo*] Pariſ. pr. ſec. et Elienſ. *de ſumma.* Nec id male. Vide Acad. ii. 42. *Idem.*

Digitized by Google

quattuor defenſæ: junctæ autem et duplices expoſitiones ſummi boni, tres omnino fuerunt. Nec vero plures, ſi penitus rerum naturam videas, eſſe potuerunt: nam aut voluptas adjungi poteſt ad honeſtatem, ut Calliphoni Dinomachoque placuit; aut doloris vacuitas, ut Diodoro; aut prima naturæ, ut antiquis, quos eoſdem Academicos et Peripateticos nominamus. Sed quoniam non poſſunt omnia ſimul dici, hæc in præſentia nota eſſe debebunt, voluptatem ſemovendam eſſe, quando ad majora quædam, ut jam adparebit, nati ſumus. De vacuitate doloris eadem fere dici ſolent, quæ de voluptate. [n] Quando igitur et de voluptate cum Torquato, et de honeſtate, in qua una omne bonum poneretur, cum Catone eſt diſputatum; primum quæ contra voluptatem dicta ſunt, [o] eadem fere cadunt contra vacuitatem doloris. Nec vero alia ſunt quærenda contra Carneadeam illam ſententiam: quocumque enim modo ſummum bonum ſic exponitur ut id vacet honeſtate, nec officia, nec virtutes in ea ratione, nec amicitiæ conſtare poſſunt. Conjunctio autem cum honeſtate vel voluptatis, vel non dolendi, id ipſum honeſtum, quod amplecti volt, efficit turpe: ad eas enim res referre quæ agas, quarum una, ſi quis malo careat, in ſummo eum bono dicat eſſe, altera verſetur in leviſſima parte naturæ, obſcurantis eſt omnem ſplendorem honeſtatis, ne dicam inquinantis. Reſtant Stoici, qui cum a Peripateticis et Academicis omnia tranſtuliſſent, nominibus aliis eaſdem res ſecuti ſunt. Hos contra ſingulos dici eſt melius: ſed nunc quod agimus, de illis cum vole-

[n] Quando *igitur et de voluptate*] Vulgo *quoniam igitur*. Hic tamen, licet in re minuta, Codices et editionem Victorianam me ſecutum moneo. Vide Turſellinum de Part. L. L. cap. cxliv. *Davies.*

[o] *Eadem fere* cadunt *contra vacuitatem doloris*] Lambinus edidit *quadrant*; aliis placet *valent*. Ipſe lego, *eadem fere* ſtabunt *contra vacuitatem doloris*. Scriptor ad Herennium iv. 5. *Si concederem aliena oportere aſſumere exempla, vincerem unius oportere: primum quod contra hos nulla* ſtaret *eorum ratio. Stare* nonnumquam *valere* denotat, ut Nonius obſervavit. *Idem.*

Digitized by Google

mus. Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tamquam tranquillitas, [p] quam adpellant εὐθυμίαν, eo ſeparanda fuit ab hac diſputatione, quia [q] iſta animi tranquillitas, ea ipſa eſt beata vita: quærimus autem, non quæ ſit, ſed unde ſit. Jam exploſæ ejectæque ſententiæ Pyrrhonis, Ariſtonis, Herilli, quod in hunc orbem, quem circumſcribſimus, incidere non poſſunt, adhibendæ omnino non fuerunt: nam cum omnis hæc quæſtio de finibus, et quaſi de extremis bonorum et malorum, ab eo proficiſcatur quod dicimus naturæ eſſe aptum et adcommodatum, quodque ipſum per ſe primum adpetatur; hoc totum et ii tollunt, qui in rebus iis, [r] in quibus nihil quod aut honeſtum aut turpe ſit, negant eſſe ullam cauſſam cur aliud alii anteponatur, nec inter eas res quicquam omnino putant intereſſe; et Herillus, ſi ita ſenſit nihil eſſe bonum præter ſcientiam, omnem conſilii capiendi cauſſam inventionemque officii ſuſtulit. Sic, excluſis ſententiis reliquorum, cum præ-

[p] *Quam* appellant εὐθυμίαν] Lego *quam* appellat εὐθυμίαν; ſic enim Democritus. Infra c. xxix. *Id enim ille* (Democritus) *ſummum bonum* εὐθυμίαν *et ſæpe* ἀθαμβίαν *appellat.* Stobæus Eclog. Ethic. lib. ii. p. 164. Δημόκριτος τὴν εὐδαιμονίαν ΕΥΘΥΜΙΑΝ, καὶ εὐεςὼ καὶ ἀθμονίαν καὶ συμμετρίαν καὶ ἀταραξίαν καλεῖ. Laertius ix. 45. Δοκεῖ Δημοκρίτῳ τέλος εἶναι τὴν ΕΥΘΥΜΙΑΝ, ἣ τὴν αὐτὴν ἔσαν τῇ ἡδονῇ—ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας ἢ ἄλλου τινὸς πάθους. Ibi plura Menagius. Adeatur etiam Cl. Gatakerus ad Antonini iv. 24. *Davies.*

[q] *Iſta animi tranquillitas, ea ipſa eſt beata vita*] Puto, τε *ipſa eſt beata vita.* Idem.

[r] *In quibus nihil aut honeſtum*] Si codices manuſcripti hanc lectionem non confirmarent, tanta tamen vis veritatis eſt, ut ea probari deberet. Nunc cum eam codices duo adjuvent, atque adeo præ ſe ferant, nihil eſt, quod de hujus lectionis veritate dubitemus, et lectionem vulgatam, *in quibus nihil*, quod non *aut honeſtum* &c. non rejiciamus. *Lambin.*

Ib. *Nihil, quod aut honeſtum aut turpe ſit*] Vulgo *nihil, quod* non *aut honeſtum aut turpe ſit.* Omnino contra rem ipſam. Vide modo Fin. iii. 3, 4. et Laertium vii. 160. cujus verba repetit Suidas in τέλος. Nos igitur, auctore Pariſ. ſec. negantem particulam ſuſtulimus; nam plura cum Lambino mutare nihil opus eſt. *Davies.*

Digitized by Google

terea nulla esse possit, hæc antiquorum valeat necesse est.

IX. Ego instituto veterum, quo etiam Stoici utuntur, hinc capiamus exordium. Omne animal se ipsum diligit, [s] et, simul ac ortum est, [t] id agit, se ut conservet, [quod hic ei primus ad omnem vitam tuendam adpetitus a natura datur, se ut conservet,] atque ita sit adfectum, ut optume secundum naturam adfectum esse possit. Hanc initio constitutionem confusam habet et incertam, ut tantummodo se tueatur, qualecumque sit: sed nec quid sit, nec quid possit, nec quid ipsius natura sit, intellegit. Cum autem processit paullum, [u] et quatenus quicquid se adtingat ad seque pertineat perspicere cœpit, tum sensim incipit progredi, seseque agnoscere, et intellegere [x] quam ob causam habeat eum, quem diximus, animi adpetitum; cœptatque et ea, quæ naturæ sentit apta, adpetere et propulsare contraria. Ergo omni

[s] *Et simul ac ortum est*] Ita C. C. C. et editi veteres: nam Pall. Paris. tres, Elienſ. Med. et Balliol. cum editione Victoriana dant, *ac simul et ortum est*; unde Lambinus et recentiores fecerunt, *ac simul ut ortum est*. Equidem haud video cur recta non habeatur Codicum scriptura, curque lingua Latina non tam recipiat *simul et* quam *simul ac* vel *atque*. De similibus loquendi modis diximus ad lib. ii. cap. 7. Paullo ante legas, *siquidem sensit*; hanc enim Herilli fuisse sententiam consentiunt auctores. *Davies.*

[t] *Id agit, se ut conservet*] Locum sic legendum censeo, *Id agit, se ut conservet atque ita sit affectum, ut optime secundum naturam affectum esse possit*. Nam illa verba (*quod hic ei primus ad omnem vitam tuendam appetitus a natura datur, se ut conservet*) mihi videntur abundare: quippe, si *omne animal, simul ac ortum est, id agit ut se conservet*, proculdubio *primus hic appetitus ei datur a natura ut se conservet*. Deinde non intelligo quid hoc in loco sibi velit *omnis vita*. Quapropter vix dubito quin hæc in oris Codicum primo reperta, Ciceronianis temere postea mixta fuerint, adeoque glossematis sint damnanda. *Idem.*

[u] *Et quatenus quidquid se attingat*] Vel *quidquid* positum pro *quidque*; quod non est inusitatum bonis scriptoribus: vel legendum *quidque*. Lambin.

[x] *Quam ob causam* habeat *eum*] Vulgo *habet*; quod respuit Latinitas. Itaque Lambini conjecturam amplexus sum. Sed et ante Lambinum sic Ascensius ediderat. *Davies.*

Digitized by Google

animali illud, quod adpetit, positum est in eo quod naturæ est adcommodatum: ita finis bonorum exsistit, SECUNDUM NATURAM VIVERE, SIC ADFECTUM, UT OPTUME ADFICI POSSIT AD NATURAMQUE ADCOMMODATISSIME. Quoniam autem sua cujusque animantis natura est, necesse est quoque finem omnium hunc esse, ut natura expleatur: nihil enim prohibet quædam esse et inter se animalibus reliquis et cum bestiis homini communia, quoniam omnium est natura communis; sed extrema illa et summa quæ quærimus, inter animalium genera, distincta et dispertita sunt et sua cuique propria et ad id apta, quod cujusque natura desiderat. Quare cum dicimus, omnibus animalibus extremum esse, secundum naturam vivere; non ita accipiendum est, quasi dicamus unum esse omnium extremum: sed ut omnium artium recte dici potest commune esse [y] ut in aliqua scientia versentur, scientiam autem suam cujusque artis esse; sic commune animalium omnium secundum naturam vivere, sed naturas esse diversas, ut aliud equo sit natura, aliud bovi, aliud homini, et tamen in omnibus summa communis, et quidem non solum in animalibus, sed etiam in rebus omnibus iis, quas natura alit, auget et tuetur: in quibus videmus ea, quæ gignuntur e terra, multa quodammodo efficere ipsa sibi per se, [z] quæ ad vivendum crescendumque valeant, et suo genere perveniant ad extremum. Ut jam liceat una comprehensione omnia complecti, [a] non dubitantemque dicere, [b] omnem na-

[y] *Ut in aliqua scientia* versentur] Vulgo *versetur*, quod solœcum. Nos igitur Aldi nepotis editionem secuti sumus. *Davies.*

[z] Quæ *ad vivendum crescendumque valeant et suo genere perveniant ad extremum*] Omnino legendum *quo ad vivendum crescendumque valeant*: nam quod Lambinus nihil hic mutet, at paullo post rescribat, *et suo* quæque in *genere perveniant ad extremum*, id vero nimis a Codicibus abit, nec tamen auctoris menti satis congruit. *Idem.*

[a] *Non* dubitantemque *dicere*] Vulgo *non* dubitemque *dicere*. Paris. sec. tert. *non* dubitaremque *dicere*; quod alludit ad veram lectionem quam nos ex editione Victoriana recepimus. *Idem.*

[b] *Omnem naturam esse* serva-

Digitized by Google

turam esse servatricem sui, idque habere propositum quasi finem et extremum, se ut custodiat quam in optumo sui generis statu: ut necesse sit, omnium rerum, quæ natura vigeant, similem esse finem, non eundem. Ex quo intellegi debet, homini id esse in bonis ultimum, secundum naturam vivere: quod ita interpretemur, vivere ex hominis natura undique perfecta et nihil requirente. Hæc igitur nobis explicanda sunt; sed si enodatius, vos ignoscetis: hujus enim ætati et huic [c] nunc hæc primum fortasse audienti servire debemus. Ita prorsus, inquam: etsi ea quidem, quæ adhuc dixisti, quamvis ad ætatem recte isto modo dicerentur.

X. Expositа igitur, inquit, terminatione rerum expetendarum, cur ista se res ita habeat ut dixi, deinceps demonstrandum est. Quamobrem ordiamur ab eo quod primum posui, [d] quod idem reapse primum est, ut intellegamus omne animal se ipsum diligere. Quod quamquam dubitationem non habet (est enim infixum in ipsa natura, comprehenditur suis cujusque sensibus, sic ut contra si quis dicere velit, non audiatur) tamen, ne quid prætermittamus, rationes quoque, cur hoc ita sit, adferendas puto. Etsi qui potest intellegi aut cogitari esse aliquod animal quod se oderit? [e] res enim concurrerent contrariæ: nam cum adpetitus ille animi aliquid ad se trahere cœperit con-

tricem *sui*] Vulgo *conservatricem*. Non autem fuit cur ea rejiceretur lectio quam præstant Paris. pr. sec. Elienſ. C. C. C. Med. aliique MSSti. Terentius Hecyr. Act. v. Sc. iv. 16.

O Bacchis, O mea Bacchis, servatrix *mea*.

Sic et Ovidius Metam. vii. 50. *Davies*.

[c] *Nunc* hæc *primum fortasse audienti*] Vulgo *nunc* hoc *primum*. Cum vero conjecturam nostram, quæ rebus ipsis nititur, Aldi nepotis editio firmaret, eam recipere non sum veritus. *Davies*.

[d] *Quod idem reapse primum* &c.] Ex manifestis antiquæ scripturæ vestigiis, sic vulgatam emendavi, *quod idem reipsa*. Sic autem habent libri manuscripti *quod idem reapse*. *Reapse* autem valet *reipsa*; quod sciunt et pueri; eoque sæpe utitur Plautus, Lucretius, ipse M. Tullius, ceteri. *Lambin*.

[e] *Res enim* concurrerent *contrariæ*] Sic recte C. C. C. Vulgo *concurrunt*. Davies.

Digitized by Google

ſulto, quod ſibi obſit, quia ſit ſibi inimicus; cum id ſua cauſſa faciet et oderit ſe et ſimul diliget; quod fieri non poteſt. Neceſſe eſt quidem, ſi quis ſibi ipſi inimicus eſt, eum, quæ bona ſunt, mala putare, bona contra quæ mala; et quæ adpetenda, fugere, et quæ fugienda, adpetere. Quæ ſine dubio vitæ ſunt everſio: neque enim, ſi nonnulli reperiuntur, qui aut laqueos aut alia exitia quærant, [f aut,] ut ille apud Terentium, qui *decrevit tantiſper ſe minus injuriæ ſuo gnato facere*, (ut ait ipſe) *dum fiat miſer*, g inimicus ipſe ſibi putandus eſt. Sed alii dolore moventur, alii cupiditate: iracundia etiam multi efferuntur, et cum in mala ſcientes inruunt, tamen ſe optume ſibi conſulere arbitrantur. Itaque dicunt, nec dubitant,

h *Mihi ſic uſus eſt: tibi ut opus eſt facto, face.*

Velut qui ipſi ſibi bellum indixiſſent, cruciari dies noctes, torqueri vellent; nec vero ſeſe ipſi adcuſarent ob eam cauſſam, quod ſe male ſuis rebus conſuluiſſe dicerent: eorum enim hæc eſt querela, qui ſibi cari ſunt ſeſeque diligunt. Quare, quotieſcumque dicetur male de ſe quis mereri ſibique eſſe inimicus atque hoſtis, vitam denique fugere, intellegatur aliquam ſubeſſe ejuſmodi cauſſam, ut ex eo ipſo intellegi poſſit ſibi quemque eſſe carum. Nec vero ſatis eſt id, neminem eſſe qui ipſe ſe oderit; ſed illud quoque intellegendum eſt, neminem eſſe, qui, quo modo ſe habeat, nihil ſua cenſeat intereſſe: tolletur enim adpetitus animi, ſi, ut in iis rebus, inter quas nihil in-

f Aut *ut ille apud Terentium*] Deleta prima vocula legerim *ut ille apud Terentium*. Locus autem extat in Heautontimorumeno Act. i. Sc. i. 95. *Davies.*

g *Inimicus ipſe ſibi putandus eſt*] Lego *inimici ipſi ſibi putandi ſunt*. Conſtructionem turbarunt librarii, quod proxime præceſſit nomen ſingulare; cum tamen hæ voces ad illa pluralia, quæ prius poſita ſunt, referantur. Sic enim procedit oratio: *Neque enim, ſi nonnulli reperiuntur qui aut laqueos aut alia exitia quærant, ut ille apud Terentium, qui decrevit* &c. idcirco hi, *inimici ipſi ſibi putandi ſunt*. Res mihi parum dubia videtur. *Idem.*

h *Mihi ſic uſus eſt: tibi ut opus eſt facto face*] Terentius Heaut. Act. i. Sc. i. 28. Apud eum tamen obtinet alius ordo

Digitized by Google

tereſt, neutram in partem [i] propenſiores ſumus, item in nobiſmetipſis, quemadmodum adfecti ſimus, nihil noſtra arbitrabimur intereſſe.

XI. Atque etiam illud ſi quis dicere velit, perabſurdum ſit, ita diligi a ſeſe quemque, ut ea vis diligendi ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipſum, qui ſeſe diligat. Hoc cum in amicitiis, cum in officiis, cum in virtutibus dicitur, quomodocumque dicitur, intellegi tamen quid dicatur poteſt; [k] in nobis autem ipſis ne intellegi quidem, ut propter aliam quampiam rem, verbi gratia, propter voluptatem, nos amemus: propter nos enim illam, non propter eam noſmetipſos diligimus. Quamquam quid eſt quod magis perſpicuum ſit, non modo carum ſibi quemque, verum etiam vehementer carum eſſe? quis eſt enim, aut [l] quotus quiſque, cui, mors cum adpropinquet,

Non refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu?

Etſi hoc quidem eſt in vitio, diſſolutionem naturæ tam valde perhorreſcere; quod item eſt reprehendendum in dolore: ſed quia fere ſic adficiuntur omnes, ſatis argumenti eſt, ab interitu naturam abhorrere. Idque quo magis quidam ita faciunt ut jure etiam reprehendantur, hoc magis intellegendum eſt hæc ipſa nimia in quibuſdam futura non fuiſſe, niſi quædam eſſent modica natura. Nec vero dico eorum metum

verborum; hunc autem ſervant Ciceronis exemplaria. *Davies.*

[i] *Propenſiores* ſumus] Sic etiam Lambinus. Vulgo *ſimus.* Idem.

[k] *In nobis autem ipſis ne intelligi quidem, ut propter aliam*] Lis huic lectioni non eſt movenda, ſi modo ſit a MSStis. Pall. certe ſec. tert. quint. ſext. Med. et Aſcenſ. *in nobis autem ipſis intelligi quidem propter aliam.* Sic etiam C. C. C. et Balliol. niſi quod ii dent *ut propter aliam.* Nec abeunt Pariſ. pr. ſec. excepto quod hi repræſentent *in nobiſmet aut* (Victorius et Elienſ. *autem*) *ipſis intelligi quidem propter aliam.* Lambinus edidit, *in nobiſmet autem ipſis intelligi* qui poteſt, *ut propter aliam.* Ipſe potius reſcripſerim *in nobiſmet autem ipſis intelligi* nequit *ut propter aliam* &c. *Idem.*

[l] *Quotuſquiſque —— exalbeſcat metu*] Hæc habet Nonius in *ſanguis.* Idem.

Digitized by Google

mortis, qui quia privari ſe vitæ bonis arbitrentur, aut quia quaſdam poſt mortem formidines extimeſcant, aut ſi metuant ne cum dolore moriantur, idcirco mortem fugiant: [m] in parvis enim ſæpe, qui nihil eorum cogitant, ſi quando his ludentes minamur præcipitaturos alicunde, extimeſcunt: quinetiam feræ, inquit Pacuvius,

Quibus abeſt ad præcavendum intellegendi aſtutia,

ſibi injecto terrore mortis horreſcunt. Quis autem de ipſo ſapiente aliter exiſtumat, quin, etiam cum decreverit eſſe moriendum, tamen diſceſſu a ſuis atque ipſa relinquenda luce moveatur? Maxume autem in hoc quidem genere vis eſt perſpicua naturæ, cum et mendicitatem multi perpetiantur ut vivant, et angantur adpropinquatione mortis confecti homines ſenectute, et ea perferant quæ Philoctetam videmus in fabulis: qui cum cruciaretur non ferendis doloribus, [n] propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum.

[o] *Configebat tardus celeres, ſtans volantes,*

ut apud Accium eſt,

Pinnarumque contextu corpori tegumenta faciebat.

De hominum genere, aut omnino de animalium loquor? cum arborum et ſtirpium eadem pæne natura ſit. [p] Sive enim, ut doctiſſimis viris viſum eſt, ma-

[m] In parvis *enim ſæpe—extimeſcunt*] Conſtructionem non video niſi legas, *parvi enim ſæpe*, vel *infantes enim ſæpe—extimeſcunt*. Davies.

[n] *Propagabat tamen vitam aucupio* ſagittarum] Mihi quidem latet, quid ſibi velit *aucupium ſagittarum*. Lego *propagabat tamen vitam aucupio: ſagitta enim configebat* Tardus celeres, ſtans volantes,—*ut apud Attium eſt, pinnarumque* &c. Vide ſis Ovidium Metam. xiii. 52. ac Quintum Smyrnæum lib. ix. 358. *Attio* ſua verba reddere conatus eſt Joſ. Scaliger Conj. in Varronis lib. vi. de L. L. p. 102. Mihi ſola illa quattuor ex Attio poeta videtur laudaſſe Tullius. Adi ſcriptorem incertum ad calcem Cenſorini cap. xiv. *Idem.*

[o] *Configebat tardus celereis ſtans volatileis* &c.] Sic apud, *Attium* Philocteta: *Configo tardus celereis, ſtans volatileis, Pro veſte pinnis membra textis contegens.* Hæc ex Joſepho Scaligero, juvene doctiſſimo, et plane patris ſimillimo. *Lambinus.*

[p] *Sive* enim, *ut doctiſſimis*] Vulgo deeſt vox ſecunda, quam ex Elienſi nos adjecimus. Hoc

Digitized by Google

jor aliqua cauſſa atque divinior hanc vim ingenuit, ſive hoc ita fit fortuito; videamus ea, quæ terra gignit, corticibus et radicibus valida ſervari: quod contingit animalibus ſenſuum diſtributione et quadam conpactione membrorum. Qua quidem de re quamquam adſentior iis, qui hæc omnia regi natura putant; quæ ſi natura neglegat, ipſa eſſe non poſſint: tamen concedo, ut qui de hoc diſſentiunt exiſtument quod velint, ac vel hoc intellegant, [q] ſi quando naturam hominis dicam, hominem dicere me: nihil enim hoc differt: nam prius a ſe poterit quiſque diſcedere, quam adpetitum earum rerum, quæ ſibi conducant, amittere. Jure igitur graviſſimi philoſophi initium ſummi boni a natura petiverunt, et illum adpetitum rerum ad naturam adcommodatarum ingeneratum putaverunt omnibus, [r] qui continentur ea commendatione naturæ, qua ſe ipſi diligunt.

XII. Deinceps videndum eſt, quoniam ſatis apertum eſt ſibi quemque natura eſt carum, quæ ſit hominis natura; id eſt enim de quo quærimus. [s] Atqui perſpicuum eſt hominem e corpore animoque conſtare, cum primæ ſint animi partes, ſecundæ corporis. Deinde id quoque videmus, [t] et ita figuratum corpus, ut excellat aliis, animumque ita conſtitutum, ut et ſenſibus inſtructus ſit, et habeat præſtantiam mentis, cui tota hominis natura pareat; in qua ſit mirabilis quædam vis rationis, et cognitionis,

etiam Guyetus ex Morelii libro factum voluit, et locum, prout nos edidimus, cenſuit diſtinguendum. Nam reliquas editiones deformat interpunctio vitioſa. *Davies.*

[q] *Si quando naturam hominis dicam, hominem dicere me*] Sic paſſim loquuntur auctores. Vide Gifanium Collectaneis in Lucretium verbo *natura*, et nos ad lib. i. N. D. cap. 17. *Idem.*

[r] *Qui continentur*] Forte *quia continentur.* Idem.

[s] *Atqui perſpicuum eſt hominem e corpore animoque conſtare*] Reſpexit ad locum Ariſtotelis in i. Politic. [cap. 5.] Τὸ δὴ ζῶον πρῶτον συνίστηκεν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ὧν τὸ μὲν, ἄρχον ἐστὶ φύσει· τὸ δ', ἀρχόμενον. Urſin.

[t] Et *ita figuratum corpus*] Lambinus copulationem delet. Mihi potius ſcribendum videtur, *eſſe ita figuratum corpus.* Davies.

Digitized by Google

et ſcientiæ, virtutumque omnium. Nam quæ corporis ſunt, ea nec auctoritatem cum animi partibus comparandam et cognitionem habent faciliorem: itaque ab his ordiamur. Corporis igitur noſtri partes, totaque figura, et forma, et ſtatura quam apta ad naturam ſit, adparet; neque eſt dubium, quin frons, oculi, aures, et reliquæ partes, quales propriæ ſunt hominis, intellegatur: ſed certe opus eſt ea valere, [u] et vigere, et naturales motus uſuſque habere, ut nec abſit quid eorum, nec ægrum debilitatumve ſit: id enim natura deſiderat. [x] Eſt etiam actio quædam corporis, quæ motus et ſtatus naturæ congruentes tenet: in quibus ſi peccetur diſtortione et depravatione quadam, aut motu ſtatuve deformi, ut ſi aut manibus ingrediatur quis, aut non ante ſed retro, fugere plane ſe ipſe, et hominem ex homine exuens naturam odiſſe videatur. Quamobrem etiam ſeſſiones quædam, et flexi fractique motus, quales protervorum hominum aut mollium eſſe ſolent, contra naturam ſunt: ut, etiam ſi animi vitio id eveniat, tamen in corpore inmutari hominis natura videatur. Itaque e contrario moderati æquabileſque habitus, [y] adfectiones, uſuſque corporis, [z] apti eſſe ad naturam videntur. Jam vero animus non eſſe ſolum, ſed etiam cujuſdammodi debet eſſe, [a] ut et omnes partes ſuas habeat incolu-

[u] *Et vigere, et naturales motus uſuſque habere*] Vulgo deeſt tertia vox, quam Med. C. C. C. aliique Codices exhibent. Eam quoque repræſentant editiones Aſcenſiana et Victoriana. *Davies.*

[x] *Eſt* etiam *actio quædam corporis*] *Etiam* repoſuimus, rejecto *enim*, ſecuti veterem librum et ordinem a Cicerone inſtitutum, ea quæ corporis ſunt perſequente et a ſingularum partium valetudine ad actionis dignitatem tranſeunte. P. Manuc. *Ibid.* Recte Manucius: et ejus emendationem firmant Pal. ſec. quint. Elienſ. et Med. *Davies.*

[y] Effectiones *uſuſque corporis*] Malim *actiones*: cur malim, ſatis conſtat. Sic et in *Latinii* libro poſtea ſcriptum vidi. P. Manuc. *Ibid.* At Pall. Pariſ. tres, C. C. C. Med. et Balliol. *affectiones*; idque verum: nec aliter Aſcenſius ediderat. *Idem.*

[z] Apti *eſſe ad naturam videntur*] Sic Elienſ. melius quam *apta*, prout vulgo legitur. *Idem.*

[a] *Ut et omnes partes* ſuas *habeat*

Digitized by Google

mes et de virtutibus nulla deſit. Atqui in ſenſibus eſt ſua cujuſque virtus, ut nequid inpediat quo minus ſuo ſenſus quiſque munere fungatur in his rebus celeriter expediteque percipiendis, quæ ſubjectæ ſunt ſenſibus.

XIII. Animi autem et ejus animi partis quæ princeps eſt, quæque mens nominatur, plures ſunt virtutes, ſed duo prima genera; unum earum, quæ ingenerantur ſuapte natura, adpellanturque non voluntariæ; [b] alterum autem earum, quæ in voluntate poſitæ [c] magis proprio nomine adpellari ſolent; quarum eſt excellens in animorum laude præſtantia. Prioris generis eſt docilitas, memoria; [d] quæ fere omnia adpellantur uno ingenii nomine, eaſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur: alterum autem genus eſt magnarum verarumque virtutum; quas adpellamus voluntarias, [e] ut prudentiam, temperantiam, for-

beat incolumes] Vulgo *ſuas* non agnoſcunt nec ſane reperitur ea vox in Pal. quart. Pariſ. pr. aut editione Victoriana. Cum tamen haud incommoda ſit, et in Pall. quatuor, Pariſ. duobus, C. C. C. Med. Balliol. et Aſcenſ. compareat, habendam cenſuimus ejus rationem. *Davies.*

[b] *Alterum* autem *earum*] Vulgo deeſt vox media, quam ſuppeditarunt Pariſ. pr. et Elienſ. *Idem.*

[c] *Magis* proprio *nomine*] Lego *magis* proprie eo *nomine*. Idem.

[d] Quæ *fere omnia*] Malim *qualia fere omnia*. Idem.

[e] *Ut prudentiam, temperantiam* &c.] Atqui *prudentia*, quam Græci φρόνησιν appellant, numeratur in virtutibus non voluntariis, quas illi διανοητικὰς nominant, et ad prius genus pertinet. *Lambin.*

Ib. *Ut prudentiam*] Ciceroni dicam Lambinus impingit, quod prudentia numeratur in virtutibus non voluntariis, adeoque ad prius genus pertinet. Sane ſi φρόνησις eodem ſenſu capiatur, quo δεινότης, ἀγχίνοια vel εὐστοχία virtus eſt non voluntaria purumque putum naturæ donum. At vero *prudentia, quam Græci* φρόνησιν, *eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia*, prout eam Cicero definivit Offic. i. 43. primumque tenet in virtutibus ἠθικαῖς locum. Certe ſi *virtutes voluntariæ multum excellunt, propterea quod ex ratione gignuntur*; inter virtutes voluntarias ut ſit φρόνησις neceſſe eſt, ſiquidem illa τῷ λογικῷ μέρει τῆς ψυχῆς ἀρετά ἐστι, quemadmodum loquitur Theages apud Stobæum Serm. i. pag. 10. eſtque ἕξις ἀληθὴς μετὰ λόγου πρακτικὴ περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά, quæ verba ſunt Ariſtote-

Digitized by Google

titudinem, juſtitiam, et reliquas ejuſdem generis. Et ſummatim quidem hæc erant de corpore animoque dicenda; quibus quaſi informatum eſt, quod hominis natura poſtulet. Ex quo perſpicuum eſt, quoniam ipſi a nobis diligamur, omniaque et in animo et in corpore perfecta velimus eſſe, ea nobis ipſa cara eſſe propter ſe, et in iis eſſe ad bene vivendum momenta maxuma. Nam cui propoſita ſit conſervatio ſui, neceſſe eſt huic partes quoque ſui caras eſſe, carioreſque, quo perfectiores ſint et magis in ſuo genere, laudabiles. Ea enim vita expetitur, quæ ſit animi corporiſque expleta virtutibus; in eoque ſummum bonum poni neceſſe eſt, quandoquidem id tale eſſe debet ut rerum expetendarum ſit extremum. Quo cognito, dubitari non poteſt, quin, cum ipſi homines ſibi ſint per ſe et ſua ſponte cari, partes quoque et corporis et animi et earum rerum, quæ ſunt in utriuſque motu et ſtatu, ſua caritate colantur et per ſe ipſæ adpetantur. Quibus expoſitis, facilis eſt conjectura, ea maxume eſſe expetenda ex noſtris, quæ plurimum habent dignitatis: ut optumæ cujuſque partis, quæ per ſe expetatur, virtus ſit expetenda maxume. [f] Ita fiet, ut animi virtus corporis virtuti anteponatur, animique virtutes non voluntarias vincant virtutes voluntariæ: quæ quidem proprie virtutes adpellantur, multumque excellunt, propterea quod ex ratione gignuntur, qua nihil eſt in homine divinius. Etenim omnium rerum, quas et creat natura et tuetur, quæ aut ſine animo ſint aut non multo ſecus, earum ſummum bonum in corpore eſt: ut non inſcite illud dictum videatur in ſue, [g] animum illi pecudi datum pro ſale, ne putreſceret.

lis Ethic. Nicom. vi. 5. Vide ſis eundem apud Stobæum Serm. iii. pag. 40. et noſtrum infra cap. 23. *Davies.*

[f] *Ita* fiet, *ut animi virtus*] Malim *ita ſit*, ut habet C. C. C. *Idem.*

[g] *Animam illi pecudi datam pro ſale, ne putreſceret*] Dictum Chryſippi, ut ait Cicero lib. ii. N. D. [cap. 64.] Sed Nonius Marcellus a *putido putiſceret* deductum legit. *Camerar.*

Digitized by Google

XIV. Sunt autem beſtiæ quædam, in quibus ineſt aliquid ſimile virtutis, ut in leonibus, ut in canibus, [h] ut in equis: in quibus non corporum ſolum, ut in ſuibus, ſed etiam animorum aliqua ex parte motus quoſdam videmus. In homine autem ſumma omnis animi eſt; et in animo, rationis; ex qua virtus eſt: quæ rationis abſolutio definitur. [i] Quæ etiam atque

Ib. *Animum illi pecudi datum pro ſale ne putreſceret*] Varro lib. ii. de R. R. [cap. 4.] *Suillum pecus donatum a natura dicunt ad epulandum. Itaque his animam datam pro ſale, quæ ſervaret carnem.* Plinius lib. viii. cap. 51. *Hoc maxime brutum, animamque ei pro ſale datam non illepide exiſtimabatur.* Urſin.

Ib. *Datam pro ſale ne putiſceret*] Sic legendum cenſeo *ne putiſceret:* ut legit Nonius Marcellus in voce *putidum.* Nam libri omnes et vulgati, et manuſcripti habent *putreſceret.* Mendoſe. Sic et lib. ii. de Nat. Deorum [cap. 64.] *Sus vero quid habet præter eſcam? cui quidem, ne putiſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.* Præterea *animam* edendum curavi, rejecta vulgata lectione *animum.* Sic enim eſt in ſecundo libro de Nat. Deorum. Adde quod Varro lib. ii. de Re Ruſt. [cap. 4.] *animam* dixit, non *animum,* de eadem re loquens. Sic enim ille. *Itaque iis animam datam eſſe proinde ac ſalem, quæ ſervaret carnem.* Lambinus.

Ib. Animum *illi pecudi* datum *pro ſale ne* putreſceret] Vulgo *animam illi pecudi datam pro ſale ne putiſceret.* Et ultimam quidem vocem ſic exhibet Nonius in *putidum*; at *animam datam,* refragante Nonio cunctiſque Tullii MSStis, primus intulit Lambinus: cum quo facit etiam Gifanius in Indice Lucretiano, niſi quod is *puteſceret.* Neutrum videtur neceſſarium. Nam me ſane fugit, cur tanta Nonii ſit auctoritas, ut conſenſui præferatur Ciceronianorum codicum, in quibus eſt *ne putreſceret.* Vide quæ diximus ad lib. ii. N. D. cap. 64. Deinde, licet *animus* pro *mente* paſſim ſumatur, et grammatici teſtentur *animum et animam* hoc diſtare, *Animus eſt quo ſapimus, Anima qua vivimus*; tamen interdum *corpori* ſimpliciter *animus* opponitur, eaque de cauſa beſtiis, quæ vivunt, ſenſibuſque ſunt inſtructæ, tribui poteſt. Sic Tuſc. i. 33. *Jam ſimilitudo magis apparet in* BESTIIS, *quarum* ANIMI *ſunt rationis expertes.* Ac infra cap. XX. *Sunt autem clariora, vel plane perſpicua, nec dubitanda indicia naturæ, maxime ſcilicet in homine, ſed in omni* ANIMALI, *ut appetat* ANIMUS *aliquid agere ſemper.* Vide ſis et hujuſce libri capp. 12, 14. *Davies.*

[h] Ut *in equis*] Prima vox in MSStis et editione Victoriana non comparet. Itaque legerim *ut in leonibus, in canibus, in equis*; ac ita Med. a prima manu. *Idem.*

[i] Quæ *etiam atque etiam* explicanda *putant*] Sic optime Pa-

Digitized by Google

etiam explicanda putant. Earum etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam et perfectio eſt, non diſſimilis animantium: itaque et vivere vitem et mori dicimus; arboremque et novellam et vetulam et vigere et ſeneſcere. Ex quo non eſt alienum, ut animantibus, [k] ſic illis et apta quædam ad naturam aptare et aliena; earumque augendarum et alendarum quandam cultricem eſſe, quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, ut, [l] quo natura ferat, eo poſſit ire: ut ipſæ vites, [m] ſi loqui poſſent, ita ſe tractandas tuendaſque eſſe fateantur. Et nunc quidem quod

riſ. pr. tert. ut ad illa omnia reſpiciat, quæ de homine dixerat. Vulgo *quam etiam atque etiam explicandam putant*; quod non tam late patet. *Davies.*

[k] *Sic illis et apta quædam ad naturam* putare, *et aliena.*] Sic reſtitui, libros manuſcriptos duces atque auctores ſecutus: in quibus verbum *amputare,* quod eſt in vulgatis poſt vocem *aliena,* non comparet: *aptare* quod in vulgatis deinceps legitur poſt *ad naturam,* partim varie ſcriptum eſt, ut *optare, patare,* partim plane pro eo eſt *putare:* quod rectum eſt. Hunc autem locum apparet a ſciolis eſſe corruptum, aut a doctis quidem illis, ſed partim plus nimio ſibi tribuentibus, partim non attendentibus, nondum hoc loco agi de putando, aut amputando: ſed infra non longe, ibi, *Quæ circumcidat, amputet* &c. Quin ea ipſa verba, quæ debuerant eos admonere, nihil hic eſſe mutandum, illos homines minime malos induxerunt, ut hunc locum depravarent, ut et innumerabiles alios depravarunt. *Lambinus.*

Ib. *Illis et apta quædam* ad naturam aptare *et aliena*] Sic edidit Victorius ac ita dant Pal. quart. et Pariſ. pr. Reliqui fere Codices habent *illis et apta quædam ad naturam* amputareque *aliena.* Lambinus reſtituit *illis et apta quædam* ad naturam putare *et aliena.* Nec aliter præ ſe fert Elienſ. Si tamen attendas animum, forſan hæc incommode dici videbis: nam nec *aliena ad naturam* patitur, ut opinor, Latinæ linguæ ratio, nec *illis apta ad naturam*; cum potius *ad illarum naturam apta* poſtulat loquendi conſuetudo. In Med. eſt *apta quædam a natura.* Lego quam minima mutatione, *illis et apta quædam* natura *putare et aliena.* Sic omnia fiunt plana. *Davies.*

[l] *Quo natura ferat, eo* poſſit *ire*] Legerim *eo* poſſint *ire,* ſcilicet arbores viteſque de quibus agitur. *Idem.*

[m] *Si loqui* poſſent] Vulgo *poſſint:* adverſantibus C. C. C. Pariſ. Elienſ. Med. aliiſque Codicibus ſimul ac editionibus Aſcenſii et Victorii. *Idem.*

Digitized by Google

eam tuetur, ut de vite potiſſimum loquar, eſt id extrinſecus: in ipſa enim parum magna vis eſt ut quam optume ſe habere poſſit, ſi nulla cultura adhibeatur. At vero ſi ad vitem ſenſus acceſſerit, ut adpetitum quendam habeat et per ſe ipſa moveatur; quid facturam putas? an ea, quæ per vinitorem antea conſequebatur, [n] per ſe ipſam curabit? ſed videſne acceſſuram ei curam, ut ſenſus quoque ſuos eorumque omnium adpetitum et ſi qua ſint ei membra adjuncta tueatur? Sic ad illa quæ ſemper habuit, junget ea quæ poſtea acceſſerint; nec eundem finem habebit quem cultor ejus habebat, ſed volet ſecundum eam naturam, quæ poſtea ei adjuncta ſit, vivere. [o] Ita et ſimilis erit finis boni atque antea fuerat, neque idem tamen: non enim jam ſtirpis bonum quæret, ſed animalis. Quod ſi non ſenſus modo ei ſit datus, verum etiam animus hominis; [p] nonne neceſſe eſt et illa priſtina manere, ut tuenda? [q] et inter hæc multo eſſe cariora quæ acceſſerint? animique optumam quamque partem cariſſimam? in eaque expletione naturæ ſummi boni finem conſiſtere, cum longe multumque præſtet mens atque ratio? [r] Sic et extremum om-

[n] *Per ſe ipſam curabit*] Vulgo *et per ſe ipſam curabit*. Sed copulationem neſciunt Pariſ. pr. ſec. et Aſcenſ. ac eorum fide illam delevi. *Davies.*

[o] *Ita* et *ſimilis erit finis boni*] Vulgo *ita ſimilis erit* et *finis boni*; quo modo prorſus abundat particula copulans, niſi forte legas *ita ſimilis erit* ei *finis boni*: unde fit ut eam in ſuis editionibus negligant Lambinus et Aldus nepos. Nos in ordine verborum MStum C. C. C. et Aſcenſ. ſequimur, ac tum demum recte procedit oratio. *Idem.*

[p] Non *neceſſe eſt et illa priſtina manere* ut *tuenda*] Legendum ex MSto, *nonne neceſſe eſt et illa priſtina manere tuenda* &c. et paullo poſt, *ſic extremum omnium appetendum* &c. *Urſin.*

[q] *Et* inter *hæc multo eſſe cariora*] Si quæras, *inter quæ?* nemo reſponderit. Forſan *et* inſuper *hæc* &c. vel *et nupera hæc*; prius enim *illa priſtina* dixerat. *Davies.*

[r] *Sic et extremum omnium appetendorum ductum a prima commendatione naturæ*] Sic legendum cenſeo vel omnibus libris reclamantibus, in quibus eſt *a prima* communione *naturæ*. Sic enim loquitur infra, non longe admodum, *Et adhuc quidem ita nobis progreſſa ratio eſt, ut ea duceretur omnis a prima* commendatione *naturæ*. Lambinus.

Ib. *Extremum omnium appe-*

Digitized by Google

nium adpetendorum, atque ductum a prima communitate naturæ, multis gradibus adſcendit ut ad ſummum perveniret, quod cumulatur ex integritate corporis et ex mentis ratione perfecta.

XV. Cum igitur ea ſit, quam expoſui, forma naturæ; ſi, ut initio dixi, ſimul atque ortus eſſet, ſe quiſque cognoſceret, judicareque poſſet quæ vis et totius eſſet naturæ et partium ſingularum, continuo videret quid eſſet hoc quod quærimus, omnium rerum, quas expetimus, ſummum et ultimum, nec ulla in re peccare poſſet. Nunc vero a primo quidem mirabiliter occulta natura eſt, nec perſpici nec cognoſci poteſt: progredientibus autem ætatibus, ſenſim tardeve potius quaſi noſmetipſos cognoſcimus. Itaque illa prima commendatio, quæ a natura noſtri facta eſt, nobis incerta et obſcura eſt: primuſque adpetitus ille animi tantum agit ut ſalvi atque integri eſſe poſſimus. Cum autem diſpicere cœperimus et ſentire [s] quid ſimus et quid animantibus ceteris differamus, tum ea ſequi incipimus, ad quæ nati ſumus. Quam ſimilitudinem videmus in beſtiis, quæ primo, in quo loco natæ ſunt, ex eo ſe non conmovent: deinde [t] ſuo quæque adpetitu moventur: ſerpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videmus boves, [u] nepas aculeis, ſuam denique cui-

tendorum, atque *ductum a prima* communitate *naturæ*] Elienſ. *commutatione naturæ*. Legendum *commendatione naturæ*, prout etiam Lambinus animadvertit. Vide Fin. lib. ii. cap. 12. et hujuſce libri capp. 11, 15, 17. Reſtat tamen aliud vitium; turbat enim vox *atque*, et cum eodem viro doctiſſimo prorſus eſt delenda, niſi forte reperiatur lenior medicina. Fieri poteſt ut ſcripſerit Tullius, *extremum omnium appetendorum*, idque *ductum a prima* commendatione *naturæ*. Davies.

[s] *Quid ſimus et* quid *animantibus ceteris differamus*] Forte *quid ſimus, et* quî *animantibus* &c. *Idem.*

[t] *Suo quæque appetitu* moventur] Ita Pariſ. ſec. tert. Vulgo *movetur*. Idem.

[u] *Nepas aculeis*] Sic nunc edidi, et Nonii auctoritatem, et duorum codicum manuſcriptorum fidem ſecutus. Conſulendus autem Nonius in voce *nepam*; ubi docet *nepam* eſſe ſcorpium potius quam cancrum. Cicero in Arato, *Atque oculos urget pedibus, pectuſque nepæ.*

Digitized by Google

que naturam esse ad vivendum ducem. Quæ similitudo in genere etiam humano adparet. Parvi enim primo ortu sic jacent, tamquam omnino sine animo sint: cum autem paullum firmitatis accesserit, et animo utuntur et sensibus, connitunturque ut sese erigant et manibus utantur, et eos agnoscunt a quibus educantur: deinde æqualibus delectantur, libenterque se cum his congregant, dantque se ad ludendum, [x] fabellarumque auditione ducuntur: deque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt, animadvertuntque ea, quæ domi fiunt, curiosius, incipiuntque commentari aliquid et discere: et eorum, quos vident, volunt non ignorare nomina: [y] quibusque rebus cum æqualibus decertant, si vincunt, efferunt se lætitia; victi debilitantur animosque demittunt. Quorum sine caussa fieri nihil putandum est. [z] Est enim natura sic generata vis hominis, ut ad omnem virtutem percipiendam facta videatur: ob eamque caussam parvi virtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina moventur: sunt enim prima elementa naturæ, [a] quibus auctis, virtutis quasi carmen efficitur.

Lambin. *Ibid.* Olim videlicet edebant *vespas aculeis*, et sic plures MSSti. *Nepas* tamen ante Lambinum Victorius expressérat, nec aliter C. C. C. ut et Pal. quart. pro varia lectione. *Davies.*

[x] *Fabellarumque auditione ducuntur*] Profert hunc locum Nonius in voce *fabellæ*, et in *auditus et auditio*. Lambin. *Ibid.* Præterea laudat in verbo *duci*. Davies.

[y] *Quibusque rebus cum æqualibus decertant*] Cum Lambino scripserim, *quibusque* de *rebus cum æqualibus decertant:* nam si dicamur rebus aliquibus decertare, significantur instrumenta vel modi, quibus inter decertandum utimur. Sic *armis, ferro, præliis, jure decertare* passim. Vide Cæsarem B. C. iii. 19. ac Ciceronem pro Plancio capp. 35, 36. et de Prov. Conf. cap. xiii. *Idem.*

[z] *Est enim natura sic generata* vis *hominis*] Deleta voce penultima legerim, *Est enim natura sic generata hominis*. Ita certe loquitur infra cap. xxiii. *Nam cum sic*, inquit, *hominis natura generata sit*. Vel etiam scripserim, *est enim natura sic generata* omnis *hominis*; ut ex compendiaria scriptura natum sit mendum. *Idem.*

[a] *Quibus auctis, virtutis quasi* carmen *efficitur*] J. Fr. Gronovius reponit, *virtutis quasi* germen *efficitur*. Lubens equidem fateor mihi vulgatam lec-

Digitized by Google

Nam cum ita nati factique ſimus, ut et agendi aliquid et diligendi aliquos, et liberalitatis et referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, atque ad ſcientiam, prudentiam, fortitudinemque aptos animos haberemus, a contrariiſque rebus alienos; non ſine cauſſa eas, quas dixi, in pueris virtutum quaſi ſcintillulas videmus, e quibus accendi philoſophi ratio debet, ut eam, quaſi Deum, ducem ſubſequens ad naturæ perveniat extremum. Nam, ut ſæpe jam dixi, in infirma ætate inbecillaque mente vis naturæ per caliginem cernitur: cum autem progrediens confirmatur animus, agnoſcit quidem ille naturæ vim, ſed ita, ut progredi poſſit longius, per ſe ſit tamen inchoata.

XVI. Intrandum eſt igitur in rerum naturam, et penitus, quid ea poſtulet, pervidendum: aliter enim NOSMET IPSOS NOSSE non poſſumus: quod præceptum, quia majus erat [b] quam ut ab homine videtur] V. C. Th. Bentleius non abſurde repoſuit *quam ut ab homine* ederetur. Cyprianus de Orat. Domin. pag. 213. *Omni ſexui atque ætati* præcepta *ſalutis* ediderit. Malim tamen *quam ut ab homine traderetur.* Noſter de Orat. i. 18. *Qui rhetores nominarentur et qui dicendi* præcepta traderent. Et in Orat. cap. xli. *Sed ſi profitear (quod utinam poſſem) me ſtudioſis dicendi* præcepta *et quaſi vias, quæ ad eloquentiam ferrent,* traditurum. Sic etiam hujuſce libri cap. iv. Adi ſis et J. Fr. Gronovium ad Senecæ Epiſt. xl. Poſſis etiam ſcribere, *quam ut ab homine diceretur* vel *inveniretur.* Minucius Felix cap. xix. *Altior et ſublimior aquæ et ſpiritus ratio, quam ut ab homine potuerit* INVENIRI: *a Deo* TRADITUM. De re ipſa vide nos ad Tuſc. i. 22. *Idem.*

tionem ſatis non facere: non enim *elementa* de litteris intelligi poſſunt, ſiquidem ex iis, non *auctis,* ſed conjunctis et ordine certo diſpoſitis, efficitur carmen. Forſan, *quibus auctis, virtutis quaſi* cacumen *efficitur.* Lucretius v. 1455.

Namque alid ex alio clareſcere corde videmus
Artibus, ad ſummum donec venere cacumen.

Boetius Conſ. Philoſ. lib. iv. Proſ. 2. *Omniaque expetenda referri ad bonum, velut ad quoddam naturæ ſuæ* CACUMEN *oſtendimus.* Et lib. v. Proſ. 5. *In illius ſummæ intelligentiæ* CACUMEN, *ſi poſſumus, erigamur.* Ea vox metaphorice *perfectionem* denotat, ut ἄκρον Græcis. *Davies.*

[b] *Quam ut ab homine* videretur

retur, idcirco adſignatum eſt Deo. Jubet igitur nos Pythius Apollo, noſcere noſmetipſos: cognitio autem hæc eſt una, ut vim noſtri corporis animique norimus, ſequamurque eam vitam, [c] quæ rebus ipſis perfruatur. Quoniam autem is animi adpetitus a principio fuit, ut ea, quæ dixi, quam perfectiſſima a natura haberemus; confitendum eſt, cum id adepti ſimus, quod adpetitum ſit, in eo quaſi ultimo conſiſtere naturam, atque id eſſe ſummum bonum: quod certe univerſum ſua ſponte ipſum expeti et propter ſe neceſſe eſt, quoniam ante demonſtratum eſt, etiam ſingulas ejus partes eſſe per ſe expetendas. In enumerandis autem corporis commodis ſiquis prætermiſſam a nobis voluptatem putabit, in aliud tempus quæſtio differatur. Utrum enim ſit voluptas in iis rebus, quas primas ſecundum naturam eſſe diximus, necne ſit, ad id, quod agimus, nihil intereſt. Si enim (ut mihi quidem videtur) non explet bona naturæ voluptas, jure prætermiſſa eſt; [d] ſin eſt in ea, quod quidam volunt, nihil inpedit noſtram hanc comprehenſionem ſummi boni: quæ enim conſtituta ſunt prima naturæ, ad ea ſi voluptas acceſſerit, unum aliquod acceſſerit commodum corporis, neque eam conſtitutionem ſummi boni, quæ eſt propoſita, mutaverit.

XVII. Et adhuc quidem ita nobis progreſſa ratio eſt, ut ea duceretur omnis a prima commendatione

[c] *Quæ rebus ipſis* perfruatur] Docti quidam legi volunt *perficiatur*. Lambin. Ibid. *Perficiatur* antiquus liber. *P. Manucius.*

Ib. *Quæ rebus ipſis* perfruatur] Vetus Manucii liber, Pall. ſec. tert. quint. Elienſ. C. C. C. et Balliol. *perficiatur*; quod mihi præ vulgata lectione placet: allufit enim, niſi fallor, ad Ariſtotelis ſententiam, qui τέλος putavit χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ TEAEIΩι. Adi ſis ipſum Ethic. Nicom. lib. i. c. 7. Diogenem Laertium v. 30. et Stobæum Ecl. Ethic. lib. ii. p. 164. *Rebus ipſis* animi bona, corporis, et fortunæ denotari cenſeo. Vide Fin. ii. 6. Acad. ii. 42. et Lactantium Div. Inſt. iii. 7. *Davies.*

[d] *Sin eſt in ea*] Forſan *ſin eſt in eis*, ſcilicet bonis naturæ. *Idem.*

Digitized by Google

naturæ: nunc autem aliud jam argumentandi ſequamur genus, ut non ſolum quia nos diligamus, ſed quia cujuſque partis naturæ et in corpore et in animo ſua quæque vis ſit, idcirco [e] in his rebus ſumma noſtra ſponte moveamur. Atque ut a corpore ordiar; videſne [f] ut, ſi qua in membris prava, aut debilitata, aut inminuta ſint, occultent homines? ut etiam contendant et elaborent, ſi efficere poſſint, ut aut non adpareat corporis vitium, aut quam minimum adpareat? multoſque etiam dolores curationis cauſſa perferant, ut, ſi ipſe uſus membrorum non modo non major, verum etiam minor futurus ſit, eorum tamen ſpecies ad naturam revertatur? Etenim cum omnes natura totos ſe expetendos putent, nec id ob aliam rem, ſed propter ipſos; neceſſe eſt ejus etiam partes propter ſe expeti, quod univerſum propter ſe expetatur. [g] Quid? in motu et in ſtatu corporis nihil-

[e] *In his rebus* ſumma *noſtra ſponte moveamur*] Lambino vox *ſumma* videtur inanis. Brutus autem reponit, *ſumme noſtra ſponte moveamur*. Aldus nepos edidit, *ſumma noſtra ſponte moveatur*; ut *ſumma* ſit primi caſus. Qui vero huic loco quadret iſte loquendi modus, equidem non video. Grutero tamen arriſit, et ita dant pro varia lectione Pariſ. pr. tert. Guyetus cenſuit Tullium *ſumma ſponte* ſic uſum, ut alibi *ſummam voluntatem* dixit. Sed illius locutionis exemplum deſidero. Fortean *in his rebus* conſummandis *noſtra ſponte moveamur*. Vide Senecam Epiſt. xli. et Cyprianum Epp. vi. ac lv. *Davies.*

[f] *Ut ſi* qua *in membris prava*] Pal. quart. *ut* qua *ſi* quæ *in membris*. ſec. tert. quint. ſext. C. C. C. et Med. *ut ſi* qua quæ *in membris*. Miratur autem Grutorus in ſententia tam clara diverſitatem. Sed patet unde nata fit hæc varietas: nam cum quidam Codices, ut Pariſ. pr. tert. exhiberent *ſi quæ*, alii vero *ſi qua in membris*; diligentes librarii nec hanc nec illam lectionem negligendam cenſuerunt. *Idem.*

[g] *Quod in motu et in ſtatu corporis*] Legendum ſine dubio videtur, *Quid? in motu et in ſtatu* &c. *Camerar.*

Ib. Quid? *in motu et in ſtatu corporis nihil*ne eſt *quod animadvertendum eſſe ipſa natura judicet?*] Sic vulgo quidem editur. At Codices habent *Quod in motu et in ſtatu corporis nihil ineſt* (Pariſ. pr. tert. Med. *non eſt*) *quod* (Elienſ. *quod non*) *animadvertendum eſſe ipſa natura judicet.* Nullus equidem dubito quin hæc omnia gloſſæ marginali debeantur. Ob hanc cauſſam uncinos circumpoſui. *Davies.*

Digitized by Google

ne eſt, quod animadvertendum eſſe ipſa natura judicet?] Quemadmodum quis ambulet, ſedeat, qui ductus oris, qui voltus in quoque ſit; nihilne eſt in his rebus, quod dignum libero aut indignum eſſe ducamus? nonne odio dignos multos putamus, qui quodam motu aut ſtatu videntur naturæ legem et modum contempſiſſe? Et, quoniam hæc deducuntur de corpore, quid eſt, cur non recte pulcritudo etiam ipſa propter ſe expetenda ducatur? nam ſi pravitatem inminutionemque corporis propter ſe fugiendam putamus; cur non etiam ac fortaſſe magis propter ſe formæ dignitatem ſequamur? et [h] ſi turpitudinem fugiamus in ſtatu et motu corporis; quid eſt, cur pulcritudinem non ſequamur? atque etiam valitudinem, vires, vacuitatem doloris non propter utilitatem ſolum, ſed etiam ipſas propter ſe expetemus. Quoniam enim natura ſuis omnibus expleri partibus volt, hunc ſtatum corporis per ſe ipſum expetit, qui eſt maxume e natura: quæ tota perturbatur, ſi aut ægrum corpus eſt, aut dolet, aut caret viribus.

XVIII. Videamus animi partes; quarum eſt adſpectus inluſtrior: quæ quo ſunt excelſiores, eo dant clariora indicia naturæ. Tantus eſt igitur innatus in nobis cognitionis amor et ſcientiæ, ut nemo dubitare poſſit quin ad eas res hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur. Videmuſne ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendiſque deterreantur? ut pulſi requirant et aliquid ſcire ſe gaudeant? ut aliis narrare geſtiant? ut pompa, ludis, atque ejuſmodi ſpectaculis teneantur, ob eamque rem vel famem et ſitim perferant? Quid vero? qui ingenuis ſtudiis atque artibus delectantur, nonne videmus eos nec valitudinis nec rei familiaris habere rationem? omniaque perpeti, ipſa cognitione et ſcientia captos? et cum maxumis curis et laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant, vo-

[h] *Si turpitudinem* fugiamus] Placeret *fugimus*, cum dixerit jam *fugiendam putamus*. Verum hoc leve eſt. *P. Manuc.*

Digitized by Google

luptatem? Mihi quidem Homerus [i] hujuſmodi quiddam vidiſſe videtur in iis, quæ de Sirenum cantibus finxerit. Neque enim vocum ſuavitate videntur aut novitate quadam et varietate cantandi revocare eos ſolitæ, qui prætervehebantur, ſed quia multa ſe ſcire profitebantur; ut homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent. Ita enim invitant Ulixem (nam verti, ut quædam Homeri, ſic iſtum ipſum locum)

O decus Argolicum, [k] *quin puppim flectis, Ulixes,*
Auribus [l] *ut noſtros poſſis agnoſcere cantus.*
Nam nemo hæc umquam eſt tranſvectus cærula curſu,
Quin prius adſtiterit vocum dulcedine captus:
Poſt variis avido ſatiatus pectore muſis,
Doctior ad patrias lapſus pervenerit oras.
Nos grave certamen belli, [m] *clademque tenemus,*
Græcia quam Trojæ divino numine vexit;
[n] *Omniaque e latis rerum veſtigia terris.*

[i] *Hujuſmodi quiddam* vidiſſe *videtur in iis*] Niſi fallor, ſententiæ magis conveniret *indicaſſe* vel *prodidiſſe*, vel aliud ejuſdem poteſtatis vocabulum. Vide Arnobium lib. iii. pag. 137. iv. 180, 181. *Davies.*

[k] *Quin puppim flectis,* Ulixes] Ita Codices, et paullo ante *Ulixem*, cum vulgo ſit *Ulyſſes* et *Ulyſſem*. Hic vero malim *Ulixe*; nam ſic in emendatis exemplaribus efferri ſolet *caſus vocativus*. Locus autem Homericus exſtat Odyſſ. M. 184. Ut oſtendat ὅτι φύσει φιλοπευθής ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ πολὺς αὐτῷ κατὰ στέρνων τῆς ἀληθείας ἵμερος ἐντέτηκεν, eoſdem verſus adducit Sextus Empiricus advſ. Mathem. lib. i. §. 42. *Idem.*

[l] *Ut noſtros poſſis* agnoſcere *cantus*] *Cognoſcere* habet MStus, et ita magis placet ut legatur. URSIN. *Ibid.* Retinenda vulgata lectio, quam Gruteriani noſtrique Codices exhibent. *Idem.*

[m] *Clademque* canemus] Ita quidem MSSti. Cum tamen Homerus Odyſſ. M. 189. habeat

ΙΔΜΕΝ γάρ τοι πάντ', ὅσ' ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ
Ἀργεῖοι Τρῶές τε θεῶν ἰότητι μόγησαν,

omnino legendum *clademque tenemus*, ut Victorius, Lambinus et Aldus nepos ediderunt. Nam *tenere* paſſim denotat *ſcire*. Vide modo Tuſc. i. 13. ac Arnobium lib. ii. pagg. 99, 102. et lib. iii. pag. 158. *Idem.*

[n] *Omniaque* e *latis* rerum *veſtigia terris*] Vulgo *regum*, nec aliter noſtri Codices. *Rerum* tamen ex antiquioribus editis re-

Digitized by Google

Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir inretitus teneretur: scientiam pollicentur, quam non erat mirum sapientiæ cupido [o] patria cariorem. Atque omnia quidem scire [p] cujuscumque modi sint cupere, curiosorum: duci vero majorum rerum contemplatione ad cupiditatem scientiæ, summorum virorum est putandum.

XIX. Quem enim ardorem studii censetis fuisse [q] in Archimede, qui, dum in pulvere quædam describit attentius, ne patriam quidem captam esse senserit? quantum Aristoxeni ingenium consumptum videmus in musicis? quo studio [r] Aristophanem putamus ætatem in litteris duxisse? quid de Pythagora, quid de Platone aut Democrito loquar? a quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas? [s] quæ qui non vident, nihil umquam magna cognitione dignum amaverunt. Atque hoc loco, qui propter animi voluptates coli dicunt ea

posui: sic enim Poeta vs. 191.

Ἴδμεν δ', ὅσσα γίνηται ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ.

Davies.

[o] *Patria cariorem*] C. C. C. *patria* esse *cariorem*, quod probo. *Idem.*

[p] *Cujuscumque modi* sint] Sic recte C. C. C. Med. Ascens. et editio Victoriana. Vulgo *sunt*. Idem.

[q] *In Archimede, qui dum in pulvere quædam describit* attentius] Paris. sec. tert. C. C. C. Med. et Balliol. *attentus*, idque non spernendum videtur. Historiam vero referunt Livius xxv. 31. et alii. Vide sis Gatakerum ad Antonini v. 1. *Idem.*

[r] *Aristophanem putamus ætatem in litteris* duxisse] Aristophanem, non Poetam Comicum, sed Grammaticum Byzantinum vult, de quo Suidas et alii. Vide Cl. Fabricium Bibl. Græc. tom. vii. pag. 53. Quod autem Lambinus reponit *ætatem in litteris traduxisse*, nulla necessitate ductus hoc facit. Phædrus lib. i. Fab. xxxi. 7. *Quare sollicitum potius* ævum ducitis. Sic *ducere vitam* dixit Virgilius Æn. ii. 641. iv. 340. Cum tamen *ætatem* nesciat Paris. sec. forte scripsit Tullius, *quo studio Aristophanem putamus in litteris vixisse*; quæ quidem elegantissima est locutio. Vide Fam. ix. 26. *Idem.*

[s] *Quæ qui non* vident, *nihil unquam* magna *cognitione dignum amaverunt*] Quid sit *magna cognitio*, quidve hoc faciat *vident*, haud intelligo. Forsan a Tullii manu fuit, *quæ qui non* laudent, vel *quæ qui non* mirentur, *nihil unquam* magnum aut *cognitione dignum amaverunt*. Codices autem nihil adjuvant. *Idem.*

Digitized by Google

ſtudia quæ dixi, non intellegunt idcirco eſſe ea propter ſe expetenda, quod, [t] nulla utilitate objecta, delectentur animi, atque ipſa ſcientia, [u] etiam ſi incommodatura ſit, gaudeant. Sed quid adtinet de rebus tam apertis plura requirere? ipſi enim quæramus a nobis, ſtellarum motus contemplationeſque rerum cæleſtium, eorumque omnium, quæ naturæ obſcuritate

[t] *Nulla utilitate* objecta] Ultimam vocem prætermittunt Pal. quart. et Pariſ. pr. eaque Grutero videtur παρέγγραφος. A reliquis equidem ſto codicibus; cum vix ſit ut ſimili voce careat oratio, loquendique modus reprehendi non queat. Vide noſtrum Offic. ii. 10. et Terentium Heaut. Act. i. Sc. ii. 12. *Davies.*

[u] *Etiam ſi* incommodatura *ſit*] Sic legendum cenſeo, rejecta vulgata lectione, *etiam ſi incommoda datura ſit* &c. Nam primum hoc loquendi genus *incommodum dare* eſt inſolens. Neque eſt quod quiſquam mihi dicat, *incommodum dare* æque eſſe tolerabile ut *malum dare:* nam reſpondeo, hoc eſſe uſitatum; illud non eſſe. Deinde veteres codices omnes, quos vidi, hoc loco vel lituram habent, vel ita plane, ut edidi: alii enim habent *incommoda datura* cum fœda litura in participio *datura*, ut facile appareat initio ſcriptum fuiſſe *incommodatura:* deinde poſtea ex duabus ultimis ſyllabis *tura*, factum eſſe hoc modo *data* pro *datura*, et ita ex *incommodatura* factum eſſe *incommoda datura.* Codices Cujatii vero, et N. Clerici, et Memmii luculente, et eadem manu, *incommodatura:* quam ſcripturam plane rectam, et germanam Ciceronis arbitror. Utitur eodem verbo et in Quinctiana, ibi [cap. xvi.] *Ut, cum ipſi nihil alteri ſcientes* incommodarint, *nihil ipſis jure incommodi cadere poſſit.* Et Terentius Andr. [Act. i. Sc. i. 135.]

Magis id adeo mihi ut incommodet,
Quam ut obſequatur gnato.

Lambinus.

Ib. *Etiamſi* incommodatura *ſit*] Vulgo *etiamſi* incommoda datura *ſit*; ac ita Pall. Pariſ. tres, C. C. C. Med. et Balliol. nec ἀποτόμως eam locutionem rejiçerem, cum *dare* de rebus parum gratis uſurpetur. Terentius Andr. Act. i. Sc. i. 116.

Quid facias illi, qui dederit
damnum aut malum.

Vide ſis et Agellium xiii. 4. Cum vero Lambiniani tres et Elienſ. habeant *incommodatura*, ſic edidi Lambinum ſecutus. Arnobius lib. i. pag. 8. *Nihil rebus* incommodatur *humanis.* Et lib. ii. pag. 83. *Ne nobis frigora ſoleſque* incommodent *rapidi.* Iterum lib. iii. pag. 137. *Ne frigus* incommodet. Sic *incommodari et noceri* dixit Agellius vii. 17. Apud eundem i. 25. vulgo legitur, *Ut in diem certum non pugnetur* nihilque incommodi detur. At MSSti dant, *nihilque incommodetur*, nec aliter reponendum puto. *Davies.*

Digitized by Google

occultantur, cognitiones quemadmodum nos moveant, et quid hiſtoria delectet quam ſolemus perſequi uſque ad extremum: prætermiſſa repetimus, inchoata perſequimur. Nec vero ſum inſcius, eſſe utilitatem in hiſtoria, non modo voluptatem. Quid, cum fictas fabulas, e quibus [x] utilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus? quid, cum volumus nomina eorum, qui quid geſſerint, nota nobis eſſe, parentes, patriam, multa præterea minime neceſſaria? quid, quod homines infima fortuna, nulla ſpe rerum gerendarum, opifices denique, delectentur hiſtoria? maxumeque eos videre poſſumus, res geſtas audire et legere velle, qui a ſpe gerendi abſunt, confecti ſenectute. Quocirca intellegi neceſſe eſt, in ipſis rebus, quæ diſcuntur et cognoſcuntur, invitamenta ineſſe, quibus ad diſcendum cognoſcendumque moveamur. Ac veteres quidem philoſophi in beatorum inſulis fingunt [y] qualis natura ſit vita ſapientium; quos cura omni liberatos, nullum neceſſarium vitæ cultum aut paratum requirentes, nihil aliud eſſe acturos putant, niſi ut omne tempus [z] in quærendo ac diſcendo, in naturæ cognitione conſumant. Nos autem non ſolum beatæ vitæ iſtam oblectationem videmus, ſed etiam levamentum miſeriarum. Itaque multi cum in poteſtate eſſent hoſtium aut tyrannorum, multi in cuſtodia, multi in exſilio, dolorem ſuum doctrinæ ſtudiis levaverunt. Princeps hujus civitatis Phalereus Demetrius cum patria pulſus eſſet injuria, ad Ptolemæum ſe regem Alexandriam contulit: qui cum in

[x] *Utilitas nulla* duci *poteſt*] Non male Pal. unus *elici poteſt*. Hinc certe natum videtur *dici*, quod exhibent C. C. C. Med. aliique plures MSSti. *Davies.*

[y] *Qualis* natura *ſit vita ſapientium*] Omnino legendum *qualis* futura *ſit vita ſapientium*, quod recte monuit eruditiſſimus Clericus ad Æſchinis Axioch. §. xvii. *Idem.*

[z] *In quærendo ac* diſcendo, in *naturæ* cognitione *conſumant*] Qui libris mordicus adhærent et horrida quæque patiuntur, hæc teneant oportet. At ii, quibus placet orationis lenitas, mecum, niſi fallor, legent *in quærendo ac* apiſcendo, vel *adipiſcendo, naturæ* cognitionem *conſumant*. Ita quidem, ut opinor, Cicero ſcriptum reliquit. *Idem.*

Digitized by Google

hac ipſa philoſophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophraſtique eſſet auditor; multa præclara in illo calamitoſo otio ſcribſit, non ad uſum aliquem ſuum quo erat orbatus, ſed animi cultus ille erat ei quaſi quidam humanitatis cibus. Equidem e Cn. Aufidio prætorio, erudito homine oculis capto, ſæpe audiebam, cum ſe lucis magis quam utilitatis deſiderio moveri diceret. Somnum denique nobis, niſi requietem corporibus et medicinam quandam laboris adferret, contra naturam putaremus datum: aufert enim ſenſus actionemque tollit omnem. Itaque, ſi aut requietem natura non quæreret, aut eam poſſet alia quadam ratione conſequi, [a] facile pateremur; qui etiam nunc agendi aliquid diſcendique cauſſa prope contra naturam vigilias ſuſcipere ſoleamus.

XX. Sunt autem clariora, vel plane perſpicua nec dubitanda indicia naturæ, maxume ſcilicet in homine, ſed in omni animali, ut adpetat animus aliquid agere ſemper, neque ulla conditione quietem ſempiternam poſſit pati. [b] Facile eſt hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Quamquam enim vereor, ne nimius in hoc genere videar: tamen omnes veteres philoſophi, maxume noſtri, ad incunabula accedunt, quod in pueritia facillime ſe arbitrentur [c] naturæ voluntatem poſſe cognoſcere. Videmus igitur, [d] ut con-

[a] *Facile* nos ea carere *pateremur*] Sic legendum eſſe conjecimus partim ex antiqua ſcriptura, partim ex ipſa ſententia: nam vulgata lectio *facile pateremur* perſpicue mutila eſt. *Lambinus.*

Ib. *Facile pateremur*] Acquieſceremus, eſſemus contenti: nam additamenta Lambini, ſiquidem renitantur Codices, cum Grutero parum neceſſaria reor. *Davies.*

[b] *Facile eſt* hoc *cernere*] Vulgo *hæc.* Sed adverſantur Pariſ. pr. tert. Med. et editio Victoriana. *Idem.*

[c] *Naturæ* voluntatem] Vulgo *voluptatem*, nec aliter noſtri Codices. Attamen Lambinum ſecutus edidi *voluntatem*, cum ipſa res eam poſtulet lectionem. Certe *voluntas* et *voluptas* a librariis paſſim confunduntur. Sic apud Arnobium lib. iv. p. 186. in MSto legitur, *Sed Poetarum, inquiunt, figmenta ſunt hæc omnia, et ad* voluntatem *compoſitæ luſiones.* At Salmaſius recte *voluptatem* dedit. Vide nos ad lib. i. N. D. cap. 14. *Idem.*

[d] *Ut conquieſcere ne infantes*

Digitized by Google

quieſcere ne infantes quidem poſſint: [e] cum vero paullum proceſſerint, luſionibus vel laborioſis delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri poſſint: [f] eaque cupiditas agendi aliquid adoleſcit una cum ætatibus. Itaque, ne ſi jucundiſſimis quidem nos ſomniis uſuros putemus, [g] Endymionis ſomnum nobis velimus dari; idque ſi accidat, mortis inſtar putemus. Quin etiam inertiſſimos homines, [h] neſcio qua ſingulari nequitia præditos, videmus tamen et animo et corpore moveri ſemper, et, cum re nulla impediantur neceſſaria, aut alveolum poſcere, aut quærere quempiam ludum, aut ſermonem aliquem

quidem poſſint] Ariſtoteles lib. viii. Polit. [cap. 6.] Οὐ γὰρ δύνανται τὸ μὴ ἡσυχάζειν. Urſin.

[e] *Cum vero paullum proceſſerint*] Quidam addunt *ætate*, ut ſit *paullum* ætate *proceſſerint*; quibus aſſentior. *Lambin.*

Ib. *Cum vero paullum proceſſerint*] Lambinus reſcribendum conjecit *cum vero paullum* ætate *proceſſerint*; ac ita ſane loqui ſolet Tullius. Sic in Orat. cap. 13. *Ut minime mirum ſit, ſi cum* ætate proceſſerit, *aut in hoc orationum genere, cui nunc ſtudet* &c. Iterum cap. 52. *Quinetiam ſe ipſe tantum, quantum* ætate procedebat——*relaxarat a nimia neceſſitate numerorum.* Vide ſis et librum de Senect. cap. xiv. Cum tamen ea voce careant MSSti, commode ſubaudiri queat, ut Gruterus etiam cenſuit. Supra cap. ix. *Cum autem* proceſſit *paullum.* Seneca Conſ. ad Marciam cap. xx. *Nimis tamen cito periit et immaturus. Primum puta illum ſuperfuiſſe: comprehende quantum plurimum* procedere *homini licet: quantulum eſt.* Græci προϊέναι ſimiliter dicunt. Vide Suidam in προϊέναι. et Joſephus Antiq. iv. 8. §. 48. *Davies.*

[f] *Eaque cupiditas agendi aliquid adoleſcit una cum* ætatula] Ita eſt in MSto pro *ætatibus:* et paullo infra *ſegnitie* pro *nequitia*, quam lectionem notavit etiam Morelius. *Urſin.*

[g] *Endymionis ſomnum nobis velimus dari*] Libri vulgati fere omnes habent *nolimus dari:* ſed codices veteres Memmiani, et Huraltinus, et Clericanus, et ceteri *velimus dari.* Utrocumque modo tamen legamus, eadem ſententia manet. Hoc tantum intereſt, quod ſi *nolimus* legemus, tum geminata negatio magis negabit, hoc modo, *nolimus nobis Endymionis ſomnum dari, ne ſi jucundiſſimis quidem* &c. *Lambin.*

[h] *Neſcio qua ſingulari* nequitia *præditos*] Urſini liber et C. C. C. *ſegnitie præditos.* Ut videtur, ex gloſſemate. Cicero Catil. i. 2. *Cupio in tantis Reip. periculis non diſſolutum videri: ſed jam me ipſum inertiæ* nequitiæque *condemno.* Et cap. xi. *Num eſt vehementius ſeveritatis ac fortitudinis invidia, quam inertiæ ac* nequitiæ *pertimeſcenda?* Vide Tuſc. iii. 8. *Davies.*

Digitized by Google

requirere; cumque non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, [i] circulos aliquos et ſeſſiunculas conſectari. Ne beſtiæ quidem, quas delectationis cauſſa concludimus, cum copioſius alantur quam ſi eſſent liberæ, facile patiuntur ſeſe contineri, motuſque ſolutos et vagos a natura ſibi tributos requirunt. Itaque, ut quiſque optume natus inſtitutuſque eſt, eſſe omnino nolit in vita, ſi gerendis negotiis orbatus, [k] poſſit paratiſſimis veſci voluptatibus. Nam aut privatim aliquid gerere malunt: aut, qui altiore animo ſunt, capeſſunt rempublicam honoribus imperiiſque adipiſcendis, aut totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt. Qua in vita, [l] tantum abeſt ut voluptates conſectentur, etiam curas, ſollicitudines, vigilias perferunt; optumaque parte hominis, quæ in nobis divina ducenda eſt, ingenii et mentis acie fruuntur, nec voluptatem requirentes, nec fugientes laborem. Nec vero intermittunt aut admirationem earum rerum quæ ſunt ab antiquis repertæ, aut inveſtigationem novarum: quo ſtudio cum ſatiari non poſſunt, omnium ceterarum rerum obliti, nihil abjectum, nihil humile cogitant: tantaque eſt vis talibus in ſtudiis, ut eos etiam, qui ſibi alios propoſuerunt fines bonorum quos utilitate aut voluptate dirigunt, tamen [m] in

[i] *Circulos aliquos et* ſeſſiunculas *conſectari*] Sic MSS. Scalig. et Elienſ. quod Grutero recte perplacebat. Vulgo *ſemicirculos*. Hæc autem vox in tali ſenſu, qualem locus poſtulat, non uſurpatur. *Davies.*

[k] *Poſſit paratiſſimis veſci voluptatibus*] Hunc locum profert Nonius in verbo *veſci*, idque hic interpretatur *uti*. Lambin.

[l] *Tantum abeſt ut voluptates conſectentur: etiam curas, ſollicitudines, vigilias perferunt*] Sic locutus lib. ii. [cap. 17.] *Tantum abeſt ut ſe indicet: perficiet etiam, ut dolere alterius improbe facto videatur.* Et in Bruto [c. 80.] *Tantum aberat*, M. Calidi, *ut animos noſtros inflammares: ſomnum iſto loco vix tenebamus.* Hoc exemplis confirmandum putavi, ne quis legendum exiſtimaret *ut etiam perferant*, quod omnino videtur uſitatius: verum nec hoc excludendum eſt loquendi genus. *P. Manucius.*

[m] *In* rebus *quærendis explicandiſque naturis*] Omnino reponendum videtur, *in* rerum *quærendis explicandiſque naturis*. Lucretius i. 711.

— *Et in* rerum naturas *vertier omnes.*

Sic et Arnobius lib. iv. pag. 252. *Davies.*

Digitized by Google

rebus quærendis explicandiſque naturis ætates conterere videamus.

XXI. Ergo hoc quidem adparet, nos ad agendum eſſe natos. Actionum autem genera plura, ut obſcurentur etiam minora majoribus. Maxumæ autem ſunt primum, ut mihi quidem videtur et iis quorum nunc in ratione verſamur, conſideratio cognitioque rerum cæleſtium, et earum, quas a natura occultatas et latentes indagare ratio poteſt: deinde [n] rerum-publicarum adminiſtratio, aut adminiſtrandi ſcientia, tum prudens, temperata, fortis et juſta ratio, reliquæque virtutes et actiones virtutibus congruentes; quæ uno verbo complexi omnia, honeſta dicimus. Ad quorum etiam cognitionem et uſum jam conroborati, natura ipſa præeunte, deducimur. Omnium enim rerum principia parva ſunt, ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur; nec ſine cauſſa: in primo enim ortu ineſt [o] teneritas et mollities quædam, ut nec res videre optumas nec agere poſſint: virtutis enim beatæque vitæ (quæ duo maxume expetenda ſunt) ſerius lumen adparet, multo etiam ſerius ut plane, qualia ſint, intellegantur; præclare enim Plato, [p] BEATUM, CUI ETIAM IN SENECTUTE CONTIGERIT, UT SAPIENTIAM VERASQUE OPINIONES ADSEQUI POSSIT. Quare, quoniam de primis naturæ commodis ſatis dictum eſt, nunc de majoribus conſequentibuſque vi-

[n] *Rerump. adminiſtratio, aut adminiſtrandi ſciendique prudens*] Etſi nihil mutavi, tamen, niſi prorſus nihil in litteris video, rectius eſt *adminiſtrandi ſcientia, tum prudens* &c. Sic in vetere libro. *P. Manucius.*

Ib. *Rerump. adminiſtratio aut adminiſtrandi* ſcientia, tum *prudens, temperata, fortis, et juſta ratio*] Vulgo *aut adminiſtrandi* ſciendique *prudens* &c. Quod cum recte ſe non haberet, ſecutus eam ſum rationem quam ſuppeditarunt Pal. ſext. et Elienſ. quamque Paullus Manucius in vetere libro repertam probavit. *Davies.*

[o] Teneritas *et mollicies quædam*] In Pariſ. pr. tert. C. C. C. Med. et Balliol. fruſtra legitur *temeritas*. Locum profert Nonius in *teneritas*. Idem.

[p] *Beatum, cui etiam in ſenectute contigerit*] Platonis verba ſunt, Φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθῆς δόξας βεβαιοῦν, εὐτυχὴς ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Extant lib. ii. de Legg. pag. 575. F. *Idem.*

Digitized by Google

deamus. Natura igitur corpus quidem hominis ſic et genuit et formavit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret; néque ſane multum adjumentis externis et adventiciis uteretur. Animum autem reliquis rebus ita perfecit ut corpus: ſenſibus enim ornavit ad res percipiendas idoneis, ut nihil aut non multum adjumento ullo ad ſuam conformationem indigeret. Quod autem in homine præſtantiſſimum atque optumum eſt, id deſeruit; etſi dedit talem mentem [q] quæ omnem virtutem jam accipere poſſet, ingenuitque ſine doctrina notitias parvas rerum maxumarum, et quaſi inſtituit docere, et induxit in ea, quæ inerant, tamquam elementa virtutis: ſed [r] virtutem ipſam inchoavit: nihil amplius. Itaque noſtrum eſt (quod noſtrum dico, artis eſt) ad ea principia, quæ accepimus, conſequentia exquirere, quoad ſit id, quod volumus, effectum. Quod quidem pluris ſit haud paullo, magiſque ipſum propter ſe expetendum, quam aut ſenſus aut corporis ea, quæ diximus: quibus tantum præſtat mentis excellens perfectio, ut vix cogitari poſſit quod interſit. Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne ſtudium, ad virtutem et ad eas actiones, quæ virtuti ſunt conſen-

[q] *Quæ omnem virtutem* jam *accipere poſſet*] Lego *quæ omnem virtutem accipere poſſet*, antepenultima voce deleta; nam ſupervacua prorſus eſt, eamque neſcit Pariſ. pr. *Davies.*

[r] *Virtutem ipſam inchoavit: nihil amplius*] Genus loquendi, quo Cicero etiam alibi uſus eſt: ut Academ. lib. ii. [cap. 23.] *Excepit unum tantum ſcire ſe, nihil amplius.* Et lib. iii. in Verrem [lib. v. cap. 49.] *Seſe ipſum abs te repetit, nihil amplius.* Et in eundem lib. iv. [c. 25.] *Hactenus reprehendat, ſiquis volet; nihil amplius.* Et pro Cæcina [cap. 27.] *In poſſeſſionem in præſentia non reſtituetur, nihil amplius.* Et pro Flacco [cap. 10.] *Qua diſputatione orationem refellam ejus, qui dicit* DEDIMUS: *nihil amplius.* Et ad Caſſium Epiſt. i. lib. xii. *Adhuc ulta reſp. ſuas injurias per vos interitu tyranni: nihil amplius. Ornamenta vero ſua quæ recuperavit?* Quibus adductus exemplis locum emendavi. Et Terentius Heaut. Act. iv. Sc. 3. Antea legebatur, *Virtutem ipſam inchoavit: nihil itaque amplius noſtrum eſt*, obſcurata præpoſtero verborum ordine ſententia. *P. Manucius.*

Digitized by Google

taneæ, referuntur: eaque omnia, quæ aut ita in animis sunt aut ita geruntur, uno nomine honesta dicuntur. Quorum omnium quæque sint notitiæ, [s] quæque significentur rerum vocabulis, quæque cujusque vis et natura sit, mox videbimus.

XXII. Hoc autem loco tantum explicemus: hæc, honesta quæ dico, præterquam quod nosmetipsos diligamus, præterea suapte natura per se esse expetenda indicant pueri, in quibus, ut in speculis, natura cernitur. Quanta studia decertantium sunt? quanta ipsa certamina? ut illi efferuntur lætitia cum vicerint? ut pudet victos? ut se accusari nolunt? quam cupiunt laudari? quos illi labores non perferunt, ut æqualium principes sint? quæ memoria est in his bene merentium? quæ referendæ gratiæ cupiditas? Atque ea in optuma quaque indole maxume adparent, in qua hæc honesta, quæ intellegimus, a natura tamquam adumbrantur. Sed hæc in pueris expressa. In iis vero ætatibus quæ jam confirmatæ sunt, quis est tam dissimilis homini, qui non moveatur et offensione turpitudinis et comprobatione honestatis? quis est, qui non oderit libidinosam, protervam adulescentiam? quis contra in illa ætate pudorem, constantiam, etiamsi sua nihil interfit, non tamen diligat? [t] quis Pullum Numitorem, Fregellanum proditorem,

[s] Quæque *significentur rerum vocabulis*] Si mentem Ciceronis intelligo, legendum videtur *queisque significentur rerum vocabulis*. Davies.

[t] *Quis Pullum Numitorem*] *Pullum* de *Publio* factum volunt, et verum esse *P. Numitorem*. Camerar. *Ibid.* Opinor legendum *Pullum Numitorium*, de quo in lib. ii. de Inventione [c. 34.] *Nam et in Senatu et in consilio de Syphace diu deliberatum est; et de* Q. Numitorio Pullo *apud L. Opimium et ejus consilium diu ductum est*. Livius Epitome lx. *L. Opimius Pr. Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit.* Asconius in Orat. in L. Pisonem [c. xxxix.] *Notum est*, inquit, *Opimium in Prætura Fregellas cepisse; quo facto visus est ceteros quoque nominis Latini socios male animatos repressisse*. Ursin.

Ib. *Pullum* Numitorem, Fregellanum *proditorem*] Pariſ. pr. et Med. *Numitorum*. C. C. C. *Fregellatium proditorem*. Primo legerim *Numitorium*, quod et Ursino notatum. Deinde *Fregellarum proditorem*. De Fregel-

Digitized by Google

quamquam reipublicæ noſtræ profuit, non odit? quis urbis conſervatorem Codrum, quis [u] Erechthei filias non maxume laudat? cui Tubuli nomen odio non eſt? quis Ariſtidem non mortuum diligit? an obliviſcimur, quanto opere in audiendo in legendoque moveamur, cum pie, cum amice, cum magno animo aliquid factum cognoſcimus? quid loquar de nobis, qui ad laudem et ad decus nati, ſuſcepti, inſtituti ſumus? qui clamores volgi atque inperitorum excitantur in theatris, cum illa dicuntur?

Ego ſum Oreſtes ——

contraque ab altero,

——*Immo enimvero ego ſum, inquam, Oreſtes.*

[x] Cum autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi, [y] ambo ergo una vivere precamur. [z] Quoties hoc agitur, quandove, niſi admira-

lis vide ſcriptorem ad Herenn. iv. 15. Plutarchum in Gracchis pag. 836. et Strabonem lib. v. pag. 363. *Davies.*

[u] Erechthei *filias*] Vulgo *Erichthei*, nec aliter Victorius et Lambinus. At regis hujus Athenienſis nomen erat Ἐρεχθεύς. Quapropter ſic, ut edidimus, abſque dubio ſcribendum. De Erechthei filiabus, quæ, prout ait noſter Tuſc. i. 48. *cupide mortem expetiverunt pro vita civium*, vide Hieronymum Columnam ad Ennii Fragm. pag. 254. et Joan. Meurſium de Reg. Athen. ii. 9. *Idem.*

[x] *Cum autem etiam exitus* ab utroque *datur conturbato* errantique regi] Locus parum ſanus. Joſ. Scaliger emendabat, *cum autem etiam exitus utrique datur a conturbato errantque rege*; quod Fr. Guyeto placet. Mihi legendum videtur, *cum autem etiam exitus* alterutri *datur* a *conturbato* hærenteque *rege*. Dubius ſcilicet erat Thoas, uter Oreſtes eſſet; quapropter non utrique, ſed vel huic vel illi, vitam concedebat. *Idem.*

[y] *Ambo ergo una vivere precamur*] Hoc omnino corruptum; falſique redarguunt exemplaria manu ſcripta. Pro varia lectione Pal. quart. habet *ambo ergo ſibi unam necem imprecantur*. J. Fr. Gronovii Codex, *ambo ergo ſunanegamum precamur*. Forſan *ambo ergo una necemur, precantur*. Ut vox ultima ſit Tullii, reliqua vero Pacuvii. Videas licet hiſtoriam ſupra lib. ii. cap. 24. Adi ſis et de Amic. cap. vii. Euripidem Iphig. in Tauris vſ. 674. ſeqq. Ovidium Triſt. lib. iv. Eleg. iv. 71. ex Ponto lib. iii. Ep. ii. 68. et Ambroſium Offic. lib. i. cap. xli. n. 216. *Idem.*

[z] *Quoties hoc agitur*, quandove, *niſi admirationibus maximis*] Pariſ. pr. tert. C. C. C. ac Victor. *et quandove*. J. Fr. Grono-

Digitized by Google

tionibus maxumis? Nemo eſt igitur qui non hanc adfectionem animi probet atque laudet: qua non modo utilitas nulla quæritur, ſed contra utilitatem etiam conſervatur fides. Talibus exemplis non fictæ ſolum fabulæ, verum etiam hiſtoriæ refertæ ſunt, et quidem maxume noſtræ. Nos enim ad ſacra Idæa accipienda optumum virum delegimus: [a] nos tutores miſimus regibus: noſtri imperatores pro ſalute patriæ ſua capita voverunt: noſtri conſules regem inimiciſſimum, mœnibus jam adpropinquantem, monuerunt, a veneno ut caveret: noſtra in republica et quæ per vim oblatum ſtuprum voluntaria morte lueret inventa eſt; et qui interficeret filiam, ne ſtupraretur. Quæ quidem omnia et innumerabilia præterea, quis eſt qui non intellegat, et eos qui fecerunt, dignitatis ſplendore ductos, inmemores fuiſſe utilitatum ſuarum, noſque, cum ea laudemus, nulla alia re niſi honeſtate duci?

XXIII. Quibus rebus breviter expoſitis (nec enim ſum copiam quam potui, quia dubitatio in re nulla erat, perſecutus) ſed his rebus concluditur profecto et virtutes omnes et honeſtum illud, [b] quod ex his virtutibus exoritur et in his hæret, per ſe eſſe expetendum. In omni autem honeſto, de quo loquimur, nihil eſt tam inluſtre, nec quod latius pateat, quam conjunctio inter homines hominum, et quaſi quædam ſocietas et communicatio utilitatum, et ipſa caritas generis humani: quæ nata a primo ſatu, quo a procreatoribus nati diliguntur et tota domus conjugio

vii MStus, *et quando ne.* Lege *quoties hoc agitur*; *ecquandone* (ſcilicet *agitur*) *niſi admirationibus maximis?* Velleius Paterculus ii. 14. Ecquandone (ſic editio princeps) *ſimilem mei civem habebit reſp.* Sic et Apuleius Apol. pag. 446. *Davies.*

[a] *Nos tutores miſimus regibus*] Pertinent hæc ad argenteum denarium M. Lepidi, in cujus una parte turrita imago Ægypti ſignata eſt cum litteris ALEXANDREA; in altera inſcriptio M. LEPIDUS. PONT. MAX. TUTOR. REG. EX. S. C. *Urſin.*

[b] *Quod* ex *bis* virtutibus *exoritur*] Pariſ. pr. *quod bis exoritur*, ut *ex virtutibus* ſcholiaſtæ cujuſdam ſint, adeoque pro gloſſemate deleantur. *Davies.*

Digitized by Google

et ſtirpe conjungitur, ſerpit ſenſim foras; cognationibus primum, tum adfinitatibus, deinde amicitiis, poſt [c] vicinitatibus, tum civibus, et iis qui publice ſocii atque amici ſunt, deinde totius complexu gentis humanæ. Quæ animi adfectio ſuum cuique tribuens, atque hanc, quam dico, ſocietatem conjunctionis humanæ munificè et æque tuens, juſtitia dicitur: cui ſunt adjunctæ pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque ſunt generis ejuſdem. Atque hæc ita juſtitiæ propria ſunt, ut ſint virtutum reliquarum communia. Nam cum ſic hominis natura generata ſit ut habeat quiddam innatum quaſi civile atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant; quicquid aget quæque virtus, id a communitate et ea quam expoſui caritate atque ſocietate humana non abhorrebit. Viciſſimque juſtitia ut ipſa ſe fundet uſu in ceteras virtutes, ſic illas expetet: ſervari enim juſtitia, niſi a forti viro, niſi a ſapiente non poteſt. Qualis eſt igitur omnis hæc, quam dico, conſpiratio conſenſuſque virtutum, tale eſt illud ipſum honeſtum: quandoquidem honeſtum, aut ipſa virtus eſt, aut res geſta virtute. Quibus in rebus vita conſentiens, virtutibuſque reſpondens, recta et honeſta et conſtans et naturæ congruens exiſtumari poteſt. Atque hæc conjunctio confuſioque virtutum, tamen a philoſophis ratione quadam diſtinguitur. Nam [d] cum

[c] *Vicinitatibus cum civibus*] Conſentiunt in hoc antiqui libri: mihi tamen non eſt dubium, quin ita emendandum et diſtinguendum ſit, *Vicinitatibus, tum civibus:* hoc enim quaſi progreſſu ſerpit caritas generis humani. Primi ſunt parentes et nati: ſequuntur cognati, tum affines, deinde amici, poſt vicini, tum cives, et qui publice ſocii atque amici ſunt, poſtremo humanæ gentis univerſæ, et hominum inter homines conjunctio. P. Manuc. *Ibid.* Recte Manucius, ejuſque conjecturam firmant Pall. quart. ſext. et C. C. C. *Davies.*

[d] *Cum* ita *copulatæ connexæque ſint* ut omnes omnium participes ſint, *nec alia ab alia poſſit ſeparari*] Licet *inter philoſophos conſtet qui unam haberet, omnes habere virtutes*, ut loquitur noſter Offic. ii. 10. tamen nullis, opinor, philoſophis *omnes omnium participes* videbantur: hac enim ratione nemo prorſus eſſet vitiis et flagitiis obrutus, nec ullos Tubulos Numitorioſve

Digitized by Google

ita copulatæ connexæque ſint, ut omnes omnium participes ſint, nec alia ab alia poſſit ſeparari; tamen proprium ſuum cujuſque munus eſt: [e] ut fortitudo in laboribus periculiſque cernatur, temperantia in prætermittendis voluptatibus, prudentia in delectu bonorum et malorum, juſtitia in ſuo cuique tribuendo. Quando igitur ineſt in omni virtute cura quædam quaſi foras ſpectans alioſque adpetens atque complectens, exſiſtit illud, ut amici, ut fratres, ut propinqui, ut adfines, ut cives, ut omnes denique (quando unam ſocietatem hominum eſſe volumus) propter ſe expetendi ſint. Atque eorum nihil eſt ejus generis, ut ſit in fine atque extremo bonorum. Ita fit ut duo genera propter ſe expetendorum reperiantur: unum, [f] quod eſt in iis, in quibus completur illud extremum; quæ ſunt aut animi aut corporis: hæc autem, quæ ſunt extrinſecus, id eſt, [g] quæ neque in animo inſunt neque in corpore, ut amici, ut parentes, ut liberi, ut propinqui, ut ipſa patria, ſunt illa quidem ſua ſponte cara, ſed eodem in genere, quo illa, non ſunt. Nec vero quiſquam ſummum bonum adſequi umquam poſſet, ſi omnia illa quæ ſunt extra, quamquam expetenda, ſummo bono continerentur.

XXIV. Quo modo igitur, inquies, verum eſſe poterit, omnia referri ad ſummum bonum, ſi amicitiæ, ſi propinquitates, ſi reliqua externa ſummo bono non

ferret rerum natura. Pariſ. omiſſis reliquis, exhibet, *cum* ita *copulatæ connexæque ſint, nec alia ab alia poſſit ſeparari.* Legerim, parva mutatione, *cum* illæ *copulatæ connexæque ſint, nec alia ab alia poſſit ſeparari.* Vide quæ collegimus ad Tuſcul. ii. 13. Adeantur et Baudius ad Plinii Paneg. c. lix. ac Wowerius Polym. c. xxiii. pag. 272. *Davies.*

[e] *Ut* —— cernatur] Lego *cernitur.* Idem.

[f] *Quod eſt in iis, in quibus completur illud extremum*] Lego *quod eſt in iis, e quibus completur illud extremum.* Lambinus præpoſitionem hanc prorſus delet. *Idem.*

[g] *Quæ neque in animo* inſunt] Vulgo *ſunt.* Eam nos lectionem reddidimus, quam Tullio vindicant Pariſ. pr. tert. C. C. C. Med. et editio Victoriana. *Idem.*

Digitized by Google

continentur? Hac videlicet ratione, quod ea, quæ externa ſunt, his tuemur officiis, quæ oriuntur a ſuo cujuſque genere virtutis: nam [h] et amici cultus et parentis et qui officio fungitur, in eo ipſo prodeſt, quod ita fungi officio, in recte factis eſt, quæ ſunt orta virtutibus. Quæ quidem ſapientes ſequuntur, utentes tamquam duce natura: non perfecti autem homines et tamen ingeniis excellentibus præditi, [i] excitantur ſæpe gloria, quæ habet formam honeſtatis et ſimilitudinem. Quod ſi ipſam honeſtatem undique perfectam et abſolutam, rem unam præclariſſimam omnium maxumeque laudandam, penitus viderent; [k] quonam gaudio complerentur, cum tanto opere ejus adumbrata opinione lætentur? Quem enim deditum voluptatibus, cupiditatum incendiis inflammatum, in iis potiundis, quæ acerrime concupiviſſet, tanta lætitia perfundi arbitramur, quanta aut ſuperiorem Africanum Hannibale victo, aut poſteriorem Karthagine everſa? [l] quem Tiberina de-

[h] *Et amici* cultus *et parentis*] Doctiſſimo Clerico placet *cultor*. Davies.

[i] *Excitantur ſpe gloriæ* &c.] Noſtri libri veteres habent *ſpe gloria*: unde conjicio legendum eſſe, *excitantur ſæpe gloria* &c. idque magis probo. Quamquam enim vulgatam lectionem *ſpe gloriæ* non damno: tamen alteram, veram puto. Sic enim loqui ſolet M. Tullius, *gloria duci, provocari, incendi, excitari*: non *gloriæ ſpe duci, provocari*, &c. LAMBIN. *Ibid.* Pall. quart. et Pariſ. pr. tert. *ſpe gloria*: quam lectionem Lambinus in ſuis quoque Codicibus reperit, ac inde fecit *ſæpe gloria*. Recte quidem et vere; ratamque faciunt ejus conjecturam MSS. Scalig. Pal. ſext. et Elienſ. *Idem*.

[k] *Quonam gaudio complerentur*] Plato in Phædro pag. 346. E. Φρόνησις δεινοὺς ἂν παρεῖχεν ἐρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἰσαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν. Vide ſis ad lib. ii. cap. 16. *Davies*.

[l] *Quem Tiberina decurſio feſto illo die tanto gaudio affecit*] Meliores Codices *diſſenſio*, non *decurſio*, habent. Sed quid prodeſt hoc animadvertiſſe, cum locus ſit adhuc corruptiſſimus? Quare recte fuit in Aſulana editione, ut depravatus et mancus, notula ſignatus. Agitur autem de re, ut opinor, obſcura, et parum ab antiquis auctoribus, quod ſciam, pertractata. Quid enim juxta Tiberim, quod tantopere, delectaret et gaudio afficeret, gereretur, non mihi valde compertum eſt. Declara-

Digitized by Google

ſcenſio, feſto illo die, tanto gaudio adfecit, quanto L.

tur autem verbis Ciceronis, magnas omnino corporis voluptates eo loco capi ſolitas, et eas quidem certo quodam die, quem feſtum ob eam rem agebant. Exiſtimo ſane poſſe fieri, ut aliquis, qui majore ſtudio diligentiaque ritus et mores antiquorum obſervarit, aliquid, quod hunc locum illuſtret, invenerit; et hæc cauſa fuit, cur adnotarem: propoſita enim hac quæſtione, aut qui hoc deprehenderit, alios docere animum inducet, aut aliquorum ingenia ad id inveſtigandum excitabuntur. Epigramma quoddam (ut quod ego hactenus indagavi in medium proferam) ſatis argutum et elegans, ſed parum integrum et purgatum Virgilii nomine legitur; in quo ſignificatur turpes quaſdam et obſcœnas voluptates prope Tiberim exerceri ſolitas eſſe, ut de eadem fortaſſe re hic intelligi debeat, quod tamen non affirmo: nihil enim mihi de hoc compertum eſt. Verſus ejus Epigrammatis, in quibus te obſcœno hoc luſu mentio fit, hi ſunt:

Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos faſcinos:
Nec dein movere lumbos in rotulam
Prenſis videbo altaribus
Flavum prope Tiberim, et olentis nauticum
Vocare: ubi adpulſæ rates
Stant in vadis, cœno retentæ ſordido,
Macraque luctantes aqua.

Cotyttia autem ſacrificia fuiſſe a Dea Cotye, quam Thraces præcipue colebant, a *Politiano* quondam declaratum eſt, cui nocturnis pervigilationibus operabantur. Fuerunt autem ea ab Athenienſibus recepta: neſcio tamen an Romæ quoque coli celebrarique ſint ſolita. Paulum autem Æmilium, ab expeditione contra Perſen Macedonum regem redeuntem, Romam Tiberi intraſſe cum omni pompa tanquam ſi triumphum ageret, diligenter docet Plutarchus in extrema parte ejus vitæ; quamvis locus ille mutilus fractuſque ſit. *Victorius.*

Ib. *Quem Tiberina* decurſio *feſto illo die*] Ven. *diſſenſio*, falſo. Dies hic feſtus celebratus fuit viii. Kal. Sext. ut Ovidius docuit Faſt. vi. [vſ. 773.] his verſibus:

Quam cito venerunt Fortunæ Fortis honores,
Poſt ſeptem luces Junius actus erit.
Ite, Deam læti Fortem celebrate Quirites:
In Tiberis ripa munera regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba,
Nec pudeat potos inde redire domum.
Ferte coronatæ juvenum convivia lintres,
Multaque per medias vina bibantur aquas.
Plebs colit hanc; quia qui poſuit de plebe fuiſſe
Fertur, et ex humili ſceptra tuliſſe loco.
Convenit et ſervis; ſerva quia Tullius ortus
Conſtituit dubiæ templa propinqua Deæ.

Hanc ædem marmore Cappa-

Digitized by Google

Paullum, cum regem Perſen captum adduceret, eodem flumine [m] invectum? Age nunc, Luci noſter, exſtrue animo altitudinem excellentiamque virtutum: jam non dubitabis, quin earum compotes homines, magno animo erectoque viventes, ſemper ſint beati; qui omnes motus fortunæ, mutationeſque rerum et temporum, leves et inbecilles fore intellegant, [n] ſi in virtutis certamen venerint. Illa enim, quæ ſunt a nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatiſſimam vitam, ſed ita, ut ſine illis poſſit beata vita exſiſtere. Ita enim parvæ et exiguæ ſunt iſtæ acceſſiones bonorum, ut, quemadmodum ſtellæ in radio ſolis, ſic iſtæ in virtutum ſplendore ne cernantur quidem. [o] Atque hoc ut vere dicitur, parva eſſe ad

docico exſtruxiſſe ait Plinius Neronem, ſacratam a Servio Rege aurea domo complexum. Lib. xxxvi. cap. 22. *Camerar.*

Ib. *Tiberina* decurſio] Vide num huic loco conveniant Piſcatorii ludi, de quibus *Feſtus* meminit in voce *Piſcatorii*, aut ludi Μαίεμα, de quibus mentio eſt apud Suidam. *Urſin.*

Ib. *Quem Tiberina decurſio*] Sic Manucius emendavit ex antiquo Codice: quo modo nos quoque ſcriptum in quatuor reperimus. *Lambin.*

Ib. *Tiberina* diſſenſio *feſto illo die*] Ovidii verſibus adductus ſum, ut pro *diſſenſio* legendum putarem *decurſio*: hoc facilius, quod Maffæi et Tertii veteres libri comprobant. Erat autem feſtus ille dies, quem Romani in honorem Fortunæ celebrabant. Unde Ovidius libro vi. Faſt.

Ite, deam læti Fortem celebrate Quirites:
In Tiberis ripa munera regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba,
Nec pudeat potos inde redire domum. P. Manuc.

Ib. *Tiberina deſcenſio*] Vulgo *diſſenſio*, quod nihil eſt. Aut *deſcenſio*, quod voluerunt Giſanius ac Gruterus et exhibet Elienſ. a Tullii manu fuit; aut *decurſio*, quod ex MSStis reſtituit Paullus Manucius; ac ita dant Lambiniani quatuor, et e noſtris Pariſ. pr. tert. *Davies.*

[m] *Invectum*] Legendum, niſi fallor, *invectio*. Idem.

[n] *Si* in virtutis *certamen venerint*] Ita quidem Codices, niſi quod C. C. C. *in virtutis* certamine *venerint*. Niſi multum fallor, Cicero ſcriptum reliquit, *ſi* cum virtutibus in *certamen venerint*. Vide modo noſtrum in Bruto cap. xcii. *Idem.*

[o] *Atque* hæc, *ut vere dicitur, parva eſſe ad beate vivendum momenta* iſta *corporis commodorum*] Cum dixerit *hæc*, cur infert *iſta*? Equidem poſtrema quatuor verba ſuſpicor non eſſe

Digitized by Google

beate vivendum momenta iſta corporis commodorum: ſic nimis violentum eſt, nulla eſſe dicere. Qui enim ſic diſputant, obliti mihi videntur [p] quæ ipſi egerint principia naturæ. Tribuendum igitur eſt his aliquid, dummodo, quantum tribuendum ſit, intellegas. [q] Eſt tamen philoſophi, non tam glorioſa quam vera quærentis, nec pro nihilo putare ea quæ ſecundum naturam illi ipſi glorioſi eſſe fatebantur, et videre tantam vim virtutis, tantamque, ut ita dicam, auctoritatem honeſtatis, ut reliqua non illa quidem nulla, ſed ita parva ſint ut nulla eſſe videantur. [r] Hæc

Ciceronis, ſed hominis leviter eruditi, qui verbum *hæc* putaret explicandum. Tertii liber habet *commoda* pro *commodorum*. P. Manucius.

Ib. *Atque hoc ut vere dicitur, parva eſſe ad beate vivendum momenta iſta corporis commodorum*] Hæc ne Latina quidem ſunt; nam linguæ Romanæ ratio flagitaret, *parva eſſe ad beate vivendum momenta in iſtis corporis commodis*; ut ſupra cap. 13. habet *in iis eſſe ad beate vivendum momenta maxima*. Locus eſt corruptus. Med. et Balliol. exhibent *iſta corporis commoda*; proque horum ductu legi queat *atque hoc ut vere dicitur*, parvi eſſe *ad beate vivendum* momenti *iſta corporis commoda, ſic nimis violentum eſt* nullius eſſe *dicere*. Cum tamen Pal. ſec. repræſentet *atque* hæc *ut vere dicitur parva eſſe ad beate vivendum momenta*; *ſic* &c. vocibus *iſta corporis commodorum* prætermiſſis; eas ipſe gloſſematis damnandas omnino ſtatuerem, ſcriberemque *atque* hæc (ita cuncti fere MSSti) *ut vere dicitur* parvi *eſſe ad beate vivendum* momenti, *ſic nimis violentum eſt* nullius *eſſe dicere*. Davies.

[p] *Quæ ipſi* egerint *principia naturæ*] Bene Lambinus repoſuit, *fecerint principia*; nec male Gruterus voluit, *elegerint principia*. Forſan a primo fuerit, *dederint principia*. *Ob*. autem Giſanius in Epiſt. ad Joſ. Scaligerum tom. ii. Syllog. Burmannianæ pag. 308. *jecerint* legendum putat. *Idem*.

[q] *Eſt* tamen *philoſophi*] Lego *eſt* enim *philoſophi*; quod poſtulare videtur oratio. *Idem*.

[r] *Hæc eſt non omnia ſpernentis præter virtutem, et virtutem ipſam ſuis laudibus amplificantis oratio: denique*] Si quis noſtrum librum hoc in loco cum aliis libris conferet; videbit, unius literæ mutatio, et punctum loco motum quanto ſententiam effecerit aptiorem. *P. Manucius*.

Ib. *Hæc eſt nec omnia ſpernentis* &c.] Sic edidimus, noſtros libros veteres ſecuti: nam Manutiana editio hic a noſtra in hoc diſcrepat quod habet, *Hæc eſt non omnia* &c. Sic autem ſæpe Cicero ſolet has duas copulationes *nec* ſeu *neque*, *et* hoc ordine collocare, ut an-

Digitized by Google

eſt nec omnia ſpernentis præter virtutem, et virtutem ipſam ſuis laudibus amplificantis oratio, denique hæc eſt undique completa et perfecta explicatio ſummi boni. Hinc ceteri particulas adripere conati, ſuam quiſque videri voluit adferre ſententiam.

XXV. Sæpe ab Ariſtotele, a Theophraſto mirabiliter eſt laudata per ſe ipſa rerum ſcientia. Hoc uno captus Herillus ſcientiam ſummum bonum eſſe defendit, nec rem ullam aliam per ſe expetendam. Multa ſunt dicta ab antiquis de contemnendis, ac deſpiciendis rebus humanis. Hoc unum Ariſto tenuit: præter vitia atque virtutes negavit rem eſſe ullam aut fugiendam aut expetendam. Poſitum eſt a noſtris in iis rebus quæ ſecundum naturam eſſent, non dolere. Hoc Hieronymus ſummum bonum eſſe dixit. At vero Callipho et poſt eum Diodorus, cum alter voluptatem adamaviſſet, alter vacuitatem doloris, neuter honeſtate carere potuit, quæ eſt a noſtris laudata maxume. Quinetiam ipſi voluptarii [s] deverticula quærant, et virtutes habeant in ore totos dies, voluptatemque primo duntaxat expeti dicant, deinde [t] conſuetudine quaſi alteram naturam effici, qua inpulſi multa faciunt [u] nullam quærentes voluptatem. Stoici reſtant. Hi quidem [x] non unam aliquam aut alteram a nobis, ſed totam ad ſe noſtram philoſophiam tranſtulerunt: atque ut reliqui fures earum rerum,

tecedat *nec* ſeu *neque*, deinde ſequatur &. Lambin.

[s] *Deverticula* quærant, et *virtutes habeant in ore totos dies, voluptatemque primo duntaxat expeti* dicant] Balliol. *quærunt*. Forſan legendum *deverticula* quærunt ut *virtutes habeant—expeti* dicunt. *Davies*.

[t] *Conſuetudine quaſi alteram quandam naturam effici*] Correxi locum ex libris Sigonii et Tertii. Antea *conſuetudinem*. P. MANUCIUS. Ibid. *Conſuetudine* Med. C. C. C. Balliol. idque rectum; nam *conſuetudo* tandem *in naturam vertitur*, ut loquitur Arnobius lib. ii. p. 73. *Davies*.

[u] *Nullam quærentes voluptatem. Stoici reſtant*] Hæc profert Nonius in *reſtare*. Idem.

[x] *Non unam aliquam aut alteram*] Poſt haſce voces *ſententiam* Lambinus ſupplet. Sane vel id vel *rem* vel aliud ejuſdem poteſtatis vocabulum manifeſto deeſt; niſi forſan reponas *non unum aliquod aut alterum*, ut etiam Cl. Th. Bentleius vidit. *Idem*.

Digitized by Google

[y] quas ceperunt, ſigna commutant; ſic illi ut ſententiis noſtris pro ſuis uterentur, nomina, tamquam rerum notas, mutaverunt. Ita relinquitur ſola hæc diſciplina digna ſtudioſis ingenuarum artium, digna eruditis, digna claris viris, digna principibus, digna regibus. Quæ cum dixiſſet, paullumque inſtitiſſet, Quid eſt, inquit? ſatiſne vobis videor pro meo jure [z] in veſtris auribus commentatus? Et ego, Tu vero, inquam, Piſo, ut ſæpe alias, ſic hodie ita iſta noſſe viſus es, ut, ſi tui copia nobis ſemper fieret, non multum Græcis ſupplicandum putarem. Quod quidem eo probavi magis, quia memini Staſeam Neapolitanum, doctorem illum tuum, nobilem ſane Peripateticum, aliquanto iſta ſecus dicere ſolitum, adſentientem iis, qui multum in fortuna ſecunda aut adverſa, multum in bonis aut malis corporis ponerent. Eſt ut dicis, inquit; ſed hæc ab Antiocho, noſtri familiari, dicuntur multo melius et fortius, quam a Staſea dicebantur: quamquam ego non quæro, quid tibi a me probatum ſit, ſed huic Ciceroni noſtro, quem diſcipulum cupio a te abducere.

XXVI. Tum Lucius, Mihi vero iſta valde probata ſunt, quod item fratri puto. Tum mihi Piſo, Quid ergo, inquit, daſne adoleſcenti veniam? an eum diſcere ea mavis, quæ cum præclare didicerit, [a] nihil ſciat? Ego vero iſti, inquam, permitto. Sed nonne meminiſti mihi licere probare iſta, quæ ſunt a te dicta? quis enim poteſt ea, quæ probabilia videantur ei, non probare? An vero, inquit, quiſquam poteſt probare quod perceptum, quod comprehenſum, quod cognitum non habet? Non eſt iſta, inquam,

[y] *Quas* ceperunt] Cum Mureto Var. Lect. ix. 19. legerim *clepſerunt*, aut, quod vulgatæ lectioni propius accedit, *clepserunt*. Vide nos ad lib. ii. de Legg. cap. 9. Nec nimis obſoletum videatur hoc verbum; nam Varro et Tullius eo ſunt uſi. Vide Nonium in *clepere*. Davies.

[z] *In veſtris auribus* commentatus?] Quidam legi volunt *commoratus?* Ego nihil muto, neque ullam cauſam video, cur quid mutetur. *Lambin.*

[a] *Nihil ſciat*] Hoc in Academicos paſſim dicitur. Vide nos ad lib. i. N. D. cap. 7. *Davies.*

Digitized by Google

Piſo, magna diſſenſio: nihil eſt enim aliud quamobrem nihil percipi mihi poſſe videatur, niſi quod percipiendi vis ita definitur a Stoicis, ut negent quicquam poſſe percipi, niſi [b] tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. Itaque hæc cum illis eſt diſſenſio, cum Peripateticis nulla ſane. Sed hæc omittamus, habent enim et bene longam et ſatis litigioſam diſputationem. Illud mihi a te nimium feſtinanter dictum videtur, ſapientes omnes eſſe ſemper beatos. Neſcio quo modo prætervolavit oratio. [c] Quod niſi ita efficitur, quæ Theophraſtus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit, cum quibus conjungi beatam vitam nullo modo poſſe putavit, vereor ne vera ſint. Nam illud vehementer repugnat, eundem beatum eſſe et multis malis oppreſſum. Hæc quo modo conveniant non ſane intellego. Utrum igitur tibi non placet, inquit, virtutis tantam vim eſſe, ut ad beate vivendum ſe ipſa contenta ſit? an, ſi id probas, ita fieri poſſe negas, ut ii qui virtutis compotes ſint, etiam malis quibuſdam adfecti, beati ſint? Ego vero volo in virtute vim eſſe quam maxumam: ſed, quanta ſit, alias: nunc tantum, poſſitne eſſe tanta, ſi quicquam extra virtutem habeatur in bonis. Atqui, inquit, ſi Stoicis concedis ut virtus ſola, ſi adſit, vitam efficiat beatam, [d] concedis et Peripateticis: quæ enim mala illi non audent adpellare, aſpera autem et incommoda et rejicienda et aliena naturæ eſſe concedunt, ea nos mala dicimus, ſed exigua et porro minima. Quare ſi poteſt eſſe beatus is, qui eſt in aſperis rejiciendiſque rebus, poteſt is quoque eſſe, qui eſt in parvis malis. Et ego, Piſo, inquam, ſi eſt quiſquam qui acute in cauſſis videre ſoleat [e] quæ res aga-

[b] *Tale verum, quale falſum eſſe non poſſit*] Egit hac de re Tullius Acad. ii. 6, 24. *Davies.*

[c] *Quod niſi* ita *efficitur*] Forte *quod niſi* id *efficitur*. Idem.

[d] *Concedis* etiam *Peripateticis*] C. C. C. Med. et editio Victoriana dant, *et concedis etiam Peripateticis*. Nimirum duplex exprimitur lectio; nam legendum *concedis et Peripateticis*, ut ex Pariſ. pr. tert. edidimus. *Davies.*

[e] *Qua de re agatur*] Sic le-

tur, is es profecto tu. Quare adtende, quæso: nam adhuc, meo fortasse vitio, quid ego quæram non perspicis.

XXVII. Istic sum, inquit, exspectoque quid ad id, quod quæram, respondeas. Respondebo me non quærere, inquam, hoc tempore, quid virtus possit efficere, sed quid constanter dicatur, quid ipsum a se dissentiat. Quo igitur, inquit, modo? [f] Quia cum a Zenone, inquam, hoc magnifice, tamquam ex oraculo, editur: virtus ad beate vivendum se ipsa contenta est. Quare, inquit? Respondet: quia, nisi quod honestum est, nullum est aliud bonum. Non quæro jam, verumne sit illud: dico ea quæ dicat præclare inter se cohærere. [g] Dixerit hoc Epicurus, semper beatum esse sapientem; quod quidem, solet ebullire nonnumquam: [h] quem quidem cum summis doloribus conficiatur, ait dicturum, *quam suave est! quam nihil curo!* Non pugnem cum homine cur tantum habeat in natura boni: illud urgeam, non in-

gendum vel libris omnibus invitis: idque possum sexcentis aliis locis ostendere. *Lambin.*

Ib. *Quæ res agatur*] Lambinus, libris omnibus invitis, reponit *qua de re agatur*. Sed nihil opus est. Terentius Heaut. Act. ii. Sc. iii. 113.

Quasi istic minor mea res agatur, *quam tua.*

Ovidius Metam. v. 372.

——*Agitur pars tertia mundi.*

Seneca Epist. ix. *Non* agitur, *inquis, nunc* hoc, *an amicitia propter se an propter aliud sit expetenda.* Vide quæ dicta sunt ad ii. 1. *Davies.*

[f] *Quia* cum *a Zenone*] Putat excellens ingenio Sigonius, cujus acquiesco sententiæ, abundare *cum*. P. Manuc.

Ib. *Quia* cum *a Zenone* &c.] Secundam vocem cum Sigonio, Manucioque non sustulerim; potius vero totum locum sic refinxerim, *Quia, cum a Zenone, inquam, tanquam ex oraculo editur,* virtus ad beate vivendum se ipsa contenta est. *Quare?* inquirenti, *respondet,* Quia nisi quod honestum est *&c.* Davies.

[g] *Dixerit hoc* idem *Epicurus*] Sic Gruterus ex Pall. quart. et sext. At prius edebatur *dixerit hoc* quidem *Epicurus*. Rectius, ut opinor, Paris. pr. qui dat *dixerit hoc. Epicurus*, et hac et illa vocula prætermissa. De re ipsa vide Tusc. v. 38. *Idem.*

[h] *Quem quidem —— ait dicturum,* quam suave est!] Forsan *eumque idem, cum summis doloribus conficiatur, ait dicturum,* quam suave est! quam nihil curo! Vide Tuscul. ii. 7. v. 10, 26. *Idem.*

Digitized by Google

tellegere eum quid ſibi dicendum ſit, cum dolorem ſummum malum eſſe dixerit. Eadem nunc mea adverſum te oratio eſt: dicis eadem omnia et bona et mala, quæ quidem dicunt qui numquam philoſophum pictum, ut dicitur, viderunt; valitudinem, vires, ſtaturam, formam, [i] integritatem unguiculorum omnium: deformitatem, morbum, debilitatem, mala. [k] Jam illa externa parce tu quidem: ſed hæc cum corporis bona ſint, eorum conficientia certe in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, divitias, honores, opes. [l] Contra hæc adtende me nihil dicere: ſi iſta mala ſunt, in quæ poteſt incidere ſapiens, ſapientem eſſe, non eſſe ad beate vivendum ſatis. Immo vero, inquit, ad beatiſſime vivendum parum

[i] *Integritatem unguiculorum omnium*] Poſt haſce voces bene Lambinus addidit *bona*, prout Cl. Clerico videtur; quod et mihi perſuaſiſſimum eſt. *Davies.*

[k] *Jam externa parce tu quidem, ſed cum hæc corporis, bona ſint*] Hunc locum duabus vocibus in ordinem reſtitutis emendavi: quo facto jam ſententia planiſſima eſt. Jam illa externa (inquit) parce tu quidem dicis bona, ſed tamen cum hæc corporis, id eſt, quæ ad corpus pertinent, bona appelles, eorum profecto conficientia, nempe externa, quæ ſunt fortunæ, in bonis numerabis. Licet etiam hæc poſteriora ſic legere, *ſed hæc corporis, cum bona ſint, eorum conficientia.* Nam ſcriptura vulgata, a qua non diſcrepat antiqua, *ſed hæc cum corporis bona ſint*, vix tolerabilis eſt. *Lambinus.*

[l] *Contra hæc attende me nihil dicere*] Nihil hic diſcrepant libri veteres a vulgatis. Locus tamen mihi ſuſpectus eſt: non enim exprimitur ea, quæ poſtulatur, ſententia. Nam hoc videtur dici debere, *Contra hæc attende, an nihil videar dicere: ſi iſta* &c. id eſt, contra hæc Peripatetica, attende utrum hoc argumentum, quod ſequitur et quod jam afferam, infirmum ſit atque imbecillum, necne: *ſi iſta mala ſunt* &c. Quare ſic legendum cenſeo, *Contra hæc attende, videarne nihil dicere.* Idem.

Ib. *Contra hæc attende me nihil dicere: ſi iſta mala ſunt* &c.] Hoc in loco multum ſudavit Lambinus, at, niſi fallor, operam perdidit. Lego minima mutatione, *Contra hæc attende me nihil dicere:* ſin *iſta mala ſunt in quæ poteſt incidere ſapiens, ſapientem eſſe* &c. Senſus eſt, Non impedio quo minus valetudinem, vires reliquaque corporis, ut et eorum conficientia, dicas bona: ſed ſi iſta mala ſunt in quæ poteſt incidere ſapiens, dico ſatis ad beate vivendum non eſſe, ut aliquis, ſapiens ſit. *Davies.*

Digitized by Google

eſt; ad beate vero, ſatis. Animadverti, inquam, te iſto modo paullo ante ponere; et ſcio ab Antiocho noſtro dici ſic ſolere. Sed quid minus probandum, quam eſſe aliquem beatum, nec ſatis beatum? [m] Quod autem ſatis eſt, eo quicquid acceſſerit, nimium eſt: et nemo nimium beatus eſt: et nemo beato beatior. Ergo, inquit, tibi Q. Metellus, qui tres filios conſules vidit, e quibus unum etiam et Cenſorem et triumphantem, quartum autem Prætorem, eoſque ſalvos reliquit, et tres filias nuptas, [n] cum ipſe Conſul, Cenſor etiam Augurque fuiſſet et triumphaſſet, ut ſapiens fuerit, nonne beatior, quam, ut item ſapiens fuerit, qui in poteſtate hoſtium vigiliis et inedia necatus eſt, Regulus?

XXVIII. Quid me iſtud rogas, inquam? Stoicos roga. Quid igitur, inquit, eos reſponſuros putas? Nihilo beatiorem eſſe Metellum quam Regulum. Inde igitur, inquit, audiendum eſt. Tamen [o] a propoſito, inquam, aberramus: non enim, inquam, quæro quid verum, ſed quid cuique dicendum ſit. Utinam quidem dicerent alium alio beatiorem! jam ruinas videres: in virtute enim ſola et in ipſo honeſto cum ſit bonum poſitum, cumque nec virtus, ut placet illis, nec honeſtum creſcat, idque bonum ſolum ſit, quo qui potiatur neceſſe eſt beatus ſit; cum id augeri non poſſit in quo uno poſitum eſt beatum eſſe,

[m] *Quod* autem *ſatis eſt, eo quicquid acceſſerit, nimium* eſt; *et nemo nimium beatus eſt:* et *nemo beato beatior*] Forſan, *quod* enim *ſatis eſt*, ei *quicquid acceſſerit, nimium eſt: et nemo nimium beatus eſt:* ita *nemo beato beatior.* Davies.

[n] *Cum ipſe Conſul, Cenſor* etiam Augurque *fuiſſet et triumphaſſet*] Victorius edidit, *cum ipſe Conſul, Cenſor* eſſet *Augur fuiſſet, triumphaſſet.* Ac ita Pariſ. pr. nec recedit Med. niſi quod ille *cenſor* etiam *eſſet.* Scripſit, ut opinor, Cicero, *cum ipſe Conſul, Cenſor*, et *Augur fuiſſet* et *triumphaſſet.* Quin et *augur fuiſſet*, non *augurque fuiſſet*, dat C. C. C. De Metelli felicitate noſter Tuſc. i. 35. aliique plures. Vide Gerh. Voſſium ad Velleii Paterculi lib. i. cap. xi. et Joan. Harduinum ad Plinii vii. 45. *Idem.*

[o] *A propoſito, inquam,* aberramus] Sic Pariſ. pr. tert. Paullo poſt: *Tamen* aberramus *a propoſito.* Vulgo *aberravimus.* Idem.

Digitized by Google

qui poteſt eſſe quiſquam alius alio beatior? videſne ut hæc concinant? et hercule (fatendum eſt enim quod ſentio) mirabilis eſt apud illos contextus rerum: reſpondent extrema primis, media utriſque, omnia omnibus: quid ſequatur, quid repugnet, [p] vident. In geometria prima ſi dederis, danda ſunt omnia. Concede nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum ſit; concedendum eſt, in virtute ſola poſitam eſſe beatam vitam. Vide rurſus retro. Dato hoc, dandum erit illud. Quod veſtri non item. Tria genera bonorum. [q] Proclivi currit oratio: [r] venit ad extremum; hæret in ſalebra: cupit enim dicere, nihil poſſe ad beatam vitam deeſſe ſapienti. Honeſta oratio; Socratica, Platonis etiam. Audeo dicere, inquit. [s] Non poteſt, niſi retexueris illa, paupertas ſi malum eſt, mendicus beatus eſſe nemo poteſt, quamvis ſit ſapiens. At Zeno eum non beatum modo, ſed etiam divitem dicere auſus eſt. Dolere, malum: [t] in crucem qui agitur, beatus eſſe non poteſt. Bonum liberi, miſera orbitas: bonum patria, miſerum exſilium: bonum

[p] *Vident. In Geometria prima*] Legerim *vident:* ut *in Geometria, prima ſi* &c. nec aliter multo Lambinus edidit. *Davies.*

[q] Proclivi *currit aratio*] Vulgo *proclivius.* At Lambinus edidit *in proclivi.* Nihil opus præpoſitione. Noſter Tuſc. iv. 18. *Incitataque ſemel* proclivi *labuntur.* Vide ſis Agellium x. 24. et Macrobium Saturn. i. 4. Nos igitur eam dedimus lectionem, quam repræſentant omnes Pall. Pariſ. pr. tert. C. C. C. Med. et Balliol. *Idem.*

[r] *Venit ad extremum——dicere*] Hæc profert Nonius in *ſalebræ.* Idem.

[s] *Non* poteſt, *niſi* retexueris *illa*] Vel cum Lambino legas *non poteſt, niſi* retexuerit *illa,* vel mecum, *non* potes, *niſi retexueris illa.* Idem.

[t] *In crucem qui agitur*] Melius duxi, quam *in cruce qui angitur.* P. Manucius.

Ib. *In crucem qui agitur*] Codex Huraltinus habet, *in cruce qui agitur:* unde legendum cenſeo *in crucem qui agitur,* rejecta lectione vulgata, *in cruce qui angitur* &c. *Lambin.*

Ib. *In* crucem *qui agitur*] Sic ante Manucium Lambinumve dederat Victorius. Et optime quidem. Accedunt fere Pariſ. pr. tert. *in cruce quia agatur* exhibentes. Sic *in crucem actus* dicitur infra cap. 30. Sic etiam in Verrem lib. v. capp. 63, 64. *Davies.*

Digitized by Google

valitudo, miſerum morbus: bonum integritas corporis, [u] miſera debilitas: bonum incolumis acies, miſera cæcitas. Quæ ſi poteſt ſingula conſolando levare, univerſa quo modo ſuſtinebit? ſit enim idem cæcus, debilis, morbo graviſſimo adfectus, exſul, orbus, egens, torqueatur eculeo; quem hunc adpellas Zeno? Beatum, inquit. Etiam beatiſſimum? Quippe, inquiet, cum tam docuerim gradus iſtam rem non habere, quam virtutem, in qua ſit etiam ipſum beatum. [x] Tibi hoc incredibile, quia beatiſſimum. Quid tuum? credibile? ſi enim ad populum me vocas, eum qui ita ſit adfectus beatum numquam probabis: ſi ad prudentes, alterum fortaſſe dubitabunt ſitne tantum in virtute ut ea præditi vel in Phalaridis tauro beati ſint; alterum non dubitabunt, quin et Stoici convenientia ſibi dicant et vos repugnantia. Theophraſti igitur, inquit, tibi liber ille placet de beata vita? Tamen aberramus a propoſito: et, ne longius; Prorſus, inquam, Piſo, ſi iſta mala ſunt, placet. Nonne igitur tibi videntur, inquit, mala? Id quæres, inquam, in quo, [y] utrum reſpondebo, verſes te huc atque illuc neceſſe eſt? Quo tandem modo, inquit? Quia ſi mala ſunt, is, qui erit in iis, beatus non erit: ſi mala non ſunt, jacet omnis ratio Peripateticorum. Et ille ridens, Video, inquit, quid agas: ne diſcipulum abducam times. Tu vero, inquam, ducas licet ſi ſequatur: erit enim mecum, ſi tecum erit.

XXIX. Audi igitur, inquit, Luci: [z] tecum enim

[u] Miſera *debilitas*] Recte Pariſ. *miſerum debilitas*. Igitur locum ſic refingas velim, *Bonum liberi*; miſerum *orbitas*: *bonum patria*; *miſerum exilium*: *bonum valitudo*; *miſerum morbus*: *bonum integritas corporis*; miſerum *debilitas*: *bonum incolumis acies*; miſerum *cæcitas*. Davies.

[x] *Tibi hoc incredibile*, quia *beatiſſimum*] Ita quidem Codices, ſed otioſa prorſus eſt vox penultima. Quapropter, ea deleta, legerim, *Tibi hoc incredibile*, *Beatiſſimum*. Idem.

[y] *Utrum* reſpondebo] Melius, ut opinor, *utrum reſpondero*; ſive hoc ſive illud dixero. *Idem*.

[z] *Tecum enim, ut ait Theophraſtus, mihi inſtituenda* &c.] Quis non videt, verborum ordinem hic eſſe perturbatum? Quo modo enim potuit Theophraſtus, qui multis annis, at-

Digitized by Google

[ut ait Theophraſtus] mihi inſtituenda oratio eſt. Omnis auctoritas philoſophiæ conſiſtit in beata vita comparanda: beate enim vivendi cupiditate incenſi omnes ſumus. Hoc mihi cum tuo fratre convenit: quare hoc videndum eſt, poſſitne nobis hoc ratio philoſophorum dare. Pollicetur certe: niſi enim id faceret, cur Plato Ægyptum peragravit ut a ſacerdotibus barbaris numeros et cæleſtia acciperet? cur poſt Tarentum ad Archytam? cur [a] ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timæum, [b] Acrionem Locros, ut, cum Socratem expreſſiſſet, adjungeret Pythagoreorum diſciplinam, eaque, quæ Socrates repudiabat, addiſceret? Cur ipſe Pythagoras et Ægyptum luſtravit et Perſarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria tranſmiſit? Cur hæc eadem Democritus? [c] qui (vere falſone quære-

que adeo ſæculis, ante Lucium Ciceronem natus eſt, de eo cogitare, aut loqui? Sic igitur videtur legendum, *Tecum enim, Luci, mihi inſtituenda oratio eſt. Omnis auctoritas philoſophiæ, ut ait Theophraſtus, conſiſtit in beata vita comparanda* &c. *Lambin.*

Ib. *Ut ait Theophraſtus*] Pariſ. *ait Theophraſtus.* Sed illæ voces hoc in loco prorſus ridiculæ ſunt, eaſque librariorum, puto, ſtupor huc invexit. Illas igitur funditus expungo, nec iis aliam ſedem quæro. *Davies.*

[a] *Ad* reliquos *Pythagoreos*] Vulgo *ad ceteros.* Alterum vero ſuadent Pariſ. pr. tert. Med. Balliol. et editio Victoriana. *Idem.*

[b] *Acrionem Locros*] Quidam *Eurytum* reponunt, ſed male: fuit enim Eurytus Tarentinus, ut ex Diogene intelligitur, apud quem ſcriptum eſt [lib. viii. §. 46.] Τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, ὧς καὶ Ἀριστόξενος ἱδι, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς, ἀπὸ Θράκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πολύμναστος Φλιάσιοι· καὶ αὐτοὶ ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων. Urſin.

Ib. *Acrionem Locros*] Ita Codices. Valerius Maximus lib. viii. cap. vii. 3. Ext. *Quo minus miror eum* (Platonem) *in Italiam tranſgreſſum, ut ab Archyta Tarenti, a Timæo et* Arione *et Echecrate Locris, Pythagoræ præcepta et inſtituta acciperet.* Legendum *Acrione,* prout jamdudum animadvertimus. *Davies.*

[c] *Qui vere falſove quæreremus*] Verbum *quæreremus,* quod in omnibus libris reperitur, alienum et ſupervacaneum puto. Hoc primum. Deinde *falſove* legendum arbitror, ut ſit hæc ſententia, qui ſive vere, ſive falſo dicitur oculis ſe privaſſe &c. Quidam autem ſic legunt: *qui vere falſove quereremur.* Paullo poſt legendum *quam minimum,*

Digitized by Google

remus) dicitur oculis ſe privaſſe. Certe ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit, agros deſeruit incultos, quid quærens aliud niſi beatam vitam? Quam ſi etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa inveſtigatione naturæ conſequi volebat ut eſſet bono animo: [d] id enim ille ſummum bonum εὐθυμίαν et ſæpe ἀθαμβίαν appellat, [e] id eſt, animum terrore liberum. Sed hæc [f] etſi præclare, nondum tamen et perpolita: pauca enim, neque ea ipſa enucleate ab hoc de virtute quidem dicta: poſt enim hæc in hac urbe primum a Socrate quæri cœpta, deinde in hunc locum delata ſunt, [g] nec dubitatum, quin in virtute omnis ut bene, ſit etiam beate vivendi ſpes poneretur. Quæ cum Zeno didiciſſet a noſtris, [h] ut in actionibus [i] præſcri-

ubi libri omnes vulgati habent *quam minime*. Lambinus.

Ib. *Vere falſone, quæreremus*] Lambinus, abjecta voce poſtrema, legit *vere falſove*. Sic etiam conjecit Victorius Var. Lect. xv. 9. At vero reſcripſerim *vere falſone non quæremus*. Vide nos ad Tuſcul. v. 39. *Davies*.

[d] Id *enim ille ſummum bonum εὐθυμίαν et ſæpe ἀθαμβίαν appellat*] Lego *etenim ille ſummum bonum εὐθυμίαν et ſæpe ἀθαμβίαν appellat*. Editi quidem veteres habent *ἀναξίαν appellat*; ſed receptam lectionem merito repoſuit Jac. Gronovius eique diſerte favent Pal. ſext. et Elienſ. Vide Clementem Alexandrinum Strom. ii. p. 498. Adi ſis et Lambinum ac Torrentium ad Horatii lib. i. Epiſt. vi. 1. *Idem*.

[e] *Id eſt, animum terrore liberum*] Gloſſema puto. *P. Manucius*.

[f] *Etſi præclare, nondum tamen et* perpolita] Fortaſſis *perpolite*, ſicut antea *præclare*; poſt *enucleate*. Lambinus autem dedit, *etſi* præclara, *nondum tamen et perpolita*. Davies.

[g] *Nec* dubitatum, *quin*] Veteres libri *nec dubitant quin*. Fortaſſe *nec dubitanter, quin*. Vereor enim ne minus notum, uſitatum tamen, loquendi genus indoctis hominibus depravandi occaſionem attulerit. Ego Ciceronem video ita locutum in Epiſt. 3. lib. xii. Fam. *Ea dixit*, inquit, *de proditoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus: de me quidem* non dubitanter, quin *omnia de meo conſilio et vos feciſſetis, et Canutius faceret*. P. Manucius.

Ib. *Nec* dubitatum] Multi Codices *nec dubitant*: unde Manucius legendum cenſet *nec dubitanter*; Lambinus autem *nec dubitavit*. Equidem receptam lectionem non moveo, quam tenent Pal. ſext. et Elienſ. *Davies*.

[h] *Ut in actionibus præſcribi ſo-*

Digitized by Google

bi ſolet, de re eadem fecit alio modo. Hoc tu nunc in illo probas. Scilicet vocabulis rerum mutatis, inconſtantiæ crimen ille effugit; nos effugere non poſſumus? Ille Metelli vitam negat beatiorem quam Reguli, præponendam tamen: nec magis expetendam, ſed magis ſumendam: et, ſi optio eſſet, elegendam Metelli, rejiciendam Reguli. Ego, quam ille præponendam et magis elegendam, beatiorem hanc adpello: nec ullo minimo momento plus ei vitæ tribuo, quam Stoici. Quid intereſt, niſi quod ego res notas notis verbis adpello; illi nomina nova quærunt quibus idem dicant? Ita quemadmodum in ſenatu ſemper eſt aliquis, qui interpretem poſtulet: ſic iſti nobis cum interprete audiendi ſunt. Bonum adpello, quicquid ſecundum naturam eſt; quod contra, malum: nec ego ſolus, [k] ſed tu etiam Chryſippe, in

let &c.] Videtur ſic potius eſſe legendum: *ut in actionibus fieri ſolet, de re eadem ſcripſit alio modo.* Jam vulgata lectio, *ut in actionibus perſcribi ſolet, de re eadem fecit alio modo* non videtur mihi ferri poſſe. *Lambin.*

Ib. *In actionibus præſcribi*] Sic ex antiquo libro et ex conſuetudine JCtorum, apud quos *præſcribere* eſt excipere, hoc modo: ſi paret eum centum debere, niſi cum eo pactus erit, judex eum condemnat: præſcribitur enim judici ne condemnet, illa interpoſitione, Niſi cum eo pactus erit. Quod autem ſequitur, *De eadem re fecit alio modo*, puto verbum *fecit* abundare; intelligitur enim non *fecit*, ſed *egit*: cum aliquis agere dicatur in judicio de eadem re alio modo, qui furto ſuo recuperato, verbi gratia, æſtimatione, repetit idem furtum ab eodem alio actionis genere: tunc enim dicitur de eadem re alio modo agere, quod vetant JCtorum formulæ. Unde illud Epiſt. 27. lib. xiii. Fam. *Ut vos in veſtris formulis, ſic ego in epiſtolis, de eadem re alio modo.* P. Manucius.

[l] Præſcribi *ſolet, de re eadem* fecit *alio modo*] *Præſcribi*, non *perſcribi*, prior edidit Victorius; ac ita dant Pariſ. pr. tert. Med. aliique MSSti. At *fecit*, quod omnes libri repræſentant, potius in *egit* mutarim, quam cum Manucio delerim *fecit* et *egit* ſubaudierim. *Agere* ſcilicet et *facere* librarii paſſim confuderunt. *Seneca* de Clement. i. 19. *Eſt enim illi* (naturæ) *mos, exererе ſe in parvis, et ingentium rerum documenta minima* agere. Ubi *minima facere* lubens reſcripſerim. Vide ſis quæ contra Lambinum diſputat Petr. Faber Semeſtr. lib. i. cap. xxi. pag. 142. *Davies.*

[k] *Sed tu etiam, Chryſippe, in foro, domi: in ſchola deſinis*] Sic edendum curavi, et libros vete-

foro, domi: [l] in ſchola definis. Quid ergo? aliter homines, aliter philoſophos loqui putes oportere [m quanti quidque ſit?] aliter doctos et indoctos? ſed cum conſtiterit inter doctos quanti res quæque ſit; [ſi homines eſſent, uſitate loquerentur] dum res maneant, verba fingant arbitratu ſuo.

XXX. Sed venio ad inconſtantiæ crimen, ne ſæpius dicas me aberrare: quam tu ponis in verbis; ego poſitam in re putabam. Si ſatis erit hoc perceptum, in quo Stoicos adjutores optumos habemus, tantam vim eſſe virtutis, ut omnia, ſi ex altera parte ponantur, ne adpareant quidem; cum omnia, quæ illi commoda certe dicunt eſſe, et ſumenda, et elegenda, et præpoſita, quæ ita definiunt ut ſatis magno æſtimanda ſint; hæc igitur cum ego tot nominibus a Stoicis adpellata, partim novis et commenticiis ut iſta [n producta et reducta, partim idem ſignificantibus

res, et rationem ſecutus. Hæc enim ſententia eſt, Non ego ſolus bonum appello, quod ſecundum naturam eſt, quod contra, malum; ſed etiam tu, Chryſippe, in foro cum civibus aliquid rei contrahens, domi loquens cum domeſticis, et familiaribus: in ſchola vero de Zenonis decretis et de ſummo bono diſputans, definis ita loqui. Vulgata lectio, *in foro, domi, in ſchola definis*, ferri non poteſt, et clamat ſe eſſe corruptam. *Lambin.*

[l] *In ſchola* definis] Vulgo *definis*. Sed omnino legendum *definis*, ut ex ſuis Codicibus olim monuit Lambinus. Et ita dant e noſtris Pariſ. pr. tert. *Davies.*

[m] *Quanti quidque ſit, aliter docti et indocti*] Sic emendavi, codices manuſcriptos, in his Cujatianum et Huraltinum, ſecutus: cujus ſcripturæ facilis et aperta ſententia eſt. Quanti, inquit, quidque ſit aliter docti et indocti definiunt, ſeu æſtimant. Sed *&c.* Lambin.

Ib. *Quanti quidque ſit? aliter doctos et indoctos*] A Lambini ratione ſtat Pal. ſextus. At noſtri repræſentant *quanti* (Pariſ. *quam*) *quicquid ſit aliter doctos et indoctos*. Quædam vero, niſi fallor, huc intulere librarii, quibus Ciceronis nitor obſcuratur. Ablutis igitur eorum ſordibus, totum locum ſic emendo, *Quid ergo? aliter homines, aliter philoſophos loqui putes oportere? aliter doctos et indoctos? Sed, cum conſtiterit inter doctos quanti res quæque ſit, dum res maneant, verba fingant arbitratu ſuo.* Sic, ut opinor, clara fit Tullii mens, et ut nihil orationi deeſt, ita nihil redundat. *Davies.*

[n] *Producta et reducta*] Προηγμένα paſſim *producta* reddidit Cicero; nuſquam, ſi bene memini, *reducta*, quod ἀποπροηγμέ-

Digitized by Google

(quid enim intereſt, expetas an elegas? mihi quidem etiam lautius videtur, quod elegitur et ad quod delectus adhibetur) ſed cum ego iſta bona omnia dixero, [o] tantum refert quam magna dicam, [p] cum expetenda, quam valde: ſin autem nec expetenda ego magis, quam tu elegenda, nec illa pluris æſtimanda ego, qui bona, quam tu, qui producta adpellas; omnia iſta neceſſe eſt obſcurari, nec adparere, et [q] in virtutes tamquam in ſolis radios incurrere. At enim, qua in vita eſt aliquid mali, ea eſſe beata non poteſt. Ne ſeges quidem igitur ſpicis uberibus et crebris, [r] ſi avenam uſpiam videris; nec mercatura quæſtuoſa, ſi in maxumis lucris parum aliquid damni contraxerit. [s] An hoc uſquequaque, aliter in vita? et non ex max-

ποις potius convenire videatur. Forſan igitur legendum *producta et præcipua*. Vide ſupra iv. 26. et Tuſcul. v. 16. *Davies*.

[o] *Tantum refert, quam magna dicam: cum expetenda, quam valde*] Hic quoque locus, ſine ulla conjectura, ex plana et liquida antiquorum librorum ſcriptura præclare a me reſtitutus eſt. Sententia autem et concinna, et plana eſt. Cum ego iſta omnia, quæ tu producta et præpoſita nominas, bona dixero, hoc tantum refert, quam magna bona dicam: cum expetenda appellaro, quæ tu eligenda; hoc tantum intereſt inter te et me, quam valde expetenda dicam, quam valde tu eligenda. *Lambinus*.

[p] Cum *expetenda, quam valde*] Plurimi codices editique veteres *quam expetenda, quam valde*. Lambinus e ſuis libris veram lectionem primus eruit, eamque retinent Pall. quart. ſext. Pariſ. pr. tert. *Davies*.

[q] *In* virtutes] Puto *in virtutis—radios*. Idem.

[r] *Si avenam* uſpiam *videris*] Vulgo *avenam* ipſam *videris*. Nullo ſenſu. Nos igitur eam recepimus lectionem quam præſtant Med. et Balliol. quamque Victorius, Lambinus et Aldus nepos in ſuis editionibus expreſſerant. *Idem*.

[s] *An hoc uſquequaque, aliter in vita? et non* &c.] Sic habent omnes libri et manuſcripti et typis impreſſi; niſi quod interpunctio vitioſa eſt, et interrogationis nota deſideratur poſt *aliter in vita?* neque nunc video, quare hic quidquam mutatum ſit, quamvis olim aliter ſenſerim. Hæc enim ſententia eſt, An hoc uſquequaque, id eſt, in omni re, judicabis, nempe unumquidque eſſe appellandum ex majore parte. Verbi gratia, bonum id dicimus, quod plus habet boni, quam mali: et id dulce dicimus, quod plus in ſe continet dulcedinis, quam amaroris, et ita de ceteris. Aliter autem in vita ſe habere exiſtimabis, et non de tota vita ex majore parte vitæ judicabis?

Digitized by Google

uma parte de tota judicabis? an dubium eſt, quin virtus ita maxumam partem obtineat in rebus humanis, ut reliquas obruat? [t] audebo igitur quæ ſecundum naturam ſint bona adpellare, nec fraudare ſuo veteri nomine, [u] potius quam aliquid novum exquirere; virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere. [x] Terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimet. Semper enim ex eo, quod maxumas partes continet latiſſimeque funditur, tota res adpellatur. Dicimus aliquem hilare vivere: igitur, ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara vita amiſſa eſt? At hoc in eo M. Craſſo, [y] quem ſemel ait in vita ri-

id eſt, non judicabis eam vitam beatam eſſe, in qua plus ſit boni, quam mali? *Lambin.*

[t] *Audebo igitur, quæ ſecundum naturam* ſint] Vulgo *audebo igitur* cetera, *quæ ſecundum naturam* ſunt. *Cetera* vero prætermiſi fide MSStorum C. C. C. Med. et Balliol. nec id agnoſcunt Lambinus et Aldus nepos. *Sint* vero legitur in Pariſ. pr. tert. reliquiſque Codicibus et in editione Victoriana. *Davies.*

[u] *Potius quam aliquid*] Vulgo *quam aliquid potius*, et ita MSSti. Cum tamen perverſus ſit is ordo verborum, Lambini ſum ſecutus editionem. Ut verum tamen fatear, legere geſtit animus, *audebo igitur quæ ſecundum naturam ſint bona appellare nec fraudare ſuo veteri nomine, quam aliquid* prorſus *novum exquirere.* Nam *potius* in hujuſmodi locutionibus paſſim ſubauditur. Arnobius lib. v. pag. 195. *Ita enim ſunt omnia et excogitata et comparata derifui, ut ſit vobis connitendum, falſa ut credantur hæc eſſe etiamſi ſunt vera, quam obtinere velle pro veris* &c. Sic iterum lib. vi. pag. 244. Sulpicius Severus Epiſt. iii. pag. 366. *Seque adhuc tuos quam meos eſſe meminerunt.* Obvia ſunt hujuſmodi multa, quorum nonnulla collegimus ad Minucii Felicis cap. 5. *Davies.*

[x] *Terram, mihi crede, ea lanx et maria* deprimet] Lanx, quæ gravior eſt, leviorem non deprimit, ſed elevat. Sic tamen locutus eſt noſter Tuſc. v. 17. Pariter Gratius Cyneg. verſ. 198.

Illius e manibus vires ſit cura futuras
Perpenſare: leves DEDUCET *pondere fratres.*

At quod præponderat leviora non *deducit* ſed attollit. Julianus autem Orat. iii. pag. 119. A. de re ponderoſiore καθέλκειν τὸν ζυγὸν merito dixit. Vide J. Fr. Gronovium Obſerv. lib. ii. cap. xiii. p. 319. *Idem.*

[y] *Quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius*] Auctorum ſuffragia collegit Fr. Douza ad Lucilii Fragm. pag. 20. Hunc Craſſum alii nunquam riſiſſe confirmant. Vide Plinium H. N. vii. 19. et Solinum cap. 1. *Idem.*

Digitized by Google

ſiſſe Lucilius, non contigit ut ea re minus ἀγέλαστος, ut ait idem, vocaretur. Polycratem Samium felicem adpellant: nihil acciderat ei quod nollet, niſi quod anulum, quo delectabatur, in mare abjecerat. Ergo infelix una moleſtia? felix rurſus, cum is ipſe anulus in præcordiis piſcis inventus eſt? Ille vero ſi inſipiens, (quod certe, quoniam tyrannus) numquam beatus; ſi ſapiens, ne tum quidem miſer, cum [z] ab Orœte Prætore Darei in crucem actus eſt. At multis malis adfectus. Quis negat? ſed ea mala virtutis magnitudine obruebantur.

XXXI. An ne hoc quidem Peripateticis concedis, ut dicant, omnium virorum bonorum, id eſt ſapientum, omnibuſque virtutibus ornatorum, vitam omnibus partibus plus habere ſemper boni quam mali? Quis hoc dicit? [a] Stoicis licet. Minime: ſed iſti ipſi, qui voluptate et dolore omnia metiuntur, nonne clamant ſapienti plus ſemper adeſſe quod velit, quam quod nolit? Cum tantum igitur in virtute ponant ii, qui ſe fatentur virtutis cauſſa, [b] niſi ea voluptatem

[z] *Ab* Orœte *prætore Darei*] Codices *Oronte*. Mendum dudum ſuſtulit Victorius Var. Lect. ii. 4. quam in rem teſtes ab eo citati ſunt Herodotus et Athenæus. Addi poſſit Lucianus in Dial. Antiſthen. et Cratet. tom. i. pagg. 315, 317. ac in Contempl. pag. 352. Idem tamen vitium ſcriptores alios etiam nunc fœdat, ut Maximum Tyrium Diſſ. xxxv. et Dionem Chryſoſtomum Orat. xvii. pag. 251. A. *Davies.*

[a] *Stoici ſcilicet*] Sic olim reſtitui, conjectura ductus. Mendum videlicet a librariis ſcriptoribus commiſſum: qui pro *Stoici ſcilicet* feçerunt *Stoiciſci licet*, deinde ex hac vitioſa ſcriptura natum eſt *Stoicis licet*, non minus vitioſum. Verum tamen, niſi nimis longe abeſſet ab antiqua ſcriptura, mallem legi, *Stoici ſoli? Minime:* &c. Quin hæc fortaſſe recta ſcriptura eſt, et non ita longe abeſt ab antiqua ſcriptura: nam ex *Stoici ſoli* factum *Stoiciſili:* hinc *Stoici ſcilicet*, aut *Stoicis licet*. Lambinus.

Ib. *Stoicis licet*] Amplector emendationem Lambini, reponentis *Stoici ſcilicet*; nec opus erat ut ad aliam recurreret conjecturam. *Davies.*

[b] *Niſi ea voluptatem* acciret] Pal. quart. Pariſ. pr. tert. et C. C. C. *niſi ea voluptatem maceret.* Pal. ſext. *voluptate maceret*; unde Gruterus fieri poſſe cenſuit, *voluptate maderet*; Guyetus autem fidens repoſuit, *voluptate marceret.* Sic *marcere Campana*

Digitized by Google

acciret, ne manum quidem verſuros fuiſſe; quid facere nos oportet, qui quamvis minimam animi præſtantiam omnibus bonis corporis anteire dicamus, ut ea ne in conſpectu quidem relinquantur? Quis enim eſt [c] qui hoc cadere in ſapientem dicere audeat, ut, ſi fieri poſſit, virtutem in perpetuum abjiciat ut dolore omni liberetur? quis noſtrum dixerit, quos non pudet ea, quæ Stoici aſpera dicunt, mala dicere, melius eſſe, turpiter aliquid facere cum voluptate, quam honeſte cum dolore? Nobis Heracleotes ille Dionyſius flagitioſe deſciviſſe videtur a Stoicis [d] propter oculorum dolorem. [e] Quis vero hoc didiciſſet a Zenone, non dolere, cum doleret? illud audierat, nec tamen didicerat, malum illud non eſſe, quia turpe non eſſet, [f] et eſſet ferendum viro. Hic ſi Peripateticus fuiſſet, permanſiſſet, credo, in ſententia, quoniam dolorem dicunt malum eſſe; de aſperitate autem ejus fortiter ferenda præcipiunt eadem quæ Stoici. Et quidem

luxuria dixit Livius xxiii. 45. *deliciis marcere* Arnobius lib. ii. pag. 81. *emarceſcere voluptate* Boetius Conſ. Philoſ. lib. iv. Proſ. 7. Verum tamen hoc Epicuri mentem non exhibet, ac receptam lectionem præſtant Med. et Balliol. eaque ſatis commoda videtur. Si quid autem eſſet immutandum, potius aliorum Codicum ductu legerem, *niſi ea voluptatem faceret*. Vide nos ad lib. i. cap. 13. *Davies*.

[c] *Qui* hoc *cadere*] Sic recte Pariſ. Vulgo *qui* hæc *cadere*. Idem.

[d] *Propter* oculorum *dolorem*] Aut *oculorum* depravatum eſt aut Cicero ſibi non conſtat: nam Tuſculana ii. [cap. 24.] *renum* dolore Dionyſium hunc laborantem memorat. P. Manuc. *Ibid.* In Tuſculanis Ciceronem memoria lapſum putarim; cum Dionyſium hunc propter ὀφθαλμίαν a Stoicis deſciviſſe tradat etiam Laertius lib. vii. §. 37. 166. *Idem*.

[e] Quaſi *vero hoc didiciſſet*] Sic habent libri duo manuſcripti, ubi vulgati habent, *Quis vero hoc didiciſſet* &c. *Lambin*.

Ib. Quis *vero hoc didiciſſet*] Lambinus ex duobus MSStis, *quaſi vero*. Cuncti noſtri vulgatam retinent, quæ tamen videtur parum ſincera. Lego *qui vero hoc* &c. *Davies*.

[f] Eſſet *ferendum viro*] Sententia poſtulat *eſſe*; ut hoc dicatur, quod turpe non ſit, malum illud non eſſe, et eſſe ferendum viro. *P. Manucius*.

Ib. *Et* eſſet *ferendum viro*] Paullus Manucius reponit *et* eſſe *ferendum viro*. Rectius videtur, *ut eſſet ferendum viro*. Davies.

Digitized by Google

Arceſilas tuus, etſi fuit in diſſerendo pertinacior, tamen noſter fuit: erat enim Polemonis. Is cum arderet podagræ doloribus, viſitaſſetque hominem [g] Carneades Epicuri perfamiliaris, et triſtis exiret, Mane, quæſo, inquit, Carneade noſter; nihil illinc huc pervenit: oſtendit pedes et pectus. Attamen hic mallet non dolere.

XXXII. Hæc igitur eſt noſtra ratio, quæ tibi videtur inconſtans; cum propter virtutis cæleſtem quandam et divinam tantamque præſtantiam, ut, ubi virtus ſit [h] reſque magnæ, ſumendæ, laudabileſque virtute geſtæ, ibi eſſe miſeria et ærumna non poſſit, tamen labor poſſit et moleſtia, non dubitem dicere, omnes ſapientes ſemper beatos eſſe, ſed tamen fieri poſſe ut ſit alius alio beatior. Atqui iſte locus eſt, Piſo, tibi etiam atque etiam confirmandus, inquam: quem ſi tenueris, non modo meum Ciceronem, ſed etiam me ipſum abducas licebit. Tum Quintus, Mihi quidem, inquit, ſatis hoc confirmatum videtur: [i] lætor quidem philoſophiam, cujus antea ſupellecti-

[g] Carneades *Epicuri perfamiliaris*] Adverſantur rationes chronologicæ: nam Epicurus mortuus eſt anno ſecundo Olymp. cxxvii. Carneades autem quarto Olymp. clxii. ut inter eorum fata cxlii. interceſſerint anni. Quærendus igitur eſt alius qui revera fuit Epicuro familiaris: Carneades enim Academicus philoſophus intelligi non poteſt. Forſan autem latet Corniades, de quo Plutarchus tom. ii. pag. 1089. C. ut legendum ſit, *viſitaſſetque hominem* Corniades *Epicuri perfamiliaris et triſtis exiret, Mane, quæſo, inquit,* Corniade *noſter* &c. *Davies.*

[h] *Reſque magnæ, ſumendæ, laudabileſque virtute geſtæ*] Ciceronem aliter ſcripſiſſe vel ſacramento, veterum more, contenderem. Scripſit autem hoc fortaſſe, *reſque magnæ, ſummeque laudabiles virtute geſtæ.* P. Manucius.

Ib. *Reſque* magnæ, ſumendæ, *laudabileſque*] Operam ludit Gruterus, qui Codicum ſcripturam eo tuetur, quod *ſumendum* apud Stoicos erat artis vocabulum. Mihi quidem ſtat locum vitio laborare, ſed quomodo ſit emendandus non æque patet. Manucius conjecit, *reſque magnæ ſummeque laudabiles virtute geſtæ.* Mihi propius ad MSStorum veſtigia *reſque* magni æſtimandæ *laudabileſque virtute geſtæ.* Si quid rectius excogitatur, herbam porrigo. *Davies.*

[i] *Lætor* quidem *philoſophiam*]

Digitized by Google

lem pluris æſtimabam quam poſſeſſiones reliquorum, (ita mihi dives videbatur, ut ab ea petere poſſem quicquid in ſtudiis noſtris concupiſſem) hanc igitur lætor etiam acutiorem repertam, quam ceteras: quod quidam ei deeſſe dicebant. [k] Non quam noſtram quidem, inquit Pomponius jocans. Sed mehercule pergrata mihi oratio tua: quæ enim dici Latine poſſe non arbitrabar, ea dicta ſunt a te, nec minus plane quam dicuntur a Græcis, verbis aptis. Sed tempus eſt, ſi videtur: et recta quidem ad me. Quod cum ille dixiſſet et ſatis diſputatum videretur, in oppidum ad Pomponium perreximus omnes.

Niſi me fallunt omnia, Cicero ſcripſit *lætor*que eam *philoſophiam* &c. *Davies.*

[k] *Non, quam noſtram quidem*] Commoda quidem lectio, ſi modo Codices annuerent. MSSti tamen, Ven. 1471. et editio Victoriana dant *nunquam noſtram quidem*. Aſcenſ. *nunquam noſtra*. Forſan *nunquam* noſtræ *quidem*, ſcilicet acumen deeſſe dicebant. Tum demum ſatis apparet, quo modo jocetur Atticus: nam *Epicurum bebetem et rudem dicere ſolent Stoici*, quod ait noſter de Divin. ii. 50. præterquam quod hac ratione verba proxime præcedentia reſpiciet. Vide Fin. i. 6, 7. *Idem.*

Digitized by Google

INDEX.

A.

ACADEMIA ii. 1. nova et vetus v. 3. veteris et Peripateticorum de finibus ſententia ii. 11. v. 3.
Academici iii. 9. iv. 2.
Accius iv. 25. v. 11.
Acrio v. 29.
Actionum humanarum genera plura v. 21.
Ærumnæ ii. 35.
Æſtimabile quid ſit iii. 6.
Æſtimatio iii. 16.
Agendi cupiditas in homine v. 30.
Amicitia i. 20. iii. 21.
Animi præſtantia munera ii. 34. efformatio v. 12. virtutes *ib.* 13.
Animus trium temporum particeps ii. 33.
Annus magnus ii. 31.
Antiochus v. 1, 2, 25.
Appetitio naturalis iv. 13.
Arceſilæ differentia ab Ariſtotele v. 4. mos audiendi primo alios, tum contra dicendi ii. 1.
Arceſilas Polemonis v. 31.
Archimedes v. 19.
Ariſtides v. 22.
Ariſtippus i. 7. ii. 6, 11. ſeqq. v. 7.
Ariſto ii. 11, 13. iii. 3. confundit omnem vitam *ib.* 15. Lyſiæ auditor v. 5.
Ariſtonea vitia iv. 15.
Ariſtonis appetitio iv. 16. ſententia de ſummo bono unde v. 25.
Ariſtoteles ii. 11. iv. 6, 18, 26. v. 3, 4.
Ariſtus frater Antiochi v. 3.
Artes iii. 15. quibus ratio et oratio completur iv. 4.
Aſoti ii. 7, 8.
Athenæ v. 2.
Atomi i. 6.
Atticus i. 5. v. 1, 2.

B.

Beate vivere i. 16.
Beſtiæ ſpecula naturæ ii. 10. non omnia faciunt voluptatis cauſa ii. 33. libertatis amantes v. 20.
Beſtiarum nullum eſt judicium ii. 11. progreſſus ſecundum ætatem v. 15.
Bona corporis v. 24.
Bona ſummi origo unde ab Epicuro petitur ii. 10. inveſtigatio, perquam neceſſaria v. 6.
Bonorum diviſiones variæ iii. 13, 16. extremum quid ſit i. 9. et malorum antitheta v. 28.
Bonum quid ſit ii. 2, 12. iii. 1, 3, 10. iv. 6. v. 13, 16, 29.
Bruti liber *de virtute* i. 3.

C.

Cæpio Cn. iii. 2.
Callipho iv. 18. v. 8.

Digitized by Google

Calliphonis ſummum bonum ii. 6, 11. ſententia de ſummo bono unde v. 25.
Carneades v. 6. ſeqq. Epicuri perfamiliaris *ib.* 31.
Carneadeus finis ii. 11, 12. iv. 18.
Cato M. iii. 2.
Chryſippi ſtatua in Ceramico i. 11. opinio de bona fama iii. 17. cujus cauſa ſint beſtiæ *ib.* 20. ars rhetorica iv. 3. diviſio animantium et quod cujuſque extremum *ib.* 11.
Cicero Q. v. 1. L. *ib.*
Ciceronis libri *de rep.* ii. 18.
Cleanthis tabula ii. 21. Rhetorica iv. 3.
Coloneus locus v. 1.
Conſuetudo rerum nova nomina terit iii. 4.
Corporis humani admiranda fabrica v. 12. vitia ſtudioſe occultantur *ib.* 17.
Crantor v. 3.
Craſſus M. uti ſolebat ſuo bono ii. 18. niſi eguiſſet, nunquam Euphratem tranſire voluiſſet iii. 22. ἀγέλαστος v. 39.
Critolaus v. 5.
Crœſi divitiæ iii. 14. iv. 12.
Crœſus ii. 27. non ſapienter a Solone monitus iii. 22.
Cupiditas animi pars leviſſima ii. 35.

D.

Decius P. filiuſque et nepos ii. 19.
Definitio ii. 2.
Demetrius Phalereus Theophraſti auditor v. 19.
Democriti ſecutitas v. 8. laus *ib.* 19.
Democritus i. 6, 8. ii. 31. ſe oculis privaviſſe dicitur v. 29.
Demoſthenes v. 2.
Deſideria naturæ ii. 9.
Dialectica quid contineat ii. 6. quæ tradat iii. 22. et phyſica a Stoicis virtutes appellantur *ib.*
Dicæarchus iv. 28.
Dinomachus v. 8.
Diodorus ii. 6, 11. iv. 18. Critolai auditor v. 5, 8.
Diogenes Stoicus i. 2. iii. 10.
Diogenis Cynici opinio de divitiis iii. 15. de bona fama *ib.* 17.
Dionyſius Heracleotes v. 31.
Diviſio eſt adjunctum definitionis iv. 4.
Dolori contraria doloris privatio ii. 9.
Doloris amotio an ſit ſumma voluptas ii. 3. vim opinio, non natura, facit majorem aut minorem iii. 13.
Dolorum diſtinctio i. 15.
Druſus Catonis avus iv. 24.

E.

Echecrates v. 29.
Elementa quatuor et horum diviſio iv. 5.
Eloquentia principibus maxime ornamento eſt iv. 29.
Endymionis ſomnus v. 20.
Ennii *Medea* i. 2. *Alcmæo* iv. 23.
Ennius ii. 13.
Epaminondas ii. 19, 21.
Epicurei cur tam multi ſint i. 7. negabant alios intelligere voluptatem Epicuri ii. 4. multi in amicitiis fideles *ib.* 25.
Epicuri et Epicureorum ſcripta i. 2. ratio *ib.* 5. ſeqq. verba *ib.* 20. ii. 7. κυρίαι δόξαι *ib.* epiſtola *ib.* 30.

Digitized by Google

Epicurus neglexit ornamenta dicendi i. 5. in phyſicis Democritus i. 6. iv. 5. inventor veritatis &c. i. 10.
Euripides i. 2. ii. 32.
Expetendorum propter ſe duo genera v. 23.
Extremum ſive finis quid ſit ii. 2.

F.

Fadia ii. 17.
Fadius Gallus *ib.*
Finis quid ſit ii. 2. diverſa vocabula iii. 7.
Fortitudo i. 15. in laboribus periculiſque cernitur v. 23.
Fortuna ſuis cuique fingitur moribus v. 7.

G.

Gallonius P. gurges ii. 8.
Gorgias Leontinus ſophiſta ii. 1.
Gracchus Ti. pater et filius iv. 24.
Græci leves ii. 25. verborum copia non vincunt Latinos i. 3. iii. 2.

H.

Heraclitus σκοτεινὸς ii. 5.
Hercules ſervator generis hominum iii. 20.
Herculis ærumnæ ii. 35.
Herilli levitas iv. 14.
Herillus ii. 11, 13. iv. 14. v. 8.
Hermachus ii. 30, 31.
Hieronymus Rhodius ii. 3, 6, 12. iv. 18. v. 5, 7, 25.
Homeri verſus a Cicerone converſi v. 18.
Homines ita nati ut ad virtutem ſint apti iv. 2
Hominis natura explicata v. 12. progreſſus in ætate *ib.* 15. pars optima divina eſt *ib.* 20.
Hominum inter homines juris ſunt vincula iii. 20.
Homo conſtat ex animo et corpore iv. 10. quomodo a natura ſit genitus v. 21.
Honeſtatis forma undique expleta et perfecta ii. 14. majeſtas et pulcritudo v. 24.
Honeſtum quid ſit ii. 14. cur ſit laudabile *ib.* 15. lumen eſt virtutis iii. 3. ſummum bonum eſt *ib.* 17. ſolum bonum eſſe v. 16, 27.
Hymnis fabula Cæcilii ii. 7.

I.

Idæa ſacra v. 22.
Ignis origo animorum ſtatuitur Zenoni iv. 5.
Inæſtimabile iii. 6.
Inertes ii. 34.
Ingenii nomine quæ contineantur v. 13.
Jupiter dempta æternitate nihilo Epicuro beatior ii. 27. ſalutaris, hoſpitalis, ſtator iii. 20.
Juſtitia ii. 9. ſemina inſunt in bonis animi iv. 7. quid ſit v. 23.

L.

Lælius ſapiens ii. 8.
Leonidas ii. 30.
Liber iii. 20.
Licinius i. 2.
Loci argumentorum ſunt theſauri diſputantium iv. 4.
Lucilius i. 3. ii. 8.
Lucretia ii. 20.
Luculli villa ii. 33.
Luculli pueri bibliotheca iii. 2.
Lyſias, Lyco v. 5.

Digitized by Google

M.

Malum quid ſit v. 29.
Marius C. ii. 32.
Membra corporis alia uſui inſerviunt alia ornatui iii. 5. ad quandam vivendi rationem data *ib.* 7. alia ſibi nata, alia in ceterorum uſum ducta eſt *ib.* 19.
Memoriæ ars ii. 32. diſciplina ducta eſt a locis v. 1.
Menandri *Synephebi*, *Andria* i. 2.
Mentis humanæ præſtantia v. 12, 21.
Metellus Q. beatior quam Regulus v. 27, 29.
Metrodorus ſapiens ii. 3. pæne alter Epicurus *ib.* 28, 30, 31.
Mneſarchus i. 2.
Morbi animi qui ſint i. 18.
Mors diſſolutio naturæ ii. 26.

N.

Natalis dies ii. 31.
Natura omnis conſervatrix ſui v. 9. ab interitu abhorret *ib.* 11. omnibus ſuis partibus expleri vult *ib.* 17.
Naturæ vis in beſtiis iii. 14. prima invitamenta v. 7. prima *ib.* 16.
Nicomachus Ariſtotelis fil. v. 5.
Noſce teipſum v. 16.

O.

Obſcuritas ſcriptorum duplex ii. 5.
Octavius Cn. ii. 28.
Officia quo referantur iii. 6.
Opportuna quæ dicuntur ſuum habent modum iii. 14.
Opportunitas Græcis εὐκαιρία *ib.*
Orata Sergius ii. 22.
Oreſtes et Pylades i. 20. ii. 24. v. 22.

P.

Pacuvius i. 2. v. 11.
Panætius i. 2. ii. 8. iv. 9, 28.
Paullus L. v. 24.
Peccata an omnia ſint paria iii. 14. iv. 27.
Peducæus S. ii. 18.
Pelaſgi ii. 4.
Peripatetici veteres v. 3. a Platone *ib.* 8.
Peripateticorum ſententia de fine bonorum ii. 11. iv. 21. cum Stoicis contentiones ii. 21. iii. 12. induſtria iv. 3.
Perturbationes Græce πάθη iii. 10.
Phædrus i. 5. v. 1.
Phalericum v. 2.
Phidias iv. 13.
Philoſophiæ ſumma ad beate vivendum refertur ii. 27. divitiæ v. 32.
Philoſophorum opiniones variæ de ſummo bono ii. 11. ſententiæ præcipue tres v. 6.
Phyſica a Stoicis virtutis nomine appellata iii. 22.
Phyſicæ cur ſtudendum iii. 22. utilitas iv. 5. jucunditas v. 19.
Piſo ille frugi ii. 28.
Piſo M. iv. 26. v. 1, &c.
Plato i. 21. ii. 28. v. 29.
Platonis verba ii 14, 16. v. 21.
Polemo ii. 11. iv. 2, 6.
Polyænus geometra i. 6.
Pompeius Q. ii. 17, 18.
Poſidonius i. 2.
Præpoſita, producta, προηγμένα iii. 4, 15, ſeqq. 21. iv. 8, 9, 26. v. 30.
Præpoſitorum diſtinctio iii. 17.
Principia falſa v. 19.

Digitized by Google

Prudentia cernitur in delectu bon. et mal. v. 23.
Ptolemæium v. 1.
Pueri ad discendum natura proclives v. 18.
Puerorum incrementa v. 15. Indoles *ib.* 22.
Pyrrho ii. 11, 13. iii. 3. iv. 16, 18, 22. v. 8.
Pythagoreus ille Damon ii. 24.
Pythagoras v. 2. Ægyptum et Persas adiit *ib.* 19, 29.

Q.

Quæstiones Academicorum et Peripateticorum duplices iv. 3.
Quæstionis de summo bono fons v. 6, 8.

R.

Regulus v. 27, 29.
Rejecta, rejectanea, reducta ἀποπροηγμένα iii. 4, 15, 21. iv. 9, 26. v. 30.
Rhetorica duplex, alia forensis alia philosophica ii. 6.
Rufus, P. Sextilius ii. 17.

S.

Sapientis Epicurei descriptio i. 19. Stoici iii. 22. v. 27.
Sardanapali epigramma ii. 32.
Scævola P. ii. 16, iv. 28.
Schola, σχολὴ ii. 1.
Scientiæ amor innatus v. 18.
Scipio ii. 17.
Sensus comites et ministri virtutum ii. 34.
Sensuum voluptates quomodo defendantur i. 19. perfectio v. 12.
Sirenum cantus v. 18.
Socrates ii. 1, 28. v. 28, 29.
Sophistæ ii. 1.
Sophoclis *Electra* i. 2. *Œdipus* v. 1.
Speusippus iv. 2. v. 1.
Staseas Neapolitanus v. 3, 25.
Stoici quid reprehenderint in prioribus iv. 8. fures v. 25.
Stoicorum finis bonorum ii. 11, 21. iii. 11, seqq. iv. 6, 12, 16. ratio iii. 5.
Strato physicus v. 5.
Sulla P. ii. 19. iii. 22.
Syracusanæ mensæ ii. 28.
Syron ii. 35.

T.

Temperantia ii. 14. v. 23.
Terentii *Andria* i. 2. *Heaut.* v. 10.
Themista ii. 21.
Theophrastus i. 2. iv. 2. v. 4, 5, 25.
Thorius L. Balbus ii. 20.
Tiberina descensio v. 24.
Timæus v. 29.
Torquatus L. i. 5.
Torquatus primus i. 7. ii. 19. alter i. 7. Aulus ii. 22.
Triarius C. i. 5, 7, 21.
Tubulus L. ii. 16.
Turpitudinis vocabula varia iii. 4.

V.

Varietas ii. 3.
Varius A. ii. 19.
Virginius L. ii. 20.
Virtus plurimæ exercitationis indiget iii. 15.
Virtute præditi beati v. 28.
Virtutes voluntariæ, proprie virtutes v. 13.
Virtutibus vitia sunt contraria iii. 12.
Virtutis vocabula varia iii. 4. semina animis a natura insunt v. 7.

Digitized by Google

Virtutum ſemina in pueris v. 15, 21. ſimulacra in beſtiis ii. 3. v. 14. variarum illuſtria exempla v. 22. conſenſus *ib.* 23.
Vita niſi abſoluta beata eſſe non poteſt ii. 27. beata perficitur virtute iii. 3. digna gloriatione iii. 8. v. 18.
Vitæ amor naturalis v. 11.
Vitium iii. 12.
Vivere ſecundum naturam ii. 11. iii. 9. quid Stoicis ſignificet iv. 6, 10, 11. quomodo de omnibus animalibus intelligatur v. 9.
Voluptas quid ſit i. 11. ii. 3, 4. iii. 10. duplex ii. 7, 10, 23. non explet bona naturæ v. 16. nomen invidioſum ii. 4. Animi major, quam corporis *ib.* 33.
Ulyſſes v. 18.
Voconia lex ii. 17.

X.

Xenocrates iv. 2, 6. v. 1.
Xenophon ii. 28.
Xerxes ii. 34.

Z.

Zeno Epicureus i. 5.
Zeno Stoicus v. 27, ſeqq. 31. non rerum ſed verborum inventor iii. 2. re conſentiebat cum vett. Perip. iv. 2. dicendi copiam reliquit *ib.* 3. Pœnulus *ib.* 20.
Zenonis finis ii. 11. iv. 6. diſſerendi ratio iv. 4.

Digitized by Google

AUCTORES

Qui in NOTIS emendantur.

AGELLIUS.	116.
Clemens Alexandrinus.	89.
Diodorus Siculus.	136.
Diogenes Laertius.	52. 66. 134. 172.
Florus.	116.
Lucretius.	25.
Plutarchus.	200.
Seneca.	333.
Stobæus.	23. 66. 89. 193. 194. 199. 208.
Valerius Maximus.	331.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google